BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 B
40

REGVLÆ GENERALES IVRIS,

Ordine methodico vij.lib.digeſtæ:

Sub quibus tota Iuris cognitio per Summa capita reſtringitur, & facillima tam inueniendi locos, quàm vnicuique materiæ aptandi via omnibus parata eſt.

Cl.Prateo I. C. authore.

Acceſſerunt INDICES duo: prior quidem Titulorum: poſterior vero Regularum, Subregularum, Materiarum, Sententiarum, & Hiſtoriarum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI,

Apud Iacobum Modernum.

M. D. LXXXIX.

AD BENEVOLVM LECTOREM,

PRÆFATIO.

NVlla ars, nulláque ſcientia earum ſcilicet, quas ad humanæ vitæ vſum et ſocietatis tuitionem neceſſarias eſſe ducimus; ita diffuſa eſt, & latè patet, vt Iuriſprudentia. Quapropter non immerito dubitatum eſt, vtrúmne in artium numero collocanda eſſet: vel ex eo maximè quod artis diffinitio ipſi conuenire proprie non videretur. Nam tametſi ex mandato Imperatoris vir eximius Tribonianus cum aliis anteceſſoribus omnem legum tramitem, qui anteà confuſus erat, & nullius humanæ naturæ capacitate concludebatur, in certam librorum compagem reduxerit, ex qua tanquàm è limpidiſſimo fonte riuuli totius iuſtitiæ emanarent: nihilò magis certa & indubitata Iuriſprudentiæ dogmata effecit. Atqui rudem illam et informem materiam venuſtæ formæ reddidit: multitudinem librorum Iuris eleganti paucitate concluſit: ὁμοιότητας, καὶ ἀντινομίας relegauit: infinita penè authorum volumina hùc illùc diſperſa (quod nemo, inquit, neque ſperare, neque optare vnquàm auſus fuerat) vno codice inſerta poſteris euidentiùs patefecit: artis quidem ſimulachrum, ſed non veritatem ſtruxit. In aliis quippe artibus, ac diſciplinis certi quidam poſiti ſunt termini præceptorum, certæ diſtinctiones & diſtributiones generum, certa prin-

cipia & ordines rerum quæ tractantur, denique quid ex omni parte perfectum & abſolutum facilè dignoſcitur: ſola Iuriſprudentia certos cancellos non habet, cúmque circa omnes artium partes liberè verſetur, informatrix potiùs & conſeruatrix vitæ, quam ars nuncupari debet. Tanta ſiquidem eſt huius ſubiecti varietas, tot quotidie res nouæ emergunt, et veteres agitantur, tot etiam pro locorũ, temporũ, perſonarũ, dignitatũ, ac qualitatũ ratione iura condi oportuit, vt non omnia vno momento, verùm longo vſu & exercitatione ſingula alluuionis inſtar intelligi poſſint. Qui illam didicerunt, adhuc ſitiunt, magíſque idoneus auditor eſt is, cuius ætas & cum ætate iudicium maturuit, vſúque rerum valet, quàm imperitus. Nemo igitur præſertim in hoc iuris artificio ſe dimiſſum, & veteranum, diſcendiq́; neceſſitate ſolutum eſſe putet: quoniam iuxta Pomponij & Socratis ſententiam diſcendi iuris cupiditas, velut optima viuendi ratio, ad extremam vſque ſenectutem perdurat. Caterùm poſtea quàm Iuſtinianus Imperator totum Ius in breuiorem ſummam omni ſtudio & diligentia congerere curauit, nouam contractionem magna obſcuritas conſecuta, nouis quoque interpretibus numeroſiſſimos ſcribendi commentarios occaſionem præbuit. Atque vtinam ne nunc quidem tanta eorum copia adforet, qui dum puram à ſe tractari verámque Iuriſprudentiam fideliter enucleari credunt, omnia ſuis altercationibus coinquinant. Nam cùm permulta præclare legibus eſſent conſtituta, ea quorundam ſubtilitate pleraque corrupta ac deprauata ſunt. Quò fit vt quam-

plurimi huiuſce temporis Cic. & L. Anneum Senec. imitati, acutas, vt aiunt, Iuriſconſultorum ineptias rideant, illa in nobis damnantes, quæ ſapientiſſimis quibuſq; legumlatorib. accidere ſolẽt. Tandiu tenebræ diffuſæ erunt in iure, nec lux aliqua ſyncerioris doctrinæ vnquam affulgebit, donec interpretes huiuſmodi ſuperfluis diſputationib. exploſis ſimplicitatem in docendo amplecti incipiant. Et quemadmodum ij qui diligentius & perſpicacius lumen intuentes, duo ſibi circunſtantia lumina cernere videntur, ipſa tamen veritate vnicum eſt, ita cùm in iure noſtro interpretes diuerſis opinionib. productis conſentiunt, ex iiſq; meliores colligere nituntur, id in votis habeant oportet, vt veritati inquirendæ magis quàm nugacibus perſcrutandis incumbant. In perlegendo itaque toto Iuris tam ciuilis, quàm canonici volumine non inanis erit meditatio, vt quantùm ad ius ciuile attinet, omnia ad xij. tabulas tanquàm ad cynoſuram dirigantur: in canonico, ad duas tabulas, Moyſi videlicet et Ieſu Redemptoris noſtri, quæ tantò nobis ſunt commendatiores, quantò maiorem ex eis ſalutem ſuper vera fide, non antiquis idolorum cultibus, fundatam adfuturã ſperamus. Quæ non ideò à me dicta ſunt vt omnem iuris interpretationẽ penitùs à iuuenili animo arceam: quandoquidem multa ſunt in iure conſcripta, quæ genuinam et veram ſecundùm mentem authoris quantùm fieri poſſit explicationem deſiderant. Hîc conſulendi ſunt priſci interpretes, ſed perpauci: quemadmodum Placentinus, Azo, Accurſius, Felinus, Panormitanus, Bartolus, Baldus, Caſtrenſis, Iaſon & alij nobiliores in hac arte

viri. Nam cùm variis ob temporum iniuriam iuris interpretationum libris careamus, qui ſi adeſſent, innumerabilia nobis loca mendoſa, dubia ſiue contraria exponerent, ſaltem æquum eſt, illis aliquam fidem adhibere (dummodo legum ſanctioni apertè non repugnent) quos eò veriſimilius eſt memoriam attigiſſe antiquitatis, quò ipſis legumlatoribus propiores extiterunt. Quanquam aſpernandos non eſſe exiſtimem aliquos neotericos, qui maiori cura & vigiliis ex veteribus aliquando manuſcriptis codicib. multa loca corrupta priſtinæ integritati reſtituerunt, & ambigua in antiquorum vocabulis diſſoluerunt: quo in genere fuerunt, Alciatus, Budæus, Connanus, Duarenus, Hotomanus, Balduinus, Briſſonius, Cuiacius, & nonnulli alij. Sed ne in tanta Iuris authorũ & interpretum immenſitate ingenia hominum nimio labore & ſæpiùs inutili fatigarentur, atque ad diuerſa traherentur, adinuenti ſunt à veteribus quidam modi (quos regulas nuncuparunt) ex quorum cognitione (quia omnium memoriam tenere diuinitati potiùs aſcribitur quàm hominibus) nodi in iure difficiles & tædioſi facilius diſſoluantur. Hi vt præſtò eſſent omnibus tanquàm filum Ariadnes, in calce cuiuſque voluminis à iuris authoribus ſubnexi ſunt. Quorum exemplo multi doctores ſeparatim quoque regulas & paratitla poſuerunt, ac tandem nouiſſimis dieb. duo integra volumina exinde conflata in lucẽ prodiere. Haud ſanè inutilis fuit hæc regularum complexio: mihi tamen in aliqua parte deficere videbatur, nec ſatis abundè ſtudioſorum compendio prodeſſe: nam et generalibus regulis infinitæ

finitæ aliæ ſpeciales permixtæ ſunt, quæ mentem legentis obtundere aut certè conturbare poterāt: idq́ etiam nullo obſeruato ordine, vel iurium cōnexione. Quamobrem ego, qui ab ineunte ætate omnia ſtudia & labores ad publicam vtilitatem quam ſemper priuata potiorem habui, conferre conatus ſum, tandem aliquando in animum reuocaui, non alienam fortaſſis à ſtudioſorum cōmodis rem pergere, ſi generales duntaxat iuris regulæ methodo perbreui et continua cōprehenderentur. Iſto namq́ modo Lesbiæ normæ inſtar facillima tàm inuenien di locos, quàm vnicuique materiæ aptandi via omnibus parata eſt. In quo quidem opere placuit Placentini methodus, qui ita commentarios de regulis iuris edidit, vt ex eorum concordantia ſermo perpetuus enaſcatur, qui lectorem non minus oblectet, quã ſi is qui regulas dixit, opus interpretetur: præterquàm quòd ipſe ſola interpretatione contentus nullas authorum allegationes ſubiiciat, nos autem abſque textuum productione nefas eſſe cenſuimus, tum quòd iſtud notum et receptum ſit in Iure, tum verò quòd ex variis authoribus ſingulæ materiæ meliorem et clariorem interpretationem recipiant. Hoc intereà beneuolum lectorem commonitum velim: Reperi Duarenum primum etiam doctorem meum in ſuis ſcriptis morem allegandi paſſim regulas videri reprehendere: modum tamen in ea re tenendum dicit, nec omninò improbat, ſed hanc ſolùm rationem componendarum regularum, quam multi ante nos amplexi ſunt, vt ex quacunq́ hypotheſi regulam conficiant, ab vno ſpeciali caſu ad genus arguentes, non de genere ad ſpeciem. Cui equi-

dem facilè aſſentior. Repugnat enim legibus artis Logices, ipſumq́ ordinem naturæ & diuinam prouidentiam præuertit atq́ labefactat. Nos verò, vt nihil intactum nec ſatis accuratè examinatum relinqueremus, emenſo toto iuris ciuilis & canonici perlectionis ſtadio (quod quàm breui tempore perfici queat, omnes intelligũt) generaliores quaſdam regulas in iis excerpſimus, quæ ad omnes caſus ſpeciales atq́ etiam generalẽ textuum intelligentiam poſſint accõmodari: necnõ additis ſpecialib. regulis, quas ſubregulas voco, cum ampliationum, reſtrictionum et diſtinctionũ nota. Ideoq́ lector ſecurus accedat, nec iſtos conatus noſtros propter imperitiam, veſaniam, aut temeritatem authoris taxet, cùm ſinguli textus ſint diligenter inſpecti, exq́ eorum fida interpretatione probati. Multi enim ſunt, qui allegant authores, quos nũquàm viderint, neq́ legerint, ſed ex ſola recitatione aliorũ didicerint, vt quidam regularum compilatores fecerunt: quo pacto non eſſe ſeriò loquendum aut ſcribendũ præſertim in hac traditione exiſtimaui. Neq́ etiã ſemper regulas, ſeu concluſiones, quas brocardica, & argumenta textuum, quæ ſummaria corrupto ſermone appellant, quanquàm à doctiſſimis viris conſcripta ſunt, multis de cauſis pro certis tenui, aut in medium protuli, ſed genuinã interpretationem quæ mentem melius authoris exprimat, et æquitati naturali, ac mori iudiciario magis conueniat, attentè exploraui. Quin et expreſſa verba authorum appoſui, tum quia eundem Duaren. ſæpe audiui dicere, Reſpice quis loquatur (nam plurimæ leges ſibi inuicem contrariæ ex diuerſitate opinionis cuiuſq́, aut

ſubiect

ſubiectæ materiæ qualitate videri poſſunt) tum ꝙ
ſint ἐμφατικά, quemadmodum multoties eloquẽtiæ
Coryphæus ea vſurpat, Latino & proprio ſermone
nobilitata: et nullæ paraphraſes ipſo autographo pu
riores euadant, quod tam longa temporum ſerie ab
omnib. mundi regionib. receptũ fuit, vſuq́; compro-
batũ. Is tamen modus in allegatione textuum ad-
hibitus eſt, vt neq; omnes ad vnius rei probationẽ,
(quod plus laboris quàm induſtriæ eſſet)ſed nobi-
liores, frequentiores, & ij, ex quib. facilius tota res
percipiatur, allati ſint: nec etiam perpauci, ſed non-
nunquam plures, nempe qui mutuò iuris ſentẽtias
declarant, et ſecundum vnamquamq; materiam à
lectore commodiſſime applicantur. Tituli quoq; ge
nerales inuenti, & ad exemplum Iuris authorum
digeſti, non quidem adiectiuo nomine, ſed ſubſtan-
tiuo, vt id cognoſcamus, propter quod reliqua ſen-
tentia enunciatur, cuiq́; omnia tanquam ſubiecto
inſeruiunt, quib. etiam præpoſita ſunt προλεγόμενα
ad promptiorem rei de qua agitur intelligentiam.
Tum demum fere omnes qui de reg. iur. ſcripſerũt,
percurri, quos hîc inſerere nimis arduum, et otij ple
num fuiſſet, ſed quæ ex his notatu digna & ſcitu
perquam neceſſaria arbitratus ſum ſelegi: alia au-
tem ad ipſorum lectionem nota Dactylea remiſi, vt
qui in iure amplius philoſophari cupit, ingeniiq́; ſui
acumen exercere, illos pro æris magnitudine et otij
ratione videat. Gratiã igitur habebit lector, ſi quæ
multis impẽſis, vigiliis, animiq; labore non ſine ma
gna facultatum et propriæ valetudinis iactura diu
multumq́; confeci, ex infinita librorum, qui hac de
re tractarunt, copia, breui iſto codice & fere abſo-
luto ipſi bono animo communicentur.

Tituli huius voluminis ordine methodico diſpoſiti.

Liber primus de Iure eiúſque præceptis generalibus tractat.

DE Æquitate. Titulus primus.
Iuſtitia. tit.2.
Iure naturali & poſitiuo. tit.3.
Honeſto & turpi. tit.4.
Læſione ſeu damno. tit.5.
Suo & alieno. tit. 6.

Liber ſecundus de Argumentis Topicis, quæ & Iuriſprudentiæ accommodantur.

DE Difinitione. tit.1.
Genere & ſpecie. tit.2.
Toto & parte. tit.3.
Notatione vocabuli ſeu etymologia. tit.4.
Eodē, coniugatis, & relatis, ſeu reciprocis. tit.5.
Similitudine, Symbolis, æquipoll. contra. & diuerſis. tit.6.
Coniunctione, diuiſione & indiuiduo. tit.7.
Antecedente & conſequente. tit.8.
Cauſa, ratione, contemplatione & effectu. ti.9.
Maiori, minori & pari. tit.10.

Liber tertius de Subiectis, vnde eruuntur argumenta.

DE Principio, medio, & fine. tit.1.
Tempore, & termino. tit.2.
Numeris & menſuris. tit.3.

Loco

Loco & memoria.tit.4.
Opinione,fama & infamia. tit.5.
Scientia & ignorantia. tit.6.
Authoritate. tit.7.
Coniectura,ſuſpicione,& circumſtantiis. tit.8.
Fortuitis caſibus. tit.9.
Potentia,impotentia & difficultate.tit.10.
Voluntate & verbis. tit.11.

Liber quartus de Subſtantia,& accidente.

DE Subſtantia,& accidente.tit.1.
Diuinis,& humanis. tit.2.
Materia,forma, continenti & contento. tit.3.
Perſonis,rebus,iuribus,& actionibus. tit. 4.
Matrimonio & dote. tit.5.
Parentela & conſanguinitate. tit.6.
Dominio,bonis,acquiſitione,& amiſſione.ti.7.
Factis,ſcriptura,& interpretatione. tit.8.
Viſu,demonſtra.auditu,& aliis ſenſib. tit.9.
Natura,arte,experientia,& diſciplina.tit.10.
Generatione,corruptione & reſtaurat. tit.11.
Quantitate & qualitate. tit.12.
Sexu. tit.13.
Ætate,nouo,& veteri. tit.14.
Paſſione & affectione hominum. tit.15.
Statu,& conditione perſonæ. tit.16.
Dignitate,officio,& obedientia. tit.17.
Gratia,conſilio,& opibus. tit.18.
Augmento,diminutione,& ornamento. tit.19.
Pace,bello,aggreſſione,defenſione, & ſcandalo.tit.20.
Vi,metu,& neceſſitate. tit.21.
Simplicitate,dolo,& conniuentia. tit.22.

Liber

Liber quintus de Moralibus.
De Virtute,bonitate,& debito. tit.1.
Fide, pietate,& religione. tit.2.
Charitate,amicitia,& fauore. tit. 3.
Liberalitate,dato,& accepto. tit. 4.
Temperantia & ſobrietate. tit.5.
Prudentia,hmilitate,& patientia. tit.6.
Labore,& diligentia. tit.7.
Pudore & continentia. tit.8.
Conſcientia,innocentia,& culpa.tit.9.
Præmiis,pœnis,vltione,& indulgentia. tit.10.
Liber ſextus de Terminis Nomicis ſeu Legalibus.
De Regula,ampliatione,& reſtrictione.ti.1.
Diſpoſitione,quæſtione,& concluſione. tit. 2.
Habitu, impedimento,& præparatoriis. ti.3.
Agnitione,electione,& vſu. tit.4.
Continuatione,repetitione,& mutatione.ti.5.
Circuitu,cumulatione,diſtinctione, & confuſione. tit.6.
Confirmatione,validat.vitiat.& remediis.ti.7.
Reuocatione,renuntiatio.& ratihab. tit.8.
Succeſſione & ſubrogatione. tit.9.
Conuentione,& diſtractu. tit.10.
Liber Septimus de Qualitate terminorum Legalium.
De Conſenſu,permiſſione,& errore. tit.1.
Vero,ficto,& veriſimili. tit. 2.
Certo,Claro,notorio,& prælationis iure. tit.3.
Vtiliori,& benigniori. tit.4.
Nobiliori,meliori,& tutiori.tit.5.
Ordine,conſuetudine,& frequentia. tit.6.
Affit

Superfluo,& abſurdo. tit.7.
Affirmatiua,& negatiua. tit.8.
Expreſſo,& tacito.tit.9.
Principali,acceſſorio,authentico, & exemplis. tit.10.
Præſentia,& abſentia.tit.11.
Publico,& priuato. tit.12.

Index Titulorum, tam principalium, quã ádiũctorum, qui in hoc volum.continentur, ordine Alphabetico digeſtus.

Prior numerus librum, poſterior titulum ſignificabit.

DE Abſentia. Vide de Præſentia. lib.7. tit. 11.
D Abſurdo.vide Superfluo. lib. 7. tit.7.
Abundanti.vide Superfluo. ibidem.
Abuſu.vide de Agnit.elect.& vſu. 6.4.
Accepto.vide de liberal. 5.4.
Acceſſorio.vide de Princip.acceſſo. 7.10.
Accidente. vide de Subſtantia accid. 4.1.
Acquiſitione.vide de dominio,bonis acq. 4.7.
Actione. vide de Perſonis. 4.4.
Actu.Vide de factis. 4.8.
Adiunctis.vide Coniunctione. 2.7.

Æqui

Æquipollentibus.Vide de Similitudine. 2.6.
Æquitate. 1.1.
Ætate. 4.14.
Affectione. 4.15
Affectu.Vide de voluntate. 3. 11.
Affirmatiua. 7.8.
Afflictione.vide de Affect. 4.15.
Aggreſſione. Vide de Pace. 4.20.
Agnitione. 6.4.
Alienatione.vide de Dom. 4.7.
Alieno.Vide de Suo. 1.6.
Alternatiuis.vide de Coniun. 2.7.
Ambiguo.Vide de Certo. 7.3.
Ambitione.vide de Prud. 5.6.
Amicitia.vide Charitate,amicit.& fauore. 5.3.
Amiſſione.vide de Dom. 4.7.
Amplatione. vide de Regula. 6.1.
Anima.Vide de Perſonis. 4.4.
Antecedente,& conſequente. 2.8.
Antiquitate.vide de Ætate. 4.14.
Aperto.vide de Certo. 7.3.
Approbatione.vide de Reuoc. 6.8.
Arte.vide de Natura. 4.10.
Auditu.vide Viſu. 4.9.
Augmento,dim.& or. 4.1.
Authentico.vide de Princip. 7.10.
Authoritate. 3.7.
Auxilio.vide de Gratia. 4.18.

B

De Bello.vide de Pace. 4.20.
Benignitate. vide de Vtil. 7.4.
Bonitate. vide de Virtute. 5.1.
Bona

Bona fide.vide de fide. 5.2.
Bonis.vide de Domi. 4.7.
Breui. Vide de regula. 6.1.

C

De Calumnia.Vide de Verò. 7.2.
Caſu.Vide de Fort. 3.9
Cauſa,rat.&c. 2.9.
Cauillo.vide de Vero. 7.2.
Certo,cla.&c. 7.3.
Charitate,amic.&c. 5.3.
Circuitu,cumul.&c. 6.6.
Circũſtantiis.vide de Conieƈ.ſuſp.& cir. 3.8.
Claro,vide de certo. 7.3.
Clandeſtino,vide de Certo. 7.3.
Clericali ſtatu,vide de Statu. 4.6.
Coactione,vide de Conſenſu. 7.1.
Collectiuis,vide de Coniun. 2.7.
Communi,vide de Perſonis. 4.4.
Compoſito,vide de Circuitu. 6.6.
Conceſſione,vide de Conſen. 7.1.
Concordia.vide de Pace. 4.20.
Concluſione,vide de Diſpo. 6.2.
Confirmatione,valid.&c. 6.7.
Coniectura ſuſp.&c. 3.8.
Concurſu,vide de Circui. 6.6
Conditione,vide de Statu. 4.16.
Confuſione,vide de Circuitu. 6.6.
Coniunctione,diuiſione & indiuiduo. 2.1.
Coniugatis.vide de Eodem. 2.5.
Conniuentia,vide de Simpli. 4.22.
Conſanguinitate, vide de Parent. 4.6.
Conſcientia,inno.&c. 5.9.
Con

Conſenſu,permiſſ. 7.1
Conſequente, vide de Antece. 2.8
Conſilio,vide de Gratia. 4.18
Conſuetudine,vide de Ord. 7.6
Contemplatione,vide de Cauſa 2.9
Continenti & contento,vide de Materia. 4.3
Continentia,vide de Pudore. 5.8
Continuatione,rep.&c. 6.5
Contractu,vide de Conuen. 6.10
Contrariis,vide de Simil. 2.6
Contumacia,vide de Dignit. 4.17
Contumeliis,vide de Pudore. 5.8
Conuentione & diſt. 6.10
Correctione,vide de Continua. 6.5
Correlatiuis,vide de Eodem. 2.5
Corruptione,vide de genera. 4.11
Credulitate,vide de Fide. 5.2
Crimine,vide de Conſcientia. 5.9
Culpa,vide de Conſci. 5.9
Cumulatione,vide de Circui. 6.6
Curioſitate,vide de labore. 5.7

D

De damno, vide de Læſione. 1.5
Dato,vide Liberal. 5.4
Debito,vide de Virtu. 5.1
Decore,vide de Augmen. 4.19
Defenſione,vide de Pace. 4.20
Definitione. 2.1
Delicto,vide de Conſcien. 5.9
Demonſtratione, vide de viſu. 4.9
Deo,vide de Diuinis. 4.2
Derogatione,vide de Reuoca. 6.8
Deſtin

Deſtinatione, vide Habitu. 6.3
Determinatione, vide Diſpo. quęſt. & concl. 6.2
Detrectatione, vide Charitate, ami. & fauo. 5.3
Dictis, vide Volun. 3.11
Difficultate, vide Potent. 3.10
Dignitate, conſ. &c. 4.17
Diligentia, vide Labo. 5.7
Diminutione, vide Augm. 4.19
Directo, vide Nume. 3.3
Diſciplina, vide Natura. 4.10
Diſcretione, vide Pruden. 5.6
Diſpoſitione, quæſt. &c. 6.2
Diſſimulatione, vide Simp. 4.22
Diſtinctione, vide Circu. 6.6
Diſtractu, vide Conuen. 6.10
Diſtributiuis, vide Coniun. 2.7
Diuerſis, vid. Simil. 2.6. ¶ Diuinis & humanis. 4.2
Diuinatione, vide Coniec. 3.8
Diuiſione, vide Coniun. 2.7
Dolo, vide Sim. 4.22. ¶ Dominio, bonis, &c. 4.7
Dote, vide Mat. 4.5. ¶ Dubio, vide Certo. 7.3

E

de Eccleſia, vide Fide. 5.2
Effectu, vide Cauſa. 2.9
Electione, vide Agnitione. 6.4
Eodem coniugatis, &c. 2.5
Errore, vide Conſenſu. 7.1
Eſſentia, vide Præſentia. 7.11
Etymologia, vide Notati. 7.4
Exceptione, vide Perſonis. 4.4
Euentu, vide Principio. 3.1
Exemplis, vide Principali. 7.10

Exiſtimatione,vide Opinione. 3.5
Experientia,vide Natura. 4.10
Expeditiori,vide Nobil. 7.5
Expreſſo & tacit.7.9.¶Extenſione,vide Reg.6.1
Extraordinario,vide Ordine. 7.6

F

de Facili,vide Potentia. 3.10
Factis ſcript.&c.4.8.¶Fama,vide Opinione.3.5
Fauore,vide Charitate.5.3.¶Ficto,vid.Vero.7.2
Frequentibus,vide Ordine. 7.6
Fide,piet.&c. 5.2. ¶Fine,vide Princip. 3.1
Forma,vide Mat.4.3. ¶Fraude,vide Simpl. 4.22
Fortuitis caſibus. 3.9

G

de Geminatione,vide Repetitione. 6.5
Genere & ſpecie. 2.2
Genealogia,vide Parent.& conſang. 4.6
Generatione,corrupt.&c. 4.11
Gratia,conſilio,&c.4.18. ¶Gradu,vide Ord.7.6
Gratificatione,vide Certo. 7.3
Gula,vide Temperan. 5.5

H

de Habitu,impedi.&c. 6.3
Hæreditate,vide Succeſ. 6.9
Homine,vid.Diuinis.4.2.¶Honeſto & turp.1.4
Humanitate,vide Vtil. 7.4
Humilitate,vid.Prudentia,humil.& patien.5.6

I

de Iactatoriis,vid.Notat.vocab.ſeu etym.2.4
Ignorantia,vide Scien. 3.6
Imbecillitate,vide Ætate. 4.14
Impedimento,vide Habitu. 6.3

Impo

Impotentia, vide Poten. 3.10
Imputatione, vi. Suo. 1.6. ¶ Incerto, vi. Certo. 7.3
Inchoatione, vide Principio. 3.1
Incidenti, vide Principali. 7.10
Ingratitudine, vide Gratia. 4.18
Indefinito, vide Principio. 3.1
Indiuiduo, vide Coniun. 2.7
Indulgentia, vide Præmiis. 5.10
Infamia, vide Opinio. 3.5
Inhabilitate, vide Habitu. 6.3
Initio, vide Principio. 3.1
Innocentia, vid. Conſci. 5.9
Interiori, vi. Certo. 7.3. ¶ Interitu, v. Genera. 4.11
Interrogatione, vide Diſpoſitione, &c. 6.1
Interpretatione, vide Factis. 4.8
Inuidia, vid. Charit. 5.3. ¶ Inuito, vid. Conſen. 7.1
Iracundia, vide Pruden. 5.6
Iteratione, vide Continua. 6.5
Iudiciis, vide Dignit. 4.17
Iure naturali & poſitiuo. 1.3. ¶ Iuſtitia. 1.2
Iuriſprudentia, vide Natura, arte exper. 4.10
Iuſſu, vid. Reuoc. 6.8. ¶ Iuribus, vid. Perſon. 4.4

L

de Labore & diligentia. 5.7
Læſione & damno. 1.5. ¶ Laude, vid. Opinio. 3.5
Laicali ſtatu, vide Statu. 4.6
Lætitia, vide Paſſione. 4.15
Lege, vid. Iure nat. 1.3. ¶ Libertate, vi. Statu. 4.16
Liberalitate da. & accep. 5.4
Loco & memoria. 3.4
Locutione, vide Voluntate. 3.11
Longo, vide Regula. 6.1

Lucro,vide Dominio. 4.7
Luxuria,vide Pudore. 5.8

M

de Magiſtratu,vid.Dignitate officio,&c.4.17
Maiori minori,&c.2.10.¶Malis,vid.Virtute.5.1
Materia &forma.4.3.¶Matrimonio & dote.4.5
Manifeſto,vide Certo. 7.3
Medio,vide Principio. 3.1
Meliori,v.Nobiliori.7.5.¶Memoria,v.Loco.3.4
Mendacio,vide Verò. 7.2
Meritis,vid.Gratia,4.18. ¶Metu,vid.Vi. 4.21
Menſuris,vi.Nume.3.3¶Minori,vi.Maiori.2.10
Miſericordia,vide Præmiis. 5.10
Mixtum,vide Circui. 6.6
Moderatione,vid.Temperantia & ſobrieta. 5.5
Mora,vid.Tempore.3.2.¶Morbis,vi.Paſſio.4.15
Morte,vide Generatione. 4.11
Mutatione,vid.Continuatione repe.&mut.6.5

N

de Natura,arte experientia & diſciplina.4.10
Natiuitate,vide Genera. 4.11
Neceſſitate,vide Vi. 4.21
Negatiua,vide Affir. 7.8
Negligentia,vide Labore. 5.7
Nobiliori melio.&c. 7.5
Nominatione,vide de Notat. 2.4
Notabili,vide Ordine. 7.6
Notatione ſeu etym. 2.4
Notorio,vide Certo. 7.3
Nouo & veteri,vide Ætate. 4.14
Numeris & menſu. 3.3
Nuptiis,vide Matri. 4.5

de Ob

O

de Obedientia, vid. Dignit. offic. & obed. 4.17
Obſcuro, vide Certo. 7.3
Occaſione, vide Cauſa. 2.9
Odio, vid. Charit. 5.3. ¶ Officio, vid. Dignit. 4.17
Onere, vide Dominio. 4.7
Opibus, vid. Gratia. 4.18 ¶ Opinione fama, &c. 3.5
Optione, vide Agnit. 6.4
Ordine conſuetudine & freq. 7.6
Origine, vide Principio. 3.1
Ornamento, vide Augmento. 4.19

P

de Pace, bello, aggreſſione, defenſione & ſcandalo. 4.20
Parentela & conſang. 4.6. ¶ Parte, vid. Toto. 2.3
Pari, vid. Maiori. 2.10. ¶ Paſſione & affect. 4.15
Patria, vide Loco. 3.4
Patientia, vide Prudentia. 5.6
Paupertate, vide Gratia. 4.18
Peccato, vide Conſcien. 5.9
Perfectione, vide Principio, medio, & fine. 3.1
Periculo, vide Nobilio. 7.5
Permiſſione, vide Conſenſu. 7.1
Perpetuo, vide Tempore. 3.2
Perſeuerantia, vide Continu. 6.5
Perſo nis rebus, &c. 4.4. ¶ Pœnis, v. Præmiis. 5.10
Pœnitentia, vide Mutat. 6.5
Potentia, impot. &c. 3.10
Prælationis iure, vide Certo claro. 7.3
Præmiis, pœnis, &c. 5.10
Præparatoriis, vide Habitu. 6.3
Præſentia & abſentia. 7.11
Princ

Principali,acceſſorio,authentic.& exempl.7.10
Principio medio,&c. 3.1
Priuato,vide Publico. 7.12
Priuatione,vide Habitu. 6.3
Priuilegiis,vide Perſonis. 4.4
Prohibitione,vide Conſen. 7.1
Proteſtatione,vide Habitu. 6.3
Prouiſione,vide Diſpoſi. 6.2
Publico& priuato.7.12.¶Pudore &continen.5.8
Pudicitia,vid.ibid. ¶ Pietate,vid.Fide. 5.2
Prudentia humilitate,&c. 5.6

Q

de Quæſtione,vide Diſpoſitione quæſt. 6.2
Qualitate,vide Quantitate. 4.12
Quantitate & qualitate. ibid.

R

de Raris,vide Ordine. 7.6
Ratihabitione,vid.Reuoc.derog.& ratih. 6.8
Ratione,vide Cauſa. 2.9
Rebus,vide Perſonis. 4.4
Reciprocis,vide Eodem. 2.5
Regula ampliatione,&c. 6.1
Relatis,vide Eodem. 2.5
Religione,vide Fide. 5.2
Remediis,vide Confirma. 6.7
Remiſſione,vide Reuocatione. 6.8
Renunciatione,vide ibid.
Repudiatione,ibid.
Repetitione,vide Continuatione,repetit. 6.5
Reſtauratione,vide Generat.corrupt. 4.11
Reſtitutione,vide ibid.
Reſtrictione,vide Regula. 6.1

Reſponſione, vide Diſpoſitione quæſtione. 6.2
Reuocatione, derogatione, & ratihab. 6.8
Rigore, vide Æquitate. 1.1

S

de Sanitate, & incolumitate, vide Paſſione. 4.15
Sapientia, vide Prudentia. 5.6
Scandalo, vide Pace. 4.20
Scientia & ignorantia. 3.6
Scriptura, vide Factis. 4.8
Senſibus, vide Viſu. 4.9
Seruitute, vide Statu. 4.16
Sexu. 4.13
Similitudine, Symb. &c. 2.6
Simplici, vide Circui. 6.6
Simplicitate dolo, &c, 4.22
Singulari, vide Perſonis. 4.4
Sobrietate, vide Temperantia. 5.5
Solennitate, vide Fide. 5.21
Spe, vide Vi, metu. 4.2
Specie, vide Genere. 2.2
Statu & cond. per. 4.16
Stilo, vide Ordine. 7.6
Subrogatione, vide Succeſſione. 6.9
Succeſſione, vide ibid.
Suo & alieno. 1.6
Subſtantia & accidente. 4.1
Superfluo & abſurdo. 7.7
Subtilitate, vide Simpl. 6.22
Suſpenſo, vide Certo. 7.3
Suſpicione, vide Coniectura. 3.8
Symbolis, vide Simil. 2 6

deTac

T
de Tacito, vide Expreſſo. 7.9
Temeritate, vide Prudentia humil.& pat. 5.5
Temperantia & ſobrietate. 5.5
Tempore & termino. 3.2
Termino, vide ibid.
Timore, vide Vi, metu. 4.21
Toto & parte. 2.3
Turpi. vide Honeſto. 1.4
Tutiori, vide Nobiliori. 7.5
V
de Validatione, vide Confirmatione. 6.7
Variatione, vid. Continuatione rep.& mut. 6.5
Venia, vide Præmiis. 5.10
Verbis, vide Volun. 3.11
Veriſimili, vide Vero. 7.2
Vero ficto, &c. vide ibid.
Veſtitu. vide Augmento. 4.19
Veteri, vide Ætat. 4.14
Vi, metu, &c. 4.21
Virtute bonitate, &c. 5.1
Viſu demonſtratione. &c. 4.9
Vitiatione, vide Confirmatione. 6.7
Vitio, vide Virtute. 5.1
Vita, vide Generatione. 4.11
Vindicta, vide Præmiis. 5.10
Vltione, vide ibid.
Vniuerſitate, vide Toto. 2.3
Voluntate & verbis. 3.11
Voto, vide Fide. 5.2
Vſu, vide Agnitione. 6.4
Vtiliori & benigniori. 7.4

Regularum generalium Iuris,

LIBER PRIMVS.

In Titulum de Æquitate,

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

CVm lex vera, non ex fallacibus incertiſq; hominum ſententiis, ſed diuino & naturali quodã inſtinctu noſtris mentib. etiam ab ipſo ortu infuſa æquitate ſtatuenda ſit (quandoquidem ſolam hanc legem dici Socrates pater philoſophiæ apud Platonem in Dialogo de legibus, ſiue Minos inſcripto aſſerit) conſequens eſt, vt hanc propoſitionem in noſtra Iuriſprudentia perpetuam & inuiolabilem admittamus, animiſq; noſtris infigendam mandemus: Reiectis veterum nugatorum argumentis, cauilloſiſq; ſubtilitatibus, quæ non ſolùm rem, ſicut eſt, non exponunt, ſed patentem ac dilucidam veritatem innumeris inutilibúſq; quæſtionum indaginibus Dædaleis veluti labyrinthis implicant & obducunt, ſolam illam naturalem æquitatem ſpectari oportere. Quæ ſi in omnibus rebus & negotiis locum habet, maximè tamen in iudiciis & controuerſiis dirimundis, vbi dum qui ipſis præſunt, aut *Aequitas naturalis.*

quid æquum ſit ignorant, humanarum rerum auiditate obcæcati, aut ſcientes ignorare ſe ſimulant, & ciuilium potius conſtitutionū ſeueritate, quàm diuina lege impelluntur, multa quotidie ſcelera perpetrantur, praua multa exercentur, ac totus denique humanæ vitæ pacis & ſocietatis ordo perturbatur. * *Quapropter nec iis lubens morem geram, qui iuxta illud Terentianum:* Summum ius, ſumma iniuria, *repetitum in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb. obl. & l. in ſacris. in 3. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Ius ab æquitate naturali ſeponere audent: quaſi vero quoddam ius ſit, quod non æquum bonumq; iudicetur. Cuius contrarium probat l. pr. de iuſt. & iur. cap. ius dictum. c. forus. §. iudex. de ver. ſig. Vnum. n. eſt ius, vna æquitas & vna iuſtitia: ſicut & Deus vnus eſt, nec iſtorum vnum ab altero ſeparari vnquàm poteſt. l. ius pluribus. §. Prætor. de iuſtit. & iur.* * *Quod ita rectè conciliabitur, ſi inter ius ſcriptum & æquitatem non ſcriptam differentiā ponamus: tunc enim magis etiam præualebit æquitas, vt eleganter tradit Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. pen. & Demoſthenes contra Bœotum. Sed alioqui nunquam ius ipſum ſeu iuſtitia ab æquitate ſecernitur. Nam cùm lex maximum ſit donum Dei, quemadmodum pulchrè definit Demoſthenes in Ariſtogitonem repetitus in l. 2. de legib. atque etiam Cicero in lib. 2. de legib. Deus autem ſit æquitas & bonitas ipſa, neceſſariò infertur omnem legem iniquitati, ius improbitati & nequitiæ, Iuriſprudentiam malitiæ hominum tanquàm ex diametro repugnare. Hinc etiam Pſaltes Dauid*

Summum ius, ſumma iniuria.

Aequitas quomodo à iure diſcrepet: quomodo etiā conueniat.

Lex eſt donum Dei.

Dauid Rex Iſrael in pluribus locis ita exclamat: Iudicabit orbem terræ in æquitate,& populos in veritate ſua, *Item alibi:* Nubes & caligo in circuitu eius, iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius: *Et alibi:* Indicabit orbem terrarum iuſtitia & populos in æquitate. *Vbi manifeſtè apparet vnum verbũ pro alio ſumi, quemadmodum varius ſynonimis plerunque vtuntur Hebræi ad vnius rei ſignificationem. Probat quoque iſtud expreſsè author ad Heren. lib. 2. idémque Tullius in Topicis & libris de partit. Officio. & de oratore, vbi inter alia,* Iudicia, *inquit,* in quibus ſæpe nõ de facto, ſed de æquitate & iure quæritur, atque æquitatem maximè iuſtitiæ propriam nuncupat. *Scitum eſt illud æquiſſimum Cyri iudicium apud Xenophon. in Cyrop. qui adhuc puer, cùm inter paſtores orta eſſet controuerſia, num veſtis parua paruo & magna magno attribuenda foret, quod æquitati conſonum videbatur, de ea re iudex factus paruam magno & magnam paruo, vt propriam, decreuit eſſe relinquendam: non ob aliam cauſam, niſi quòd æquitatem à iuſtitia nunquàm ſeparari debere exiſtimaret. Spectet igitur vnuſquiſque & præ oculis ſemper habeat, tàm Iuriſprudentiæ ſtudioſus, quàm qui illam edoctus in praxim redigit, æquitatem ſolam quæ nomothetæ Moſi à D.O.M. tantoperè commendata eſt, & in ſpatioſo iuris pelago tanquàm Cynoſura deſpicitur. Hæc ideò à me dicta ſunt, ne de iuris gnoſibus ſiue regulis aut concluſionibus, quas maximas vulgari vocabulo nominant, tractaturus perperàm*

Lepidum & familiare exẽplũ.

Concluſio.

huic operi titulum de æquitate præpoſuiſſe videar: tum quia hæc eſt veluti baſis atque fundamentum omnium legum & ſanctionum, tùm verò quia iſta omninò nobis vtendum eſt tanquam norma ſeu regula Lesbia, vt ritè omnia iudicia, contractus, diſtractus, cætera item negotia inter homines ſuóque ordine procedant.

De Æquitate, Tit. j.

CAP. I.

ÆQuitas in omnib. maximè conſideratur.] l. in omnib. quidem. 91. l. etſi nihil. 144. de reg. iur. l. 1. C. commu. diuid. Auth. æqualitas. C. de pact. conuent. l. fin. C. de repud. c. cupientes. de elect. in 6. c. quærenti. de off. & pot. iud. del. c. 2. in fin. de ſepultu. in Clemen. Super qua regula fundatæ ſunt omnes iuris rationes, diſpoſitiones, ordinationes, ſtatuta, conſuetudines, aliáque id genus pro legibus & ſanctionibus inter homines ſtabilita. Idipſum amplius confirmatur in l. placuit. C. de iudic. l. ſed licet is. de off. præſ. l. quod ſi Epheſi. de eo quod cert. loc. can. pr. 4. quæſt. 4. facit l. verbum. 37. de ver. ſign. l. ſemper. de rit. nup. l. hac lege. C. de pact. conuent. l. illam in fin. & auth. ſeq. C. de collat. l. in ſacris. in 3. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. Vnde in iudiciis nulla eſt acceptio perſonarum. l. in iudiciis. 12. de reg. iur. Omnium enim rerum & perſonarum, quę priuatam degunt vitam in publicis functionibus æqua debet eſſe inſpectio. l. om

Enarratio regulæ per diuerſa thémata.

l.omnium.C.de vectigal.& cõ.Æqualitas item ab omnibus obſeruari debet, ne quod quibuſdam vicinis conceſſum eſt,id in aliis prohibeatur.l.quoniam.verſic.quæ autem. C. de ædific. priuat.Diſparibus etiam pactionibus factis ſuper dote & donatione ante nuptias, maior lucri pars ad minorem deducitur, vt eodem modo minorem partem vterque lucretur.Eleganter in l.cum multæ.§.ſimpliciter.C.de don.ante nupt. Facta ſubſtitutio diſpariter intelligitur eo modo valere, quo vtriſque pari ratione potuit ſubſtitui.l.in teſtamento.in pr.C. de teſtam.milit. facit ad hanc rem l.2. l.quamuis.C. de impub. Æquitatis ratio ſuggerit eadem ſeruari in vxore,quæ in viro & ė contra.l.non tan tum.de re iud. Præſes prouinciæ prouidere debet munera æqualiter ſecundum ętates,dignitates aut gradus iniungi, ne ſine diſcrimine & frequenter iiſdem oppreſſis ſimul viris & viribus Reſpubl.deſtituatur.l.3. §.præſes.de mune. & honor.Omnis enim excuſatio ſua nititur æquitate.l.pr.in princ.de vaca.& excu.mun.Neceſſe eſt quoque iudicem vnam partem quantacunque ſit prędítus dignitate,ſic prorſus audire, vt alteri nullum hinc præiudicium generetur.can.fin.4.quæſt.9. Nam ex æquitate,quæ iuſtè animum iudicantis mouere poteſt, iudicandum eſt cap.paſtoralis. in fin. de ca. pro. & poſſ. Facit ad regulam diuina Salomonis ſententia recitata in can.plerunque 3.quęſt.7.*Noli eſſe nimis iuſtus,quia talis perit in iuſtitia ſua.* Ad æqualitatem permutationes perueniant.c.

ad quæſtiones de rerum permut. Exempli gratia: ſi iſtud epiſcopo & illud eccleſiæ relinquatur, ſiue æqualia, ſiue inæqualia ſint relicta, reducenda ſunt ad diuiſionem canonicam inter epiſcopum & eccleſiam cathedralem, niſi ambo velint eſſe teſtatoris diſpoſitione contenti, nec quiſquam nimium defraudetur debita portione.c.requiſiſti.de teſtam. Æqualis debet autem eſſe diuiſio, ita vt maior natu partes æquales faciat, & minor eligat. cap.pr.de parœciis. In dubio æquæ partes deſignantur.l.ſi non fuerint.pro ſocio. Ratio illa ſeruandæ æqualitatis pulchrè deſcribitur in l.pr.de cont.empt. Quid liceat ſecundùm æquitatem attenditur. c. magnæ.de voto & voti redemp. Commendatur à Cicerone Sulpitius, quòd iuris ciuilis rationem nunquàm ab æquitate ſeiunxerit, & ita ſe iuſtum æquúmque præſtiterit, vt natura magis quàm diſciplina cóſultus videretur. Iura enim adeò ſequuntur ęquitatem, vt quod maximè æquum eſt, id ius commune ſit. l.bona fides depoſiti.l.pr.de minor.l.quidam.ſi cert.pet. Multa verò & penè infinita propter æquitatem inducuntur quę alias non fierent vt paſſim videre eſt in toto iuris corpore. Sed quædam ſpecialia notantur à Medicæo in reg.2.4.& 10. Ex hoc interpretationem recipit, quod vulgò dicitur: *Summum, id eſt ſtrictũ ius, ſumma iniuria.* l.ſi ſeruum.§.ſequitur. de verb. obl. vt ſuprà in præfatione diximus. Item iniquitas maiorem ſui præbet virtutem quam ęquitas ex iuris neceſſitate pendens. §. pr. Auth. vt non fiant pignor

Notabile exemplũ.

Aequitatis cauſa plura contra regulas iuris communis admitti.

De iuris ſubtilitate & æquitate.

gnorat.col.5. At tametſi olim erant ſtrictę iuris formulæ, quoties æquitas ſuggerebat remedio Prætorio ſubueniebatur. l. ſed etſi. §. item inquit Prætor ex quib.cau.maior. Nam multa æquitas ſuggerit quãuis iure deficiamus: quemadmodum expreſſe cum multis exemplis demonſtratur in l.2. §. item Varus. de aqua pluu. arcend. Cicero pro Cecinna ex æquo & bono, non ex callido verſutoque iure rem iudicari oportere: non eſt enim rigor, ex quo ſequi poſſet cauſæ perplexitas, requirendus cap. interpoſita. §. fin. de appell. Item iuris ſubtilitate aut rigore quædam impediuntur quæ æquitatis aut humanitatis intuitu ſuſtinentur. l. in bello. §. codicilli. de capt. & poſt. reuerſ. Iudex quando per viam tranſactionis interponit partes ſuas poteſt interdum aliquid ſinceritati detrahere. c. fi. de tranſact. Alioqui verò ad Imperatorem ſolum ſeu Principem ſpectat inter æquitatem & ius ſcriptum interpretationem ponere, non ad iudices, niſi qui mirè à principe ſunt delegati. l. 1. & ibi multis tractant glo. & doct. C. de legib. Hinc eſt quod vulgò dicitur, Æquitatem rigori præferri ex d. l. placuit. C. de iudic. can. fin. 1. quæſt. 5. c. 7. de rer. perm. in 6. c. 2. de appel. in Clement. Cuius pulchrum exemplum traditur in l. adeò. §. inſula, de rerum perm. Quocirca multas quoque diſtinctiones tradit Laureolus in titulo de iure & eius ſpecieb. axiom. 24. Diſpenſationes rerum parùm quidem cogunt à debito rigore quoſdam exire foras, vt maius aliquid lucrifaciant can. diſpenſationes 1. q. 7. *Aequitatẽ rigori præferri.*

Item circunſtant nos hinc manſuetudo miſericordiæ, hinc cenſura iuſtitiæ, vt credamus quædam delicta vtcunque toleranda: quædam verò penitus amputanda can.exigunt. 1.quæſt. 7. Nonnulla pro vtilitate communi contra iuris aſperitatem ex æquitatis manſuetudine tolerantur. c.3.in fin.de ſent.& re iud.in 6. Maximè verò in eccleſiaſticis perſonis & negotiis rigor & diſtrictio iuris non requiritur. c. 1. de dolo & contum. Multa quoque ſub iſtam regulam iura allegantur ab Azone in Rubr. 76. Vbi ita explicat Æquitatem, dico, lege, non cuiuſquam ingenio excogitatam ex d.l.1.C.de legib. Declaratur etiam cum ampliationibus & reſtrictionibus à Donato fin.lib.5. Item licet iuris ſubtilitas refragetur, attamen voluntas teſtatoris ex æquo & bono ſeruabitur.l.filio.& ibi gloſſ.de iniuſt.rupt. Atqui æquitas quæ non eſt ſcripta in iure ſed ex motu & affectione animi cuiuſque apparet contra ius ſcriptum ſequenda non eſt. Bart. Bald.& alij in d.l.1.C. de legib.& d.l.placuit. De iis autẽ quæ conſiſtunt in ſola æquitate nil perpetuum neque generaliter conſtitui poteſt vt eleganter in l. de acceſſionib. de diuer. & temp.præſcript. Duplex eſt porrò æquitas, naturalis & ciuilis. Hæc non omnibus nota eſt, ſed paucis tantùm qui prudentia, vſu & doctrina præditi didicerunt, quę ad ſocietatis humanæ conſeruationẽ attinent. Quæ quidem duæ ſpecies multis caſibus inter ſe videntur repugnare, vt in vſucapione, ſeruitute, actione contra ingratum, & ex pacto nudo:qu

Limitationes regulæ

Distinctio.

do: quemadmodum pulchrè explicat hanc diſtinctionem primus Doctor noſter Duaren. in l.1.de pactis. Naturalis autem æquitas potiſſimùm circa effectum & cauſam finalem ſpectanda eſt.l.3.§.ſi quis.& ibi Bald. de condict.cauſa data. Rurſus æquitas ipſa non in verbis ſolis & literis,ſed in rebus quærenda eſt, vt docet Iuſtinianus in prin. auth.de æqualitat.dot.coll.7. Iuſtitia commutatiua Arithmetica æqualitate omnes commutationes, cōtractus, diuiſiones, æſtimationes, atque adeò iudicia dirigit & in infinitum extenditur, vt Ariſtoteles lib.2.& 5. Ethic. ſcribit. Sed hoc non ad amuſſim, id eſt, exactè accipiendum eſt, quoniam ita nulli contractus integri,aut ſalui ferè manerent: at verò ἐνπλάτει, id eſt, cum quadam latitudine, vt quantum fieri poſſit illa proportio Arithmetica ſeruetur. Contractuum enim vſus impediri non debet ob nimis exactam æqualitatis obſeruationem. l.quiſquis.C.de reſcin. vend.l.res bona fide. de cont.emp. Quin & humanam vitam ſine quatuor elementorum æqualitate ſeu temperie Hippocrates libr.de humana natura, negat poſſe conſiſtere. Alias quoque ampliationes & limitationes circa hanc regulam tradidit Laureolus in tit.de reg.iur.axiom.C.

Arithmetica proportio in æqualitate.

CAP. II.

QVæ æquitati repugnant, non admittuntur.] Hæc regula eſt priori ex diametro oppoſita:ſed quia ſpeciales habet qualitates & diſtinctiones, ideò ſeparatim eſt tractanda. Pignerationes ſeu repræſaliæ tanquàm

graues

graues legibus & æquitati naturali contrariæ ciuili ſunt conſtitutione prohibitæ, vt refertur in c. 7. & ibi gloſſ. de iniur. & damn. dato. in 6. Non etiam creditur Papam id in literis expreſſiſſe: quod contra iuris æquitatem procedit. c. ex parte in 2. de offi. & pot. iud. del. Item ſententiæ ſtari non debet, ſi iniquitatem contineat manifeſtam, licet appellatione remota mandatum fuerit iudicare. c. inter cæteras. de ſent. & re iudic. Pactum etiam inæqualitatis cauſa improbatur. d. l. ſi non fuerint. pro ſoc. Gloſ. in l. ſi paſcenda. C. de pact. Quam regulam cum ampliationibus & reſtrictionib. late declarat Prateius reg. 431.

Declaratio regulæ per themata.

CAP. III.

Legem vel normam, quam quis aliis ſtatuit, ipſe ſeruare tenetur.] l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. ait prætor. de iureiur. l. frater à fratre. verſic. porrò. de cond. indeb. l. ſi negotia. cum glo. mandat. l. antepenult. de admin. tut. & toto tit. quod quiſque iuris. can. quorundam diſtinct. 74. can. de forma 22. quæſt. 5. Talis ego ſum, inquit Hieronymus, in ſcriptis aliorum, quales volo eſſe intellectores meorum. cano. neque quorumlibet diſt. 9. Inſtrumentum, aut aliud ſcriptum quód quis pro ſe inducit, contra eum poteſt accipi can. 1. & ibi gloſſ. diſt. 18. quomodo poteſt hortator quis eſſe viduitatis, qui & ipſe coniugia frequentauerit? Elegans textus in can. vno tantum diſt. 26. Sacerdos primùm à ſemetipſo & à domeſticis ſuæ eccleſiæ debet exigere & facere, quod poſteà populo imper

Enarratio regulæ per diuerſa themata.

imperet. can.1. diſtinct. 42. Epiſcopi honorent clericos, ſi ab ipſis velint honorari, vbi illud Domitij oratoris recenſetur: *Cur te habeam, vt principem, cùm me, vt Senatorem, non habeas?* can.eſto. diſt. 95. Item ſicut leges latas à vobis vultis inuiolabiliter obſeruari, ita latas ab aliis debetis itidem obſeruare. c. ad reprimendam. de offic. ordin. Iuſtitiæ namque ac rationis ordo ſuadet, vt qui à ſucceſſoribus ſua mandata ſeruari deſiderant, deceſſoris ſui proculdubio voluntatem & ſtatuta cuſtodiant. can. iuſtitiæ 25.quæſt.1.can.inſtitutionis.25.quæſt.2. Et valdè iniquum eſt, vt quis de alio iudicare velit, tamen iudicari de ſe nolit can. iniquum 32.quæſt.6. Libertatem, quam ſibi maiores conſeruare deſiderant, minoribus ſuis bona voluntate conſeruent.c.prohibemus.de cenſib. Item quod in aliis putat iuſtum, hoc in ſeipſo putare debet.l.cum meo.de pact.l.ſi fundus.§.ſi purè mandati.*l.* ratas.C.de reſcind.vend.l.qui bona.l.ſi quis de damn.inf.quod Azo multis hinc inde allegatis iuribus latius declarat Rubr.69. Si quis etiam aliquod ius contra alium impetret, idem contra ſe debet admittere vt dicitur in principio primæ diſt. & c.cum nobis.de decimis.c.1. & 2.de mut. petit. Poſtremò quod quis aliis fecerit, idem iure expectet. l.3.C.de epiſc.aud.cap.cum omnes.de conſtit. §. in quibus.de conſuet.recti feudi. in vſib. feud. Vide plura circa hanc regulam ꝟ. in tit. de ſuo & alieno.& c.6. At quando Princeps motu proprio aliquod beneficium concedit, non poteſt illud in eius

Limitationes.

in eius læſionem retorqueri. l. 3. quod quiſque iuris. l. quod fauore.C.de legib.can.Imperatores.diſt.9.can.ſi hæreticus.2.quæſt.7.quod etiã amplius declaratur cum multis iuribus & diſtinctionibus à Damaſo in reg.63.

CAP. IIII.

NOn ſeruatur ei fides, vel pietas aut quiduis aliud, quod alteri præſtare recuſat.] c. fruſtra.75.de reg.iur.in 6.l.cum proponas. C.de tranſact.l.2.in fi. C.de infant.expo. Hinc maximè commendata eſt à Paganis lex Chriſtianorum, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*, vt teſtatur Flauius Vopiſcus. Quæ ſententia traditur in can. licet plerunque diſtinct.45. can.ponderet diſt.50. can.primo 2.quæſt.1.can. qui ſcit. 2. q. 6. can.oues 6.quæſt.1.can.primo. 13.q.1.& c.dilecti.de maio. & obed. Vnde Iuuenalis in Satyris:

Declaratio regulæ per themata. Quod tibi fieri nõ vis alteri ne feceris.

Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego.

Nemo enim virtutem ab alio exigit, quam ipſe non habet. l. ſi vxor. §. iudex.ad leg.Iul.de adult. can. 1. 32. quæſt.6. Cur maritus mulieris mores & adulterium improbet, quæ ipſe aut ante corrupit lenocinio aut poſteà probauit? l.cum mulier.in pr. ſol.mat. c.diſcretionem.de eo qui cognouit conſang.vxor. aut verò ſimile aliquid commiſit? c.ſignificaſti. de diuort. Doloſus item doloſo nihil improperare poteſt. l.ſi filium.C.de lib.cauſa. l.quoniam. de teſtib. Culpam aliis imputare non poteſt, qui ex ea culpa commodum percepit. l. cum in fundo. §. quod ſi mulier. ſolut.matr. nec qui in ſimili eſt

culpa.l.in arenam.C.de inoff.teſt.Qui in ſe habet,quod ſibi imputet, corripere alios quidem poteſt,non corrigere: pulſare,non aperire: manus comprimere, non animum mutare eleganter & ſcitè in can. ſicut hi circa finem diſt.47. Diluere aliena delicta non valet is, quem adhuc propria deuaſtant can.hinc etenim in fine diſt.49.Decet eſſe irreprehenſibiles,quos præeſſe neceſſe eſt corrigẽdis velut epiſcopos can. 1.diſt.60.can.1.diſt.90.Qualem.n.fructum de ſe producturus eſt, cui graui peſte radix infeſta eſt? can.fertur.1.q.1. Similiter indignum eſt,vt illi eos accuſent,qui non poſſunt eſſe quod ipſi ſunt,eleganter in can.omnes 6.quæſt.1.nec debet admitti rei aduerſus quemcunque profeſſio can.qui crimen 6.quæſt.1.quod recriminari vulgariter appellatur:idque latius tractatur in l.1.& ibi notant doctores. C. qui accuſare non poſſunt.Non opponit etiam per modum exceptionis culpam qua ipſe non vacat. c. 3. de except. Qui alterius appellationi nõ detulit, non tenetur eius appellationi deferre.c.conſtitutis, de appellat.Et nullatenus auditur petens reſtitutionem vſurarum niſi prius vſuras reſtituerit,quas ab aliis noſcitur recepiſſe. c.quia fruſtra, & c.Michael.de vſuris. Priuilegia iis non conſeruantur, qui aliena volunt infringere. c. dilecti.de priuileg.& exceſ.priuil.Si iis propter quos interdictum latum eſt, illud non obſeruant, alij ſeruare non tenentur, ne videantur de aliorum fletu ridere: ſingularis textus in c. petiſtis illo eod.tit. Aurea eſt de iudicibus ſententia

tentia: Iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alijs putet eſſe punienda, ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ſententiam can. iudicet 3.q.7. Cui ſimilis eſt: iudicans alium, in eo, in quo eſt indicandus, ſeipſum condemnat: cognoſcat igitur ſe, & purget, quod alios videt ſibi offerre: caueat, vt à ſe proijciat, quicquid damnoſum in alio reperit. Quod quanquam de ſacerdote, id eſt iudice ſpirituali loquitur, tamen ad alios transferri poteſt. Auguſtinus in can. 1. de pœnit. diſtinct. 6. Item prius purgandi ſunt per quos aliorum culpæ feriuntur, vt ipſi iam mundati per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere feſtinant. can. qui ſine peccato. 3. q. 7. vbi pulchrum hac de re exemplum traditur. Econtrà ſubditi nobis, id eſt, ſuperioribus imponere non debent, quod ipſi negligunt obſeruare. cap. pro illorum. de præb. & dignit. Aptè huic loco congruit vulgare brocardicum, vt vocant, *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Quod quidem probatur in d. l. cum proponas. C. de tranſact. l. ſi inſtituta. C. de inoffic. teſta. l. diuiſionis. de pactis. l. eum. §. 1. de inoffic. teſta. l. qui fidem. de tranſact. cap. peruenit. de iureiur. l. cum pater. §. libertas. de legat. 2. l. ſi ſocietatis. pro ſocio. can. infidelis. 28. quæſt. 2. fallit tamen in caſu ſpeciali. l. cum mota. C. de tranſact. Cum quælibet proximorum peccata conſpicimus, non hæc antè reprehendendo iudicemus, quàm ad conſcientiam noſtram humiliter reuerſi digito eam diſcretionis ſolerter exculpemus exemplo Domini noſtri Ieſu Chriſti dic

Sententia de iudicib. valde nota tu digna.

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Reſtrictiones.

ſti, dicentis: *Quis veſtrum ſine peccato, &c.* Item tunc ille liber pro vobis apud dominum erit interceſſor, ſi non obligatus ſuis delictis ad interceſſionis locum peruenerit. can. ego autem 1. quæſt. 6. Multæ etiam aliæ huius regulæ fallentiæ traduntur à Socyno in reg. 160. Donato fin. lib. 5. Latius tractat cum allegatione iurium, ampliationibus & reſtrictionibus Damaſus in reg. 51. vbi hæc notatu digna eſt diſtinctio: Si ex voluntate eorum qui contrahunt, obligatio diſſolui poteſt, regula habet locum: Si autem non poteſt, ſecus vt in can. quod deo 33. q. 5. Egregia eſt ſententia quæ traditur in can. poſtulatus. 3. quæſt. 7. *Diſtinctio.*

In Titulum de Iuſtitia,

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

HIc titulus adeò proximè præcedenti cohæret, quemadmodum in illius præfatione diximus ex mente Dauidis in Pſalmis, vt nullum aptiorem illi poſſimus ſubiicere. Iuſtitia enim ex æquitate tanquam filia à matre deſcendit, eáque in ſe omnes virtutes complectitur (vt ſcribit Ariſtoteles lib. 5. Ethicor. cap. 1. Rodol. Agric. lib. 2. c. 5.) Porrò hæc eſt virtus omnium domina, regina, cauſa, ſentina virtutum, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile, ex qua vna virtute boni viri appellantur, quæque ad omnem rem gerendam eſt neceſſaria, in tantùm, vt nec illi quidem, qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula Iuſtitiæ viuere *Cõtinuatio.* *Breuis commẽdatio iuſtitiæ.*

viuero, vt refert Tullius in libr. 1. 2. *&* 3. *officiorum, & libr.* 1. *de legibus. Alia item ratio, cur hunc aliis titulum præpoſuerim, ex eodem Tullio in libr.* 1. *Officior. deſumpta eſt:* Omne, *inquit*, officium, quod ad conuentionem hominum & ſalutem tuendam valet, anteponendum eſt illi officio, quod cognitione & ſcientia continetur, officiiſque ſcientiæ anteponenda ſunt officia iuſtitiæ: conſideratè enim agere plus eſt, quam cogitare prudenter. *Sed & definitiones iuſtitiæ multas videre eſt apud ipſum Ciceronem in libris de Inuentione, de natura Deorum & de finibus, & quamplurimis aliis locis: In iure autem in l.*1.*de iuſtitia & iure, &* §. 1. *inſtitut. cod. tit. Celebris eſt quoque Carneadis oratio de Iuſtitia, quam poſtmodùm problematico ſermone fœdare conatus eſt. Gratum tamen fortaſſe erit paucis verbis quid iuſtitia contineat referre ex eodem Cicerone lib. de Partione:* In commune quæ poſita pars eſt, iuſtitia dicitur, eáque erga deos religio, erga parentes pietas: vulgò autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur. *Rurſus & illud ex Platone notatu digniſſimum in* 4. *de Repub. Dialogo:* Iuſtitiam præſtare cuiquam nihil eſt aliud, quàm animi partes in ordinem ſuum digerere, vt ad naturæ normam pareant atque imperent: iniuſtitiam verò, vt contra naturam exuperent inuicem, ac ſuccumbant.

Exercitia iuſtitiæ.

De iuſt

De Iuſtitia, Tit. ij.

CAP. I.

IVſtitia potiſſimum in iudiciis locũ habeat.] l.eos.§.1.C. de appell. Summum in rebus bonum eſt iuſtitiam colere, ac ſua cuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſinere, quod poteſtatis eſt fieri:ſed quod ęquum eſt cuſtodire ca. ſi ſeculi 12. q. 2. can. graue 35. q. 9. Hinc poëta: *Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.* Iuſtitiam enim ſemper ſeruare debemus & aliquando mollire rigorem c. inter ſolicitudines. de purg.can.c.quoniam de immun. eccleſ.in 6. Omnia quoque ſubiicienda ſunt limæ iuſtitiæ & rectæ libramini rationis. cap.2.de ſent.& re iud.in Clement. Ille autem qui cæteris præeſt, iuſtè & fideliter iuſtitiam diſtribuat, nec quibuſdam perſonis honorabilius exhibat, vnde alij ſcrupuloſo corde moueantur. can. decimas 16.q.7. Iuſtis iudicibus honores auctiores proferuntur proceſſus, & è contra iniuſtos cenſuræ principalis vigor abſumat: vt eleganter declaratur in l.3.C.de officio præt. Vnde præclarè Ioannes epiſcopus ſeu pontifex Vrbis Romæ Iuſtiniano Imp.ſcripſit: *Per me reges regnant & potentes ſcribunt iuſtitiam*, atque rerum moderatores iuſta decernunt. l. inter claras. Cod.de ſumma Trin. *Noli autem eſſe nimis iuſtus, quia iſte perit in iuſtitia ſua.* Eccleſ.cap.7.& can. non poteſt 23.qu. 4. Quod alibi etiam tetigi. Præcipuum ſanè iuſtitiæ munus eſt ſua vnicuique ſeruare nec aliena appetere:cuius regula expli-

Paraphraſis huius regulæ elegantiorib. textibus cõfirmata.

Exceptio.

Iuſtitiæ cõditiones & officia.

b cat

cationem, vide infra in titulo de ſuo & alieno. c.1. Quia hæc regulæ ſpecialis ſpeciali digna quoque eſt tractatu. Vna igitur hæc eſt & perfectiſſima virtus, quæ iura omnibus diſtribuit ex cauſa cognominata iuſtitia, vt in princip. Auth. Vt omnes obediant.coll.5.vbi multa alia de laude iuſtitiæ Imperator cõmemorat. Conſiſtit ea virtus maxime in diſtributione præmiorum & erogatione pœnarum: Idcircò diſtributiua vocatur ab Vlpiano in l. 1.de iuſt. & iur. poſt Ariſt. in Ethicis. facit ad hanc rem l. bona fides. depoſiti. & l. vlt. de Publ.in rem actio.

CAP. II.

Contra iuſtitiam nemini eſt fauor concedendus.] cap.nuper de don.int.vir.& vxor.

Expoſitio regulæ per themata. Nam eò demum accuſationes admittuntur, quæ de zelo iuſtitiæ non de malignitatis fomite procedunt.cap.licet Heli. in fi.de ſimonia. Item ex ore Romani Pontificis recta debet exire ſententia, quæ contra iuſtitiam nulli pareat, ſed reddat vnicuique quod ſuum eſt. c. ex ore.de priuil.& exceſſ.priuil. Vnde iniuſtum iudicium & difinitio iniuſta regio metu vel iuſſu à Iudicibus ordinata non valet. can. omne. 25. q. 1. At verò propter abſentiam vnius teſtis aut defectum iuſtitia non debet deperire. c.dilecto.de teſti.& c.fi. de teſt.cog. Cauendum enim eſt ſummoperè ne ob defectum iuſtitiæ diſpendium aliquod ſubditi patiantur. cap.1.§. eiſdem.de foro comp.in Clem. Sic ſumus etiam viduis in iuſtitia debitores, quòd aliis iniuſtitiam

tiam non faciamus. c.ex tenore.de foro comp. Vbi tamen ſana fides non eſt, non eſt iuſtitia, quia iuſtus ex fide viuit: nec etiam ſine charitate: nam dilectio proximi malum non operatur, can.vbi ſana.24.q.1.

Iuſtitia ſine fide & charitate nulla eſt.

In Tit. de iure naturali & poſitiuo,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

IVs id eſt, Iuriſprudentia, eſt ars boni & æqui, & à Iuſtitia denominationem accipit, teſte Vlp. in l.1.de iuſt.& iur.ideóque meritò hic titulus ſubnectitur. Quod ſatis apertè demonſtrat verſus ille Dauidicus. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit, *vbi veritatem pro iure ſumi non dubium eſt. Aliquando tamen ius pro iuſtitia, nonnunquàm iuſtitia pro iuris executione vſurpatur, ſicque multis in locis iſta vocabula promiſcuè confunduntur, vt Gloſſa amplius declarat atque doctores in d.l.1.& l.ius pluribus, eo.ti.vide etiam de iure & iuſtitia plurima ſcitu digniſſima apud Laureol.in ti.de iure axiom.5.cum aliis ſeq. Licet autem plurimæ tradantur iuris diuiſiones & ſubdiuiſiones: præcipua eſt, & præ omnib.neceſſaria, vt ſit aliud ius naturale ſeu diuinũ, aliud poſitiuum, vt docet Coraſ.in l.hæres.nu.3.C.de impub. Rurſus & poſitiuum in ius gentium & ciuile vel Prætorium ſubdiſtinguitur: quorum ſpeciales diffinitiones videre eſt apud multos iuris authores. Sed explicat Cicero libro de inuentione & de legibus ius naturæ, quod nobis non opinio, ſed quædam innata vis adfert, vt religionem, pietatem, gratiam,*

Ius à iuſtitia dicitur.

Cõtinuatio.

Varii iuris ac iuſtitiæ intellectus.

Iuris diuiſio & ſubdiuiſio.

Ius naturæ.

vindicationem, obſeruantiam, veritatem. Item in lib. offic. Maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile eſſe voluerunt: quod enim ciuile, non item cõtinuò gentium, quod autem gentium, idem ciuile eſſe debet. Cæterùm hæc duo ſæpenumerò varia accipiuntur, vt notant interpretes in t. de iur. nat. gẽt. & ciuil. In inſt. Quemadmodum & ius gentium ſub nomine generali naturalis comprehẽditur. Ius eſt enim generale nomẽ, lex eſt iuris ſpecies ſeu ius
Ius ciuile. *poſitiuum. can. 3. diſt. 1. Poſtremò de iure ciuili ita ſentit Cic. pro Cecinna.* Nihil eſt, *inquit*, in ciuitate diligentius retinẽdum quàm ius ciuile. Etenim hoc ſublato nihil eſt, quare exploratum cuiquam poſſit eſſe, quid ſuum aut quid ſit alienum: nihil eſt quod æquabile inter homines atque vnum omnibus eſſe poſſit. *Item alibi*: Ius ciuile eiuſmodi eſſet debet, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia queat: nam qui ius ciuile contemnendũ putat, is vincula reuellit, non modò iudiciorum: ſed etiam vtilitatis vitęque communis. *Vnde pulchrè exclamat Vlpianus noſter in l. 1. §. medicos. de var. & extr. cogn.* Eſt quidem ſanctiſſima ciuilis ſapientia, ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, dum in iudicio honor petitur, qui in ingreſſu ſacramenti offerri debuit.

De iure naturali & poſitiuo, Tit. iij.

CAP. I.

IVra naturalia nullo iure ciuili tolli poſſunt: ſec

ſecus de ciulibus.] l. iura. 8. de reg. iur. l. ius agnationis. de pact. §. ſed naturalia. inſtit. de iure nat. gent. & ciu. §. fi. inſt. de leg. agn. tut. §. quod autem. inſt. de cap. dim. §. ſed hodie. inſtit. de adopt. §. minus. inſt. de hær. quæ ab int. def. facit ad hanc rem. l. priuatorum. C. de iur. om. iud. ca. ſi diligenti. de foro compet. l. donatio. C. de don. c. 2. ver. cęterùm de ſent. & re iud. in Clem. Ius quoque naturale nec variatur tempore ſed immutabile ſemper permanet. can. 1. diſt. 5. can. fin. §. his itaque. diſt. 6. vbi pulchra traditur diſtinctio. Et generaliter quæcũque vel moribus recepta ſunt, vel ſcriptis comprehenſa: ſi naturali iuri fuerint aduerſa, vana & irrita habẽda ſunt. can. quo iure. diſt. 8. Cùm enim leges diuinæ natura conſiſtant, eædêmque cum iure naturali conſtituantur, certum eſt omnia, quæ contra diuinas leges aut canonicas ſcripturas faciunt, tanquàm iuri naturali contraria, eſſe reiicienda. Pulchrè in can. fi. diſt. 9. Item leges principum naturali iuri non præualent, vt eleganter exponit Auguſtinus in can. Imperatores. ead. diſt. Naturæ ac rationis ordo & generalis lex Dei nulla conſtitutione humana coarctari aut diſſolui poteſt. can. quæ ad perpetuam 26. q. 1. Siquidem Dei præcepta nequaquam in dubium reuocanda ſunt: licèt poſſit princeps ſecularis legem diuinam limitare ſeu interpretari ex cauſa, vt declarat Bernardus Dias reg. 430. Idque multis aliis iuribus probatur cum diſtinctionibus à Damaſo in reg. 132. Idem aduerſus naturale ius nulla diſpẽſatio admittitur,

Ratio.

Paraphraſes regulæ multis textib. confirmatæ.

 niſi

niſi forte è duobus malis minus eligendum ſit, vt exemplis demonſtratur in diſt.13. per totam. Decretales Pontificũ epiſtolæ recipiuntur, quæ non euangelicis præceptis aut canonicis ſcripturis refragātur, vt per exempla quoque probatur in can. ita dominus noſter. diſt.19. Diuina enim lege, non legibus huius ſeculi viuimus. c. filius de teſtam. Hinc eſt quod vulgò dicitur:

Quod natura negat, reddere nemo poteſt.

Item contra ius gentium, quod & naturale vocatur, nihil admittendum eſt. Turpis enim eſt pars quæ ſuo vniuerſo non congruit. Si verò Deus aliquid contra morem vel quorundā pactum iubeat fieri, obtemperandũ eſt, cuius pulchra redditur ratio, in can. quæ contra mores. diſt. 8. Elegans porrò diſtinctio traditur inter naturalem cauſam, publicam & impoſititiam in l. de pupillo. §. Sextus Pedius de no. op. nunt. Atqui quæ ciuiliter ab vnaquaque gente ſunt introducta, vel conſenſu populi tacito, vel alia lege ſeu conſuetudine tolli poſſunt, non autem quæ naturali lege omnibus gentibus ſunt impoſita: exempla narrantur in l. vlt. §. nomen. de grad. & affi. l. abdicatio. Cod. de pat. pot. l.3. de tranſ. l.3. in prin. ad l. Falc. l. Neratius. de relig. & ſumpt. fun. Vnde Iſocrates dicebat amicitiam conſanguinitati præferri quod illa ἐκ τῆς προαιρέσεως, hæc ἐκ τῆς ἀναγκῆς procedat. Pœna, quæ legibus aut edicto irrogatur, adoptionis remedio non obliteratur. l. ſi filius qui patri. de bonis lib. At ius ciuile quemadmodum adoptionis emancipatione tollitur. l.2. §. rectè ſi tabulæ teſt. nullæ

Notabilis diſtinctio.

Secundo membri expoſitio.

nullæ ext. Magna item eſt differentia, an inceſtus iure gentium prohibeatur, an ciuili, quia illo caſu grauius punitur, quàm hic.l.ſi adulterium cum inceſtu. §.1.ad leg.Iul.de adult.Quoties diuina lege quid prohibetur,diſpenſari nō poteſt:ſi vero ex conſtitutione humana,poteſt, vt not.in c.literas.de reſt.ſpol. Naturalis certè ratio authoritate Senatus mutari non poteſt, ſed certo remedio à l. ſubuenitur. l. 2. §.1.de vſuf.ea.re.quę vſu.Quam ſententiam latè explicat Cic.lib.2.de leg.Exemplu in adoptione:quis patiatur iura patris naturalis nexu diuino copulata ludibrio defraudari? Ideoque nec per adoptionē diſſoluuntur aut mutantur,ſed iis additur,nec ius originis in honorū & munerū obſequio minuitur.l.adoptio.de adop.l.in adoptionem.l.cum in adoptiuis.C.illo tit.l.ordine.§.fi. cum l. ſeq. Ad mun. Item licet ius ciuile naturale non tollat,ipſi tamen derogat.d.§. fin.inſt. de leg.agnat.tut.Item ius naturale & gentium. licet in totum non tollantur, tamen ex parte mutantur per ius ciuile. §. ſed agnationis.inſt. eod.tit.l.ius ciuile de iuſt.&iur. Itē ius ſanguinis ciuile ius nō dirimit, ſed effectum eius tollere poteſt.d.§.quod autem.inſt.de cap. dimin. Has tres poſtremas exceptiones amplius illuſtrat exēplis præceptor noſter Laureolus axio. 8.1.ſub t.de re.iur.&axio.35.ſub ti.de iure,eiuſq; ſpeciebus. *Exceptiones.*

CAP. II.

IVs publicum priuatorū pactione mutari non poteſt.] l. ius publicum. l.inter debitorem.de pact. l. 2.§. ius Reip.de admi. rerum ad ciuit.

per.l. 2. C.de conu.fiſci deb.lib.10.l.1.§.ſi inter. de magiſt. con. Item nec teſtatoris diſpoſitione.l.nemo poteſt.de legat.1.c.requiſiſti.de teſt.

Expoſitiones & ampliationes regulæ.

Nec poteſt renunciari his quæ pro communi vtilitate introducta ſunt, vt latè probatur multis iuribus cum diſtinctionibus & ſolutione ab Azone in Rub.13.& infra tit.de renunt.Ita neque poteſt iuri publ. derogari.l. cerdonem. de operis lib.c.ſi diligēti.de foro comp. Nam quæ ſemel rectè definita ſunt, violari aut reſcindi non oportet.can.inſtitutiones.can. cum piæ & ferè per totam.25.q. 2.Nemo etiam ius publicū poteſt remittere. l.quidam decedens. de admi. tut.Tractatur in vulgata.l.ſi quis in conſcribēdo.C.de pactis. Nec id eſt in iudicis ſitum poteſtate.l.ordine.& ibi Gloſ.Ad municip.Priuatorum etiam cautiones legis authoritate non cenſentur.l.fi.de ſuis & leg.l.teſtandi. C.de teſtam.l.quod de bonis.§.1.Ad legem Falcid.Vnde ſi aliqua decretalis epiſtola proponatur,quæ iuri communi ſit conſonans,ſecundùm eam iudicandum eſt:Secus autem, ſuperior conſulendus.c.paſtoralis.de fide inſt. Propter eos quoq; quibus ex cōuentione ius perfectum competit non conuenit legem generaliter abrogare. l. quoniam ver.propter.C.de ædif.priu.

Ratio.

Ratio eſt huius regulę quia nil tam ſtudioſum in omnib. reb.inuenitur,quam legū authoritas,quę diuinas humanáſque res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit. l. 1. C.de veteri iure enucleand.Lex enim proditur,vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur , vt eleganter notat

Greg

Gregorius in proœmio Decretal. Ideóque canonum ſtatuta cuſtodiuntur ab omnibus tam in iudiciis, quàm in actionibus eccleſiaſticis ca. pr. de conſtit. Noſtræ regulæ congruit quod dicitur in l. qui mutuatum mandati. Quæ dubitationis tollendę cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt. Vnde manauit alia iuris ſub regula, ſeu axioma: *Qui ius publicum ſequitur, non decipitur.* l. nihil. 117. §. non capitur de reg. iuris. l. inter eos. §. cùm inter de fideiuſſ. l. fin. C. de in integ. reſt. cap. vn. de rer. permut. in Clem. Adiuuari enim nos à lege, non decipi oportet. l. in commodato. §. ſicut Commodati nec Prætor beneficium vult alieni eſſe captioſum. l. Paulus notat de Prætor. ſtip. Nec debet iniuria naſci, vnde iura naſcuntur, cùm iuris executio nemini faciat iniuriam. l. meminerint. C. Vnde vi. cap. qui peccat. 23. qu. 4. l. pr. Si menſor fal. mod. cap. commiſſa de elect. In 6. At verò licet longæuæ conſuetudinis nõ ſit vilis authoritas, tamen non vſque adeò valitura eſt, vt vel iuri naturali vel poſitiuo debeat præiudicium generare. Niſi tamen fuerit rationabilis, & legitimè ſit præſcripta, tãtóque tempore vſurpata, vt iam pro lege habeatur. l. diuturna cum. 6. ll. ſeq. de legib. cap. fin. de conſuetud. Item fallit regula in caſu. l. eum qui. §. in popularibus de iureiur. Item legis auſteritas (quoad ritum iudicialem) pactis litigãtium aut remittitur aut minuitur. l. fin. §. fin. C. de temp. ap. Itẽ à iure cõmuni non receditur, niſi fortè per ſpeciale priuilegium vel contrariam conſuetudinẽ aliq

Qui ius publicũ ſequitur, non decipitur.

Reſtrictiones.

aliquid ſit ei detractũ.cap.nouit.de iudic. Nam ſpeciale priuilegium patriæ à principe conceſſum iuri communi derogat, vt ſunt ſtatuta ſeu conſuetudines regni Franciæ & aliarum nationum,quæ eatenus vim legis habent , quando à principe confirmãtur.l.ſi non ſpeciali. C. de teſtam. Item generaliter omni conſtitutioni,legi, ſtatuto vel conſuetudini derogandum eſt, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari, cap.fin.de pręſcrip.Item ritus eccleſiaſticos aut ceremonias poſſunt homines immutare, ſi modò legi Euangelicæ non conſentiant , can. non licet.diſt.10.can.illud diſt.xij. Quemadmodum latè explicat Damaſus.in reg.132. At vero alioqui principes ad exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti aliquãdo ſacros canones humiliter cuſtodiunt,vt aliis obſeruandos exhibeant : nonnunquam iubendo,decernendo, ſeu aliter agẽdo ſe decretorum dominos & auditores eſſe oſtendunt.Argum.l.digna vox.C.de legib. Alia quoque circa hanc regulam diſtinctio traditur: Iis quidem quæ principaliter ad publicam vtilitatem ſunt inducta pactis priuatorum non licet derogare:ſed iis quæ in conſequentiam , vt fauori dotis.Sic interpretatur.d.l.ius publicum per l.paciſci de pactis.

Diſtinctio.

CAP. III.

QVæ contra leges,conſtitutiones, earúmq; vicem obtinentia fient,nullius erunt momenti.]l.cõtractus 24.in fine.l.nec ex prętorio 28.l.neque pignus 46.§.vlt.l. nemo 166. §. vlt.de reg.iur.cap.quod latenter.5. cap. non eſt

58.cap. in malis 69.& c.certum eſt 88.de reg.iuris.in 6.l. pacta quæ contra.& l.fin.C.de pactis. l.non dubium.C.de legib.Quin & reſcripta cōtra ius elicita refutari debent niſi alium nō lædant.& ipſi proſint, aut crimen indulgeatur. l. reſcripta.C.de prec. imp. offer. Quicquid enim contra leges accipitur, per leges diſſolui meretur can.conſtitutiones.& can.vides diſt.10.multis etiā & pene infinitis iurib.hęc reg.comprobatur:quorū meliora & magis expreſſa adiiciā. l.prætor.§. ait prætor.de noui op.nun.l. fin.C.ſi nuptiæ ex reſcripto pet.l.vn.§.ſi.C.de rei vxor. act.l.cōſenſu.in fin.C.de repud.§.1.auth.de iure à mor.præſtito coll.v.l.placuit de vſuris.l.filius. de cond.inſt.l.ſi conuenerit.de iuriſd. omn.iud. l.1.de feriis.l.nō quicquid.§.1.de iudiciis. l.cùm ſpōſus.§.ſi res de publiciana.l.Arriani circa fin. C.de hæret.& Manich.l.fi.C.de ſponſal.l.fin.de coll.& corp.illi.l.1.C. de ſepul. violato. can. videtur 35.q.5.can.Ideò & ferè per totā 35.q. pr.c. ſtatutū.§.fi.de reſcript.In 6.cap.vn.de exceſſib. prælat.in 6.Hinc prodeunt infinitæ etiā ſubregulæ tanquā è fonte magno riuuli. Inter alias: Gratia priuari debet qui nō exhibita fide in legē peccarit.l.auxiliū de minor.l.nemo poteſt.de legat.pr.vel cōtra officium naturale.l.2.C.de in ius voc.facit.l.ſi quis eū de condit. & dem. Æquè reprobatur pactum ne quid fiat,quod aliàs per legē prohibetur,ſiquidē interuenerit pecunia.l.iuriſgentium.§.ſi ob maleficiū.l.nō impoſſibile de pactis facit.c.qui literas de deſpon.im pub. cap. qui generaliter. §.vlt.de procur. in 6. Vnde

Paraphraſis regulæ multis iuribus comprobatæ.

Subregulæ

Ampliationes regulæ.

Vnde pactũ vel quiduis aliud contra legis prohibitionẽ factum infirmũ & inualidũ,ita eſt,vt ex eo nulla poſſit actio procedere.l.generaliter. & l.ſeq.de verb.oblig.l.Præfectus de ritu nupt. l.ex morte.C.de pact.conuent.Imò nec naturalis naſcitur obligatio.l.ſtipulatio hoc modo de verborum obligat. l. cùm lex de fideiuſſor.§.pr. Auth. de non alie.coll.2. Item nihil omnino, quod legibus aut vtilitati publicæ refragatur, debet in iudiciis proferri. l.fin. C. Si contra ius vel vtil.pub.Statutum non debet fieri ludibrio ſeu debito fraudari effectu cap.commiſſa de elect.in 6. Quis enim leges principum aut patrũ ſanctiones dicat debere contemni, niſi qui impunitum ſibi exiſtimat tranſire commiſſum? can.quis aut leges diſtin.53.Extat pia illa & celebris ſententia Gelaſij Papæ in can. baſilicas de conſecr.diſtin. pr. *Cùm decreta venerabilium ſanctionum*, inquit,*nos quoque magnoperè cuſtodire nitamur,ac ſine eorum diſpẽdio etiam illa quæ pro alicuius vtilitatis compendio fortaſſe videantur laxanda credamus:cùmque nos contra ſalutarium reuerentiam regularum cupiamus temerè nil dicere,& cùm ſedes Apoſtolica ſuperior his omnibus,quæ paternis canonibus ſunt præfixa,pio deuotóque ſtudeat tenere propoſito : ſatis indignum eſt quemquã Pontificum vel ordinum ſubſequentium hanc obſeruantiam refutare, quam beati Petri ſedem,vbi Dominus eccleſiæ totius poſuit principatum ſequi videat & docere.*Item non valent,q uę fiunt a non iure electo vel creato,vt notatur in l.Heres nudus de decurio.l.actuarios.C.de numera.

Aliæ paraphraſes, & expoſitiones regulæ.

mera.& actua.lib.12.l.pr. C. de teſtam. niſi cum fierēt,talis exiſtimabatur errore publico.l.Barbarius.& ibi latè ſcribitur de offi.Præt. Et non iure dicitur prolata ſententia ſi ſpecialiter cōtra leges, vel ſenatuſconſulta aut conſtitutiones fuerit,ideoque nulla eſt ipſo iure,nec olim appellatio neceſſaria erat, nec appellatio dici poterat deſerta. l.ſi expreſſim. de appellat. l.pr. Quæ ſent.ſine appellat.reſcin.& l.2.C.Quando prouocare non eſt neceſſe. cap. conſuluit in 2. de appellat. quod tamen non indiſtinctè accipitur cap.pr.& ibi not. de ſent.& re iudic. Attamen in Gallia eo iure non vtimur, vbi cōſuetudine generali viæ nullitatis locum non habent,vulgari prouerbio: ſed iſtud intelligitur, niſi à iudice non habente poteſtatem, ſententia lata ſit.l.ex conſenſu in 2. reſpon. de appellat.Rurſus: Paria ſunt aliquid fieri ſine lege & contra legem.Baldus in cap.in Geneſi.nu.10.de elect. Vnde ſcriptū eſt: *Qui ſine lege peccarunt, ſine lege peribunt.* Et è contrario, quæ cum iure & ratione geſta ſunt,merito effectu & firmitate nituntur,non autem quæ contra ius. l. 3. C. de repud.can.faciat homo 22. quæſt.2. iuris autem interdictum facit,vt omnia pro infectis habeantur.l.creditor. C. de donat. inter vir. l.iubemus. in 2.§.ſanè.C.de ſacro.eccl.l.vn. C.Qui pro ſua iuriſd.iudices. Et quod ita donatū eſt, fiſco applicatur, vt notatur in l. qui contra.C. de inceſt.& inut.nupt. Indultum principis non cenſetur impetratum contra leges, cum iura tueatur,ſed ſecundùm ipſas.l. ſi quando. C. de inoffi

Conſuetudine Galliæ viæ nullitatis locū nō habent.

Qui ſine lege peccarūt, ſine lege peribūt.

Concluſio. inoffic.teſtam Et generaliter ſi quid contra ius vel vtilitatem publicam mali fuerit attentatũ, aut verò in fraudem legis, non valeat, ſed meliori,quo poterit modo corrigatur. l. iubemus. in pr.C.de ſacro.eccle.Item quælibet diſpoſitio ad intellectum iuris communis refertur.l.quæro.§.inter locato.l.vt gradatim. §.pr.de muner. & hono.l.2.C.de noxal.act. Quod amplius cum multorũ allegatione iurium tractat Medicæus reg.pr. Item ſi aliquid facere legibus prohibitum iuſſus fuerit, nihilominus relictum tenet, nec obſeruabitur.l.vn.C.de his quæ pœnæ nomine. Alias quoque regulas circa id quod contra leges factũ eſt tradit & explicat Azo Rub.

Quomodo in legem & in fraudem legis committatur.

18.Cæterum in legem committit, qui vigorem eius ſcrupuloſis artibus eludere feſtinat. l. vlt. C.de offic.aſſeſſ. Contra enim legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem verò, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circunuenit.l.contra.l.fraus de legib. Gloſſa in l.iuriſgentium.§.prætor ait in verbo, dolo de pactis. Quãtum autem ad diſtinctiones & intellectus iſtius regulæ,multa traduntur à Iuriſconſultis, eorúmque interpretibus.Quorũ præcipua ſunt hæc:In fraudem legis alienario facta nullius eſt momenti,in fraudem patroni valet, ſed per actionem Fauianam & Caluiſianam reuocatur. l.ſi libertus minorem de iure patron. vbi plenè de decreto irritante tractatur à doctoribus, quando videlicet non ſolùm in parte, verùm etiam in totum aliquid irritatur.

Alia diſtinctio de lege plenè diſponente, & ſubſidiaria.

Alia eſt generaliter menti tenenda diſtinctio:Aut ſit contra

diſp

diſpoſitionem legis aliqua ex cauſa ſuggerente æquitate inductam, quæ pactis priuatorum, vt ſupra dictum eſt, infringi non poteſt: & tunc nullo modo pactũ valet. l. cum precario de precario. Aut verò contra legem ſubſidiariam, id eſt, diſponentem in defectum prouiſionis humanæ, & tunc valet. l. fi. C. de pactis conuen. l. vn. in prin. C. de cad. tollend. §. ſi verò expreſſim Auth. de hær. & Falcid. col. pr. de quo poſtremo vide latiùs tractatum infra in tit. de diſpoſitione. Alia eſt pulchra diſtinctio quæ traditur per Doctores ſecundum l. 2. C. de ſent. ex breuiculo recit. Si lex procedat annullando actum, vt vulgò dicũt, tunc nihil valet eorum quæ acta ſunt: Secùs, e contra. Facit expreſſim. l. 3. §. ſciendum de donatio. inter vir. & l. fin. de diuort. Tametſi quidam teneant, quòd licet lex non procedat annullando, actus non deſinit eſſe nullus per d. l. non dubium. & ibi notant Bart. & Doctores C. de legib. Quod ibi Iaſon reſtringit. Item dicunt quidam factum contra leges iuramento firmatum tenere: Sed vtique cum temperamento. Nam illud verum eſt, ſi maius malum eſſet in fracto iuramento, quàm in legis tranſgreſſione cap. ſignificante de pignor. cap. quamuis de pactis in 6. cap. cum contingat de iureiur. Auth. ſacramenta. C. Si aduerſus vendit. At quando tranſgreſſa ordinatione legis maius aliquod incommodum admitteretur quam periuri cauſa pactum non improbatur. Dynus in cap. nõ eſt de reg. iuris in 6. Faciunt ll. pen. C. de pact. & de epiſc. & cle. Id demũ videtur iure fieri,

Aliæ item diſtinctiones.

ri, quod de iure legitimum ſortitur effectum. At in aliis ſecus, vt cũ multis iuribus & diſtinctionibus oſtendit Azo Rubr. 19. Alia eſt diſtinctio: Si decretum aut reſcriptum ſolemnitate iuris deſtituatur, ipſo iure eſt nullum. l. prolatã. C. de ſent. & inter. om. iud. l. nominationes de appellat. Si autem feratur tantùm contra ius litigatoris, tenet. l. pr. Quæ ſent. ſine appel. reſ. Latè tractat iſtud Azo multis iuribus allegatis in Rub. 93. Quamplurima etiam iura hinc inde ad hanc regulam adducit cum ſolutionibus & diſtinctionibus Damaſus in reg. 69. Et inter alia iſtud notabile: Vt regula in his locũ habeat quæ ius deſiderant. d. l. non dubium: Secus, in quibus factum tantummodò deſyderatur vt in acquiſitione poſſeſſionis. ca. in literis de reſtit. ſpol. Item quod ſuprà dictum eſt, quod contra leges fit per leges diſſolui, intelligitur de legibus habẽtibus perpetuam cauſam prohibitionis: ſecus in aliis: vt eleganter tractat idẽ Damaſus multis hinc inde iuribus allegatis in regul. 113. Licet tamẽ nonnunquam à legibus pactis priuatorum recedere. l. 4. §. addici de fidei. lib. l. & habet. §. pr. de precario. l. cum ex filio. §. filio de vulgari. l. maritus. C. de procur. Item aliquando pactum etiam contra leges valet. l. Iulianus. §. ibidem Papinianus de actio. empt. Et interdum tranſgredi licet liberè leges ex cauſa, vt latè declarat cum ampliationibus, reſtrictionibus & interpretatione doctorũ Bernardus Dias nouus compilator in reg. 433.

Exceptiones.

CAP.

CAP. IIII.

Lex generaliter, non incertas perſonas conſtituitur, atque obſeruatur.] l.1.2. l.iura : & toto fere titulo de legib. l. leges ſacratiſſimæ.C.eo.tit.l.vlt.C.de fideicom.Notatur pręcipue & tractatur à Doctorib.in l.1. C.de ſumma Trinit.& §.1.Authen. Vt determinatus ſit nu.cler.§.ſed neque.& §.vlt.Auth.de fideiuſſ.l. vn.verſic. hunc igitur de nouo Codice facien. in Cod.l.capitalium.§.diuus.de pœnis.Nam leges ab omnibus intelligi debent, vt inhibita *Ratio.* declinent & permiſſa ſequantur. §.1.inſti.de vſucap.§.1.& vlt.Auth. de her.& falcid.collat.1. Idcircò hæc eſt communis & Græca lex vt ſit *Paraphraſes regulæ multis iuribus confirmatæ.* omnibus nota propter facilem interpretationem.§.nos igitur.Auth.de non alien.coll.6. Et Imperator Iuſtinianus leges edixit omnibus gentibus per præcepta propria facere manifeſta.§.vlt.Authen. de triente & ſemiſſe.coll.4.Idémque ſub finem aliarum conſtitutionum edicitur.facit.§.1.Auth.Vt defuncti ſeu funera. coll.5.& finis tituli vt nouæ factæ conſtitut. in Auth. coll.5. Ius etiam ciuile adſtringit mores & actus noſtros formámque negotiis noſtris imponit,& ſuccurrit veluti medicamenta morbis.l.leges vt conſtitutiones. C. de legib.cap.2. & cap. fin.de conſtit.l.Nemo.de leg.1. l.teſtandi.C.de teſtam. Iuſtinianus in prin. Auth.Hæc conſtitutio innouat coll. 8. At quando conſtitutiones,leges vel canones per verba indefinita concipiuntur,dicuntur generales:quod cum ſuis ampliationibus & fallentiis declarat Petr.

Duenn. regu. 133. Item multas alias ſubregulas & notabilia circa hanc regulam cum ampliationibus & reſtrictionibus tradunt Iacobus Nouellus regul. 79. Henricus Riſuicius & Donatus fin. lib. 5. Oportet autem ea quæ communiter & generaliter in omnium vtilitatem ſanciuntur, potius valere, quam ea quæ circa aliquos ſtudentur agi ad corruptionem communium legum. §. quia verò veriſimile. Auth. de non alie. col. 2. Multum enim diſtant generales leges ab iis quæ in vno duntaxat negotio prouiſionem inducunt, vt notatur in l. 3. C. de legib. Vnde lex Imperatoris Leonis cum omni vehementia & Dei cultura lata, quòd generalis non fuerit eguit correctione. §. 1. Auth. de non alien. coll. 2. Item lex non pro commodo priuatorum, ſed communi vtilitate introducta eſt, & omnium commoda reſpicit. l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iureiur. propter calum. l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam. Indignum enim eſt aliud ius in regia ciuitate, aliud in prouinciis ſubiectis conſtitui. Prouidet itaque lex vt ſit rebus & locis omnibus ſimilis ordo. l. vn. §. & cum lex. C. de rei vxor. act. l. fin. C. de ædific. priuat. facit l. fin. C. in quib. cauſis pign. At è contra in cuiuſquam perſona prætermittendum non eſt quod inſtitutis generalibus continetur. can. miramur. diſt. 60. Nec publicè prodeſt ſingulis legum adminicula non denegari. l. 2. C. de ſent. Præf. Præt. Sanè quamplurimùm in condenda lege ipſius qualitates attendendę ſunt, quas eleganter deſcribit Iſidorus in can.

Diſtinctio inter leges generales & particulares.

Non de legibus ſed ſecundum ipſas iudicandum.

2. & 3.diſt. 4. Cùm autem ſemel inſtitutæ fuerint, iam non de ipſis ſed ſecundùm ipſas iudicandum eſt. Seruandæ nanque ſunt leges, aut ſatius fuiſſet non eſſe latas dicto can.3. & 4.eadem diſtin. Quocirca apud Athenienſes erat ſpecialis actio violatarum legum: Verùm poſtquam ſemel compilatæ & in vnum authoritate principis redactæ ſunt, diſtrictè inhibetur alias edere abſque eiuſdem ſpeciali authoritate, vt in prooemio Decretalium dicitur.

CAP. V.

LEx certa & indubitata, non obſcura eſſe debet.]l.2.§.vltim.C.de nouo Codice faci. can.erit autem lex.& ibi gloſſ.diſt.4. c. abbate.xx.de verb.ſig. Nec debet etiam captioſè interpretari.l.pen.ad exhib. Facit §.optimum. & §.vlt.Auth.de non eligend.ſecundò nub.§.1. Auth.Quod conſtitutio.col.5.§.vlt.Authen.vt defuncti ſeu funera coll.5.l.conuiuium. de nat. lib.l.2.in fin.C.de vſuf.transf. c.fin. de conſtit. Vnde in legibus magis ſimplicitas quàm difficultas placet. §. ſed quia.inſti.de fi.her.§.cæterum.inſtit.de legit.adgna.ſucc.§.ſed nos.inſtit. ad S.C. Tertyll.Caligo enim, id eſt, multiplicitas legum rectis iudicum diffinitionibus inſidiatur.l. 1.de Iuſtinian.Cod.confirman.in Cod. Lex autem debet intelligi in caſu magis dubitabili, qui ſub eiuſdem ratione continetur. l. quod Labeo.de Carbo.edicto.l.1.in fin.ad municip.§.furtiuæ.inſtit.de vſucap. Hinc quod in Pentatheuco dubium eſt derelictum, hoc ſpecialiter lege diffiniri debet. cap. 1. de decimis.

Paraphraſes textib. cōprobat.c.

Ratio.

Exceptiõis At verò in materia acceſſionis poſſeſſionum nihil certi ſtatui poteſt, cùm ex ſola æquitate pendeat.l.de acceſſionibus. de diuerſ. & temp. præſcript. Item facile non eſt certum dare reſponſum, vbi ſanctorum etiam patrum authoritates ſunt diuerſæ, ſed ad conſuetudinem locorum eſt recurrendum. cap. cum ſint homines.de decimis. Nulla enim iuris ſanctio quantumcunque perpenſo digeſta conſilio ad humanæ naturæ varietatem & machinationes eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit: eò præſertim quod vix aliquid adeò certum clarúmque ſtatuitur, quin ex cauſis emergẽtibus, quibus iura iam poſita mederi non poſſunt, in dubium reuocetur, vt eleganter Iohannes Papa ſcribit in proœmio Clement. conſtit. Iſtud quoque ſubiiciens: *Quia ergò ab adoleſcentia viri procliuis ad malum humana ſenſualitas declinat, per quod morum ſubuerſio in clero & populo frequenter obrepit, neceſſaria eſt ſuperioris authoritas, vt tam per determinationis opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obſcura ſuccidat, quàm per cultoris prouidi ſartulum extirpet vitia, virtutes inferat, corrigat exceſſus moréſq; reformet.* Sed & particularium omnium certa ſcientia dari non poteſt, cùm nec ars nec regula certas circunſtantias & accidentia complectatur. c.1.de ver.ſig. in extrauag. Iuſtinianus tamen in proœmio Digeſtor.verſic.& quod ait penè omnes artes, licèt viliſſimæ ſint, infinitas eſſe: ſolam iuriſprudent

dentiam finem habere mirabilem à ſe impoſitum. Cui equidem, licet eius principis magna ſit authoritas, nō facilè aſſentior, niſi ad finem omnium communem & generalem ſuam ſententiam referat.

CAP. VI.

MVlta lex honeſta & laudabilia ſuadet, quæ tamen non imperat.] l.1. de peric. & com. rei vend. l. hac generali. l. decernimus. C. de pactis dot. Vnde & Paulus Apoſtolus in pluribus locis conſilium non præceptum dat: veluti cum ſuadet fidelibus ne relinquant vxores infideles. Multa enim facienda ſunt, non iubente lege, ſed libera charitate, eáque ſunt in noſtris officiis gratiora, quæ cùm liceret nobis etiam non impendere, tamen cauſa dilectiônis impendimus. can. iam nunc & illud & can. ſic enim 28. q.1. Item hac authoritate menſura teſtatori præfigitur, non quam cogatur exoluere, ſed quam prohibetur tranſcendere. can. placuit. & ſeq. 13. quæſt. 2. Multa quoque obſeruare oportet quæ tamen in ſacris legibus ſcripta non ſunt. cap. 5. de verb. ſig. Et hæc quidem eſt differentia inter decretum & exhortationem: nam illud neceſſitatem facit. hæc liberam voluntatem excitat can. denique in fine diſtin. 4. Satisfactio purgationis in voluntate conſiſtit accuſati, non arbitrio iudicis: at verò modus illius purgationis præſcribitur à ſuperiore, imò etiam nouo iure neceſſarius eſt. can. auditum eſt cum ſequen. 2. quæſt. 5. Cæterùm ex aduerſo quædam lex non prohibet, quæ tamen propter

Expoſitiones regulæ per varia themata.

Differentia inter decretum & exhortationē.

Quædam lex non prohibet, quæ publicæ honeſtatis gratia vetantur.

Lex permiſſiua non approbans.

publicam honeſtatem aliáve iuſta de cauſa nō conceduntur, ſed vetantur. l. 2. de offic. aſſeſſ. can. fin. 30. quæſt. 4. Aliquando etiam pro humana fragilitate indulgetur, quod alioqui inhibetur. can. in adoleſcentia. & can. fi. 33. quæſt. 2. Interdum alia ad euitandum maius periculum & ſcandalum permittuntur, quæ tamen non approbantur. cap. 2. in fin. de relig. dom. in Extrauag. commun. Quando autem verba conſilij ad neceſſitatem trahantur, & quando, non latè cum multis Iuribus & diſtinctionibus oſtendit Azo Rub. 18.

In Titulum de Honeſto, & Turpi,

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Cōtinuatio.

P*Oſtmodum operæpretiumviſum eſt nobis quaſi naturæ quodam ordine obſeruato, quos principaliter effectus æquitas & iuſtitia pariant, exponere. Sunt autem tres enarrati ab Imp. Iuſtiniano in §. iuris præcepta. inſtit. de iuſtit. & iure:* Honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere *per quos lex genus humanum rectè informat, vt inquit Gregorius in proœmio Decretalium. Hi ergo ſigillatim erunt dignoſcendi, priuſquam ad alia perueniamus. Primùm itaque de honeſta vita tractaturi, quid ſit honos, quid item honeſtum, & quid honeſtas, exquirendum eſſet. Sed quoniam non id ſuſcepimus negotij definitiones ſingulorum vocabulorum adducere (quòd ab alijs multò ante agitatum eſt) ad Tulliũ remittamus,* qui

qui paſſim in libris Officiorum & de finibus hæc omnia late diſſerit atque explicat. Cæterum ea eſt, *inquit Plato in Dialogo de conuiuiis*, cuiuſlibet humanæ actionis conditio: vt ſuaptè natura neque honeſta ſit neque turpis, veluti ea, quæ nunc agimus, bibere, canere, diſputare. Nullum ex his ſeipſo turpe vel honeſtum: Sed agendi modus, agendi certum tribuit cognomentum. Quod enim bene rectéque agitur, honeſtum: quod non recte turpe reſultat. Eſtque ipſum honeſtum inter omnia per ſe expetendum. *Nam quicquid præter id quod honeſtum ſit expetendum eſſe duxeris, in boniſq; numeraris & honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus euerteris, vt idem ipſe Cicero lib.3. De finibus. Sumus etiam natura ſtudioſiſſimi & appetentiſſimi honeſtatis: cuius, ſi quaſi lumen aliquod aſpeximus, nihil eſt, quod eo, vt potiamur, non parati ſimus & ferre & perpeti, Cicer. lib.2. Tuſcul. quæſt.* Ad ſummum omne quod honeſtum eſt, id quatuor partium oritur ex aliqua: partes verò illæ ſunt quatuor ſupremæ virtutes, Iuſtitia, prudentia, fortitudo, modeſtia ſeu temperantia, *Offic. lib.1. & honeſtum quod ducatur à conciliatione naturæ Zeno ſtatuit eſſe bonorum finem, vt idem ſcribit Acad. quæſt. 1. lib.2.*

Honeſtum & turpe quomodo intelligatur.

Commendatio honeſtatis.

De Honeſto, & Turpi, Tit. iiij.

CAP. I.

HOneſte viuẽdum.] Quod eſt iuris primum præceptum. l. 1. §. iuris præcepta. de iuſtit.

Paraphraſes regulæ multis textibus confirmatæ. & iure.§.fin. inſtit.eod.tit. Semper in conuentionibus non ſolùm quod licet conſiderandum eſt,ſed & quod honeſtum eſt, non enim omne quod licet honeſtum eſt.l.ſemper.158. l.non omne.108.de regul.iur. Nec videtur poſſe fieri, quod honeſtè ſaluáque dignitate non poteſt. l. Nepos Proculo.125.in fin.de verb.ſignifi. Vnde maximè publica honeſtas conſideratur:& quid liceat, ſecundùm honeſtatem attenditur. Eleganter in l.2.de rit.nupt.l.ſi filius.de cond.inſt. c.diſcretionem. de eo qui cognouit conſan.vx. cap.magnæ.de voto & voti red. cap.duo pueri. de deſpon. impub. *Honos.* Quæcunque autem procedunt honoris cauſa, ſchematis melioris ſunt, vt ait Imperator in princip.tit. Vt ab illuſtrib. & qui ſuper ea.in Auth.coll.5.Item honores & dignitates ordinum in Republ.ſeruandi ſunt.l. 1.§.ſecundo loco.de poſtul.l.1.§.ſed etſi ſeruus. de ventre inſpi. Tunc autem quiſque cenſetur honoratus, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur: non quado plus vni tribuitur,& alteri ſubtrahitur. Gregorius in can.fin. diſt.99. Et cum honoris augmento,ſollicitudinis cura debet excreſcere. can. rationis. & ibi gl.diſt.100. Item honor omni lucro pecuniario præferendus eſt. l. Iulianus. ſi quis omiſſ.cauſa teſt.l.reprehendenda. C. de inſtit.& ſubſtit. l. miles.§.1.ad leg.Iul.de adulter. Atque ipſi vitæ comparatur. l. nulla cauſa. de manu. vindicta. Quod ipſum late declaratur cum multis authoritatibus per Iacob.Nouellum reg.12.Inter honeſtum porrò &vtile quidam differentiam ſtatuerunt

tuerunt: Quocircà ſic loquitur Poeta:

Qui quid ſit pulchrum, quid dulce, quid vtile, quid non,
Potius ac melius Chyſippo & Crantore dicit.

An inter honeſtum & vtile diſcrimen ſtatuatur.

Sed Cicero multis in locis hanc opinionem explodit, vt in epiſt. famil. quint. & Officiorum lib. 3. Quod enim honeſtum eſt, id ſolum bonum, imò finem bonorum appellat in Paradoxis & lib. 5. Tuſcul. quæſt. Cui ſuffragatur l. 3. §. fin. de decur. vbi ſpurij vita honeſti in ordinem decurionatus allegi poſſunt, nec id ſordi erit ordini, cùm ex eius vtilitate ſit ordinem plenum ſemper habere. Vide circa hoc præceptum iuris quæ ſcripſit eleganter Duarenus ad l. primam. de pactis.

CAP. II.

PActa turpia ſiue alia acta inter homines non valent, nec obſeruantur.] l. ſi vnus. §. pacta. de pactis. l. pacta. C. eod. tit. l. adoptiuum. de in ius vocando. cap. fi. de pact. Idem de ſtipulationibus. l. generaliter. de verb. oblig. Et legatis. l. turpia. de leg. 1. Et operarum præſtatione l. hæ demum. l. ſicut patronus. de oper. liber. Quò fit vt turpibus verbis vtens iniuriarum actione teneatur. l. item apud. §. ſi quis virgines. de iniur. §. iniuria. inſtit. eod. cap. ſi iudex laicus. de ſen. excom. in 6. Nec caret dolo pater qui honore proprio neglecto propter compendium alienam maluit inſtitutionem. l. Iulianus. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Non debet quoque honeſtas eccleſiæ deformari. c. fi. de filiis preſbyt. c. fin. de baptiſmo. Quin cauendum eſt maximè

Expoſitio regulæ per varia themata.

ximè ne alienæ forte ſordidæ ſtirpes ſplendidis & ingeniis natalibus audeant ſubrogari. l. ſuper ſtatu. C. de quæſtio. Item ne ex mulieris cupidine peſſimum dedecus oriatur cognationis ſuæ fulgori, vt quæ forſitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominum pertimeſcat forſitan ſuis cognatis inferiorem: quæ cauſa fuit S.C. Claudiani tollendi. l. vn. C. de S.C. Claud. toll. At verò quædam tametſi inhoneſte petantur, & fiant, honeſte tamen accipiantur. l. 4. §. ſed & quod. de cond. ob turp. cauſ. l. ſi ea quæ. l. adulterium. C. ad legem Iul. de adul. l. 1. §. medicos. de variis & extra. cognit. Hæc regula multis quoque aliis iuribus & rationibus, pulchris diſtinctionibus additis probatur ab Azone Rubr. 12. Naſcitur & alia hinc ſubregula: Non auditur allegans propriam turpitudinem. l. tranſactione. C. de tranſac. l. cum confitearis. C. de reuoc. donat. l. mercalem. C. de cond. ob turp. cauſ. l. filios. C. de reuoc. iis quæ in fraudem. l. alias. de iureiur. l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. 2. c. inter dilectos. de donat. c. ſuper quæſtione. de conceſſ. præb. Expreſſius probatur in l. ſi creditorib. C. de ſeruo dato pignor. manu. Non enim debet legis auxilio iuuari, qui turpiter agit. l. auxilium. §. vlt. de minor. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi hereditatis. de leg. 1. Aliquando tamen auditur pater filiorum fauore. l. 1. C. de lib. cauſ. Iſta ſubregula latè tractatur multis iuribus hinc inde allegatis cum ampliationibus & reſtrictionibus a Bernardo Dia reg. 24. Donato

Limitationes.

Non auditur allegãs propriã turpitudinem.

Ratio.

Limitationes & diſtinctiones.

fina

final.lib.5. atque etiam à Damaſo regul.III. vbi inter cætera hanc diſtinctionem ponit: Vt in actore vera ſit, niſi in crimine læſæ maieſtatis: At in reo patiatur exceptionem. c. vlt.de conceſſ. præb.l.fin.de act.& oblig. Vide quoque limitationes huius regulæ apud Fel.1. in c.lator. de re iudic. Scipionem Ianuarium regula 37. & Cæpolam conſil.58.

In Titulum de Læſione ſeu Damno,

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

SEcundum eſt iuris præceptum, Alterum non lædere, *vt ſuprà quoque tetigimus. Bald. in c. cùm acceſſiſſent. De conſtit. hanc dicit eſſe regulam omnium regularum. Ius itaque noſtrum id potiſſimùm dictat, nihil in alterius iniuriam fieri debere, niſi aut ratio naturæ per malorum coercitionem, aut lex ciuilis per iniuriarum repulſionem contrarium admittat. Nam cùm natura inter nos cognationem etiam à primo parente conſtituerit, conſequens eſt, vt alterum alteri inſidiari ferinum ſit, non humanum, vt notatur in l. vt vim. de iuſtitia & iure.* Ratio. *Vna cauſa eſt conſtitutionis humanarum legum, coercere audaciam, nocendiq; facultatem refrænare. can.1.& 2.diſt.4.* Ius humanum. *Sed quoad diuinum ius hæc regula fundamentum accipit ſuper vno ex duobus præcipuis Dei mandatis:* Ius diuinũ. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. *Nam quemadmodum veſani eſt hominis & ſtolidi ſibimetipſi conditionem iniquam inferre, ſic arrogantis & nimium elati adferre alteri iniuriam. Hinc ab*

Ethn

Ethnicis ſummopere commendabantur Chriſtiani, quos Iudæos vocitabant, teſte Flauio Vopiſco, quòd illud ſemper præ oculis haberent: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. *eáque lex Chriſtiana eſt à ratione naturali deriuata, vt eleganter tractatur in can.1.diſtin.1. Porrò damni ſiue læſionis iniuria eſt ſpecies, licet multoties in iure iniuria pro damno accipiatur, & è contra, vt videre eſt paſſim in tit.ad legem Aquil & de iniuriis & damno dato.* Natura quidem dicunt, vt refert Plato in 2.De Repub.Dialogo, iniuriam facere bonum eſſe, Iniuria autem affici malum: ſed longè plus mali eſſe in patiēdo iniuriam, quàm in faciendo boni. Quamobrem poſtquàm viciſſim intulerint iniuriam & acceperint, & verunque guſtauerint, qui nequeunt guſtare illud, operæpretium id conſequi fore ducunt, & inuicem ita componere, vt neque inferri neque accipi poſſit iniuria. *Tametſi alio loco, nempe in Gorgia ex mēte Socratis iniuriam accipere, quàm inferre ſatius exiſtimet: nam iniuria iniuſtè irrogata eius eſt infamiæ & dedecori, qui facit, non qui patitur. c.inter cætera.22.q.4. Iura igitur non ad deprimendam aut eludendam cuiuſque iuſtitiam edita ſunt, ſed ad remouendum grauamen. cap.ſuggeſtum.de appellat.*

Quod tibi fieri no vis alteri ne feceris.

Iniuria eſt ſpecies damni.

An melius ſit, inferre quam accipere iniuriam.

De Læſione, ſeu Damno, Tit.v.

CAP. I.

Alteri per alterum iniqua conditio, ſeu læſio inferri non debet.] l.non debet.75.l.domum

mum.62 .de reg.iur.l.1.de alien.iud.mut.cauſ.l. fi.§.pen.C. de acq.poſſ.l.ſeruus. C. de pact.l.1.§. de eo.de aq plu.arc.§.1.inſtit.de auth.tut.Hinc etiam dependet vulgata iuris regula, *Neminem cum aliena iactura locupletari* : l. iure naturæ. 207.de reg.iur.c.non debet.22. cap.locupletari, 48.de reg.iur.in 6. l.nam hoc natura.de con.indeb. l. ſi me & Titium.l.ſi eum ſeruum. ſi cert. pet. Maxime Inhoneſtis quæſtibus. c.ſuam. de pœnis.l.1.§.1.de auth.tut.gl.in auth.res quæ.C. de ſacr.eccleſ.Sedes item Apoſtolica illam ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam intendit, vt de illis ita proueniat commodum, quòd aliis non immineat detrimentum.c. 1.de conceſſ.præb.in extrauag. Et valdè iniquũ eſt, vt alienis bonis ſub gratioſa auctione diſtractis parùm accedat publico nomini, cùm totum pereat debitori, vt eleganter in l.ſi quos debitorum. C.de reſcind.vend. Aliorum etiam honores aliis damnorum occaſionem fieri non oportet. l.fi.C.de ſtat.& imag. Titus Veſpaſianus Imperator donauit eorum bona, qui ſine herede deceſſerant: nihil enim à priuato homine neque ab ærario neque fiſco licet multi multa conferrent, ſumpſit vt teſtatur Dion Caſſius Nicæ. In conflag.montis Veſuuij Hadrianus liberis proſcriptorum duodecimas bonorũ conceſſit : vt Spartianus in Hadriano. Antoninus Pius hereditates eorum, qui filios habebant repudiauit, Iulius Capitolinus in eodem. Ac deinde Ælius Pertinax profeſſus eſt nullius ſe aditurum hereditatem, quæ aut adulatione alicuius

Nemo cũ aliena iactura locupletetur.

Paraphraſes regulæ per multa iura & exempla cõprobatæ.

ius delata eſſet, aut lite perplexa, vel qua legitimi ſiue neceſſarij heredes priuarentur, dicens: *Sanctius eſt inopem Rempubl. obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per dedecorum veſtigia peruenire, vt idem Capitolinus in Pertinace loquitur.* Ex his demonſtratur, quãtopere ſancti & probi principes curauerunt ex priuatorum damnis ærarium non ditare. Atqui ex aduerſo iniquum eſt, pro alienis commodis ſuas inuenire difficultates. l. ſi quando. C. de teſtib. cùm prima charitas à ſeipſo incipiat vt alibi poſtea dicemus. Verùm enimuerò ad præſidem prouinciæ ſpectat ne quis iniquum damnum vel lucrum ſentiat. l. illicitas. in prin. de offi. præſidis: nam id magis eſt contra naturam quàm mors, paupertas, & cætera quæ poſſunt aut corpori accedere, aut rebus externis, vt inquit Cic. lib. 3. offic. Nec admittuntur reſcripta, indulta, priuilegia, aut alia quæuis, quæ vergunt in detrimentum tertij. l. reſcripta. C. de precib. Imper. offer. l. nec auus. C. de emancip. lib. l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe ne quid in loco publico. l. cum ſolus. de acq. hered. l. ſed cum ab herede. ad Trebel. l. nemo poteſt. 76. de reg. iur. l. impuberi. de admin. tut. l. 1. §. de eo opere. & §. idem aiunt. de aq. plu. arc. l. vn. verſi. oportet. ne quid in flum. pub. l. 3. §. ſi quis nouum. de riuis. l. ſi is qui ius. ad leg. Iul. de adult. l. 2. C. de offic. Præf. Præt. Aphricæ. Sed in eccleſiaſticis ſeu ſpiritualibus negotiis id potiſſimum cauetur ne cui iniuria ſeu detrimentum inferatur, ſiue eccleſiæ, ſiue priuato cuilibet can. ideo in fi. 25. q. 1. c.

Ampliationes & intellectus regulæ.

Reſcripta ſeu alia quæuis placita in alterius detrimentũ non admittuntur.

Apoſt

Apoſtolicæ. de donat.c.nuper. de decimis.cap. cum Apoſtolus. §.vlt.de cenſib.c.2.de eccleſ.ę-dif.c.1.de noui oper.nuntiat. c.quamuis. & c.ſi propter. de reſcript.in 6. c.vn. in fin.de exceſſ. prælat. in Clement. Pulchra eſt Imperatoris ſententia: *Neque quæ ad publicum pertinent, damno afficere volumus, nec vicino obeſſe, auxiliũ ſi quid contra quoquomodo factum fuerit tollentes*, l.quoniam. C. de ædific. priuat. Qui autem alij nocendum exiſtimarit, ipſe propriam ſentiat iacturam, & quod ei aufertur, alteri, cui nocere voluit, addatur. not.text.in l.ſi legatarius. C. de legat. Vnde ſi debitor participato fraudis conſilio aut alij rem obligatam ignoranti poſtea creditori obliget, aut per ſubiectam quaſi anteriorem diſpendium eius ad occultum ſuum compendium trahere pertentet, ſtellionatus reus erit, & grauiter à iudice puniendus.l.fi.C.de crimine ſtellio. Natura enim Dei iniuſtè nemini nocet, nec nocere patitur: qui enim nocet, inquit Apoſtolus, recipiet id quod nocuit can.ſecundum 11.q.3.Item quæ ſic in alterius præiudicium acta ſunt, non valent. l.ſi donationem. C.de reuoc.don. §. priuilegia. de pace Conſtantiæ.in conſtit. Freder.& Henrici Imper. At omnia fictio & præſumptio iuris accipi debet, vt nemini iniuſtè noceat. l. ſciendum.l.denique.ex quib.cauſ.maio. Neque verò indulgentia Papæ iuri epiſcopali, nec diuiſiones factæ iuribus antiquis derogant, niſi expreſsè caueatur. c.paſtoralis. de priuil.c.2.de conceſſ.præb.in Clem. Gratia item conceſſa alicui

Natura Dei iniuſtè nemini nocet, nec nocere patitur.

Limitationes quædã & explicationes regulæ.

licui à Principe intelligi debet abſque præiudicio tertij niſi ex iuſtitia fiat. Bald.in l.fi.C.de ſent. paſſ. vel niſi concedatur a iure ſine miniſterio hominis. Imol.& Doct.in c.1.de præſcri. Vide circa d.l.iure naturæ. Riſuicium in Paratitlis, vbi multa iura & explicationes iſtius regulæ tradit. Medicæum reg. 8.& Donatum ſinã lib. 5. Si tamen non poteſt ſubueniri alteri niſi alter lædatur commodius eſt neutrum iuuari quàm grauari alterum can. denique 14.q.5. Nã nemo alteri inferre aut ab altero accipere iniuriam debet, vt ſuprà notauimus in præfatione huius tituli. Cæterùm poſtquam de iniuria incidit ſermo, iniuriam in iure bifariam accipi ſciendum eſt: interdum pro contumelia, interdum pro eo quod non iure factum eſt.i. damno culpa dato etiam ſi quis nocere noluit.l.ſed et ſi quemcunque.ad leg. Aquil. Quocirca nemini iniuria inferri debet, nec illa remanere impunita.c.1.de foro comp. In Clem, l.capitalium.§. diuus Hadrianus, de pœn. Vnuſquiſque.n.ius ſuũ tueri debet, non iniuriã cõminiſci.l.1.quod vi aut clàm. Veritatis ea eſt regula, vt nihil facias commẽdandi tui cauſa quò minor aliquis fiat, neque ſi quid boni operis habeas, id ad deformationem alterius & vituperationem exerceas.can.ſi quis verò non obediat.11.q.3. Et libellus in iudicio propoſitus alterius opinionem impune non lædat.l.vn.C.de famoſ. libel. Conſentiendũ etiã nõ eſt iis qui iniuriã liberis ſuis, diſcipulis, ſeruis, vxori, aut aliis quoquomodo ſubditis inferũt, limites poteſtatis egreſſi l.2.de

Iniuria bifariam accipitur.

Nemini iniuria inferatur.

l.2.de his qui ſunt ſui.l.non eſt de inoff.teſtam. Aliquando tamen iuris ſui conſeruandi cauſa factum pœnam non meretur, etiamſi cum alieno incommodo fiat.l.ſi is qui.de vſufr.l.fiſtula. de ſeruit. ruſt. præd. l. quemadmodum. §.item Labeo.l.qui fundum.§.1.ad l.Aqu.l.qui ſeruandi de præſcript. verb. ſi modò neque culpa neque dolus adſit.l.ſi tibi ſeruitus. de ſeruit. l.1.§. denique. & §. ſi in meo. de aqua plu. arcend. l. ſtatuas.de relig.& ſumpt. fun. licet regulariter non debeat facere in ſuo quod nocet in alieno. l.vlt.in fi.de ſerui.l.Imperator.de ſeru.vrb.præ. l.ſicuti.§.Ariſto.& §.qui aliud. ſi ſeruus vindic. Quod late tractat Azo cum multorum allegatione iurium in Rub.59.Generaliter itaq; damnum facit is qui id facit, quod facere ius non habet, vt Paulus in l.nemo.194.de reg.iur.

Exceptiones.

Concluſio.

CAP. II.

Beneficium, vel officium nemini debet eſſe damnoſum.] l. 2.l.quoties.§.1.de adm.tut.l. cum quidam. C. illo tit. l. 2.C.de calum.l.ſi ſeruus. §. quod verò.de fur.l.1.C.de dolo.l.2.C. de in lit.iur.l.ſed & ſi quis.Quemad.teſt.ape.l. poſtliminiũ eſt ius.§.transfugę.de cap.& poſtl. re.c.cũ non deceat.de ele.in 6.c.peruenit.de fideiuſ.l.videlicet.ex qui.cau.ma.c.1.de off.vic.6. Quia quæ pro neceſſitate officij quis gerit, non obſunt. multa ad hanc rem iura allegat & explicat Azo in Rub. 67. & Medicæus in reg. 8. Vnde mulier periculo viri benè agentis locupletari non debet.l.in his rebus.§.vlt.Sol.mat. in fin. De pact. conuen.§.ſciendum.inſt.de don.

Ratio.

Paraphraſis regulæ per iura cõfirmata.

Limitatio.

Liure ſuccurſum eſt.de iure dot. Sed ex multis circunſtantiis quandoque fallit regula, vt declarat Damaſus reg. 76. & allegat ad hanc rem can. conſtitutum. 7.q.1.can.ea enim.§.hoc ius. 10.q.2.cap.cum ſacerdotis.de poſt.præl.

In Titulum de ſuo & alieno.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

VNa ſanè eſt & perfectiſſima virtus, quæ iura omnibus diſtribuit, ex cauſa cognominata iuſtitia, quæ maximè in diſtributione præmiorum & erogatione pœnarum conſiſtit, ideóque diſtributiua vocatur ab Vlp. in l.1.de iuſt. & iur. poſt Ariſtotelem in Ethicis. (*Ratio non inelegans.*) *Cum enim Deus ex æterna illa prouidentia, multas inter homines contentiones, bella, ſimultates, inuidias, ſcelera, homicidia, & infinita alia mala ex alienorum appetitione prouentura videret, certos cancellos ſeu limites iuſtitiæ poſuit, quibus vnuſquiſque & ſua conſeruare & ab alienis cauere ſcire poſſet.* (*Maximus iuſtitiæ effectus.*) *Vnde Plato in* 1. *de Rep. dialogo,* Quod iuſtum eſſe dicit debitum vnicuique reddi. *Meritò itaque vnum ex tribus iuris præceptis aſcriptum eſt:* Suum cuique tribuere, *quod & ſummum bonum eſt, iuſtitiæ vt dicitur. in can. ſi ſeculi.* 12.*q.*2. *Nec vero promiſcuis artibus officia rerum turbanda ſunt, quia ſic facilè totus ordo politicus confunderetur. can. peruenit.*11.*q.*1.

De ſuo & alieno, Tit. vj.

CAP. I.

Suum

SVum cuicunq; tribuendum.] Quod tertium eſt iuris præcept.l.1.§.iuris præcepta.de iuſt. & iur.§.fin.inſt.eod.tit.can.ſauč.16.q.2.can. de eccl.25.quæſt.2.cap.2.de relig.do.ca.patentibus.ca.ex re.de priuileg.& exceſſ. priu.cap.vn. Ne ſede vacante in extrauag. vbi eſt elegans Pontificis ſententia.Hinc etiam clamat Saluator noſter Ieſus in Euangelio: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.* Repetitum in cap.ex parte.de clericis coniug. Sic volumus, inquit Romanus Pontifex, ſuperiorum iura obſeruari, vt inferiorum nolimus iniurias ſuſtinere.cap.in ſingulis.de ſtatu monac. Quomodo autem poſſeſſionis iura cognoſcentur & ſuarum rerum ſibi tributa reddentur,vbi quod ſuum eſt per alterum datur &cum voluerit auferfertur? can.veſtris literis.16.q.2. Vnde hæc eſt iuſtitia,vt eleganter Triphoninus ſcribit, quæ ius ſuum vnicuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore petitione.l.bona fides depoſiti. atque ibi exempla notatu digniſſima ponuntur.& l.vlt.de Publ.in rem act. Huc pertinet quod annotat Imperator dominos maturius quàm par ſit rebus ſuis non eſſe defraudandos.§.1.inſt.de vſuc. Nemini quoque ius ſuum detrahatur.l.2.de his quæ ſunt ſui vel alieni.l.conſulta.C.de teſtam.vel ſub reuerentia religionis.can.conſtituit.17.q.4.

Paraphraſes per multa iura cõprobatæ.

CAP. II.

CVlpa eſt immiſcere ſe rei alienæ vel aliena appetere.]l.culpa.37.de regul.iur. cap. non eſt.eod.tit.in 6.l.adeo. §.fin. de adq. rerum

dom.can.generalis in fin.diſt.54.c. ſicut dignũ. §. eos inſuper.c.tua nos.de homicid. Vnde Socrates apud Platonem 4.de Rep.dialogo: *Quod ſua agere*, inquit, *neque in alienis curioſè occupari, iuſtitia eſt, & ex aliis multis audiuimus, & ſæpe ipſi diximus.* Ratio eſt huius regulæ, quia quod ſuum non eſt, hoc ſcire debent omnes ad alium modis omnibus pertinere, vt ait Imp. in l. fi.C.vnde vi.In alienis autem nihil poſſumus. l. nemo. C. de iudiciis. Vnuſquiſque igitur ſuo contentus, rem non expetat iuris alieni. l. vn. C.de theſauris.lib.10. l. ſi conſtiterit.C.finium reg.Et abſurdum eſt & irrationabile rem quam quis in bonis ſuis purè non poſſidet, eam ad alios poſſe transferre vel obligare & ſpem alienam decipere, vt eleganter dicitur in l.fi.§. ſed quia noſtra.C.Communia de legat.Non debemus aliena ſub aliqua boni occaſione detinere.cap. Imperatorum.de iur.cal.Item nemo iniuſtè vſurpet alienum, ſed intra fines proprios atque legitimos prout quiſque valuerit in latitudine ſe exerceat charitatis. can. quæ ad perpetuam.25.q.5.Non multùm enim intereſt, quo ad periculum animæ iniuſtè detinere, aut inuadere alienum. cap. ſæpe contingit. de reſtit. ſpol. Caueant etiam ne dum aliqui quærunt vſurpare quod ſuum nõ eſt, iuſta animaduerſione illud quoque cogantur amittere, quod eis videbatur aliquo modo competere, can.primo. 13. q.1. nec debet mitti falx in meſſem alienam. can. ſcriptum eſt.6.quæſt.3. Ex hac regula deriuarunt pulchræ canonicæ ſententiæ: Habeat vnuſq

Ratio.

Paraphraſes regulæ multis iuribus confirmatæ.

Expoſitio

vnuſquiſque fructum militiæ in ea eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia nemo irrepat, nec alij debitam alter ſibi audeat vindicare mercedem.can. nullus inuitis.diſt.61. Item nemo epiſcopus clericum alterius ciuitatis valeat ordinare aut iuriſdictionem in aliena diœceſi exercere, ne ex his contentionibus oriantur ſæpe diſcordiæ. hæc enim obſeruantia pacem cuſtodit. Nullius etiam alterius iudicis præterquam ſui, ſententia tenebitur aut damnabitur.can.1.can.primatus.diſt.71.& can.2.9.quæſt.2. Item ſi in hoc mundo viſibili aliquid poſſidere iubetur, vt ſua tantùm ſit poſſeſſione contentus, ac res nõ inuadat alienas, quantò magis in eccleſia Dei ſeruare eam iuſtitiam oportet? can. diaconi ſunt diſt. 13. Naſcuntur aliæ iuris ſubregulæ, quæ ſequuntur: Nemo pro alieno facto iuramentum anceps ſubire cogitur. l.Marcellus. §. vlt.Rer.amot.l.videamus.de in lit.iur.& in fin. tit.de notis feudorum in vſib.feud.Item nemo poteſt eſſe idoneus defenſor rei aliẹ abſque ſatiſdatione.§.ſi verò.Inſt.de ſatiſdat.tut. Nemo etiam in dubio præſumitur voluiſſe ſe temere rebus alienis immiſcere vel pro alio obligari. l. pro hærede.§.ſed & qui.de adq.hær.Arg.l.cum de indebito. de probat. Alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta horum temporũ non patitur.l.fi.C.de pact. Nemo alieno nomine agere poteſt.l.nemo.166. de reg.iur.nec etiam ſtipulari. l.quo tutela.§.fi. de regulis iuris. Alter namque non intendit

regula per aduerſa tractata.

Subregulæ.

Nemo pro alieno facto iuramẽtum anceps ſubire cogitur.

Nemo alieno nomine agere vel ſtipulari poteſt.

Exceptiones. actionem alteri competentem. Niſi vel ex officio priuato, vt procurator, creditor qui nomen pignori accepit, vel publico, vt tutor, curator, executor, qui & ipſi non agunt lege diſponente, ſed authoritatem cuſtodiente. Bartolus in l. 1. C. de obſeq. l. quæſitum. de in ius vocando. l. tutorem. de his quib. vt indig. Ita tradit Georgius Viuiennus iuris compilator optimus. Sunt item aliæ perſonæ, quæ agere & ſtipulari pro aliis certis de cauſis poſſunt, vt oſtendit Loriotus tit. de reg. iur. axiom. 93. Amplius de

Limitationes. iſta regula tractatur. ꝫ. cap. 5. & 7. Alias etiam limitationes recipit hæc regula: Primùm ſi cõſenſus domini adſit. l. ſicut. §. venditionis. quib. mod. pig. vel hypoth. §. ex diuerſo. §. certe. inſt. de rerum diuiſione. Secundò, cum quis miſericordia ductus aut ratione officij aliena gerit negotia, quæ alioqui malè tractarentur, vt in toto tit. de neg. geſtis.

CAP. III.

VNuſquiſque in alienis rebus id facere tenetur, quod faceret in ſuis.] l. ſed cum fructuarius. de vſufr. §. igitur. in fin. de oblig. quę ex quaſi contractu. l. 1. de ſolut. l. in re mandata. C. mandati. Atque eandem cuſtodiam & diligentiam adhibere, tanquam bonus paterfamilias, ſeu, vt faciunt homines prudentes, frugi, & diligentes. l. in rebus commodati. l. ſi venditor. de peric. & com. rei vend. §. in pecudum. inſt. de rer. diuiſ. quemadmodum ſingulariter dicitur de marito circa res vxoris parapheernas, l. fi. C. de pact. conu. Huc pertinet ſu-

Paraphraſes regulæ multis textibus comprobatæ.

prad

prædictum & vulgatum prouerbium: *Ne facias aliis, quod tibi fieri non vis.* Alioqui, qui in rebus ſuis diligens alienas res nõ minus quàm ſuas curare debet, improbè negligit, fraude & culpa non caret. l. quod Nerua depoſiti. l. 3. Vbi pupillus educari. l. 1. de vſuris. l. ſi negotia mandati. Bona fides enim abeſſe præſumitur, ſi reb. tuis ſaluis exiſtentibus depoſitas amiſiſti. ca. 2. de depoſito. Item cuilibet licet vicino vel proximo pro repellẽda ipſius iniuria ſuũm impertiri auxilium: imò ſi poteſt, & negligit, videtur iniuriantem fouere acſi eſſet particeps eius culpæ: multo magis ſuam ipſius iniuriam licebit repellere. cap. dilecto de ſent. exc. in 6. Ex eo autem ſentiat quiſque quid ſibi ſua fides prodeſt, quando in aliorum quoque beneficio, qui propriam non habent poteſtatẽ, puta in ſacramẽto baptiſmi commoda ſit. can. illud perſcrutari. diſt. 4. Hinc manifeſtè apparet, cur nos in aliis ſubeundis negotiis non minus alacriter & probè, quàm cum magna cura, debeamus accedere. Proprium enim officium in rebus abſentis gerendis ipſi domino gratũ eſſe debet, cùm debeat ſufficere, ſi cui vel in paucis amici labore cõſulatur. l. tutore. de neg. geſt. Neceſſarium eſt quippe illud officium, ne indefenſus rerum poſſeſſionẽ, aut venditionẽ patiatur, vel pignoris diſtractionẽ, vel pœnę committendæ actionem, vel iniuria rem ſuam amittat, vt elegãter dicitur in l. 1. de neg. geſt. & in d. §. igitur. Quocircà Saluator noſter beatũ Petrum Apoſt. examinauit, priuſq; oſtendit ſibi & tũc præpoſuit

cæteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret quã miſericorditer alienas infirmitates toleraret. can.cõſiderandum.diſt.50. Ampliatur regula vt idem fiat in re communi, quod in propria. l.ſi quis ſeruos. de leg. 3. l. ſi ſeruus communis. de acq. hær.l.2.de condit. inſt. Hinc fit, vt tutores, curatores, negotiorum geſtores, procuratores, aliique ſimiles, ſi bene adminiſtrent aliorum negotia, dominorũ loco habeantur.l.tutor qui tutelam. de admin.tut.l.qui fundum.§.ſi tutor pro emptore.l.interdum.§.pen.de furt. l.is qui. §.ſi tutores. Quod vi aut clàm. Sed ſi calumnia eius qui circa res alienas verſatur, detecta ſit, tunc nomine proprio punietur, ne ſub prætextu alieni nominis propter priuatas ſimultates, ſecurè lites exercere poſſe exiſtimet, vt notatur in vulgata.l.nõ eſt ignotum.C. de adm.tut. Aliquando tamen in dubio fuga ſeruorum tutori aſcribitur multis de cauſis quæ enarrãtur. In l.lex quæ tutores.C.illo tit. Item ampliatur, vt maiorem diligentiam teneat præſtare in rebus aliorum quàm in meis. Si videlicet alius ita feciſſet.§.ſed his.inſt.quib.mod.re cont.ob. l. in rem meam commodati. l. 1.in princ.de act. & obl. quemadmodm Azo cum multis aliis iuribus probat in Rub.25.facit.l quoties.§.item ſi tẽporali. l. tutor.§.1.& l.tutoribus.de adm.tut. Sæuitia enim quæ in ſuis culpabilis eſt, in alienis eſt coercenda.l.ſi cõſtante.§.ſi maritus. ſol. mat. Verùm enimuerò non magis tenemur inuigilare alienisquam noſtris.nam quod in aliorum perſona facio:multo magis in mea.l.frater à fra

Ampliationes.

Exceptiones ſeu intellectus regulæ.

à fratre verſ.porrò de condict.indeb. vbi Gloſſa allegat multos alios textus &exempla in hãc rem can.multi pr.quæſt.pr.can. poſtulatus.3. q. 7.Licet videatur repugnare.l.heredes.§.non tã tantùm famil.herciſ. facit ad hanc rationem l. ſocius ſocio pro ſocio.§.vltim. inſt. de ſociet.§. preterea inſt.Quibus modis re contrahitur ob. & quod notatur infra in titulo de charitate, c. 2.Item ignorantia circa factum alienum regulariter præſumitur.l. verus de appellat. Non autem circa proprium.l.fin.Pro ſuo cap.ab excommunicato de reſcript.in 6.Quod latè tractat cũ ampliationibus & reſtrictionibus Socinus in reg.126.220.& 221. & poſt eum Benedictus Vadius.

Ignorantia circa factũ alienũ præſumitur, nõ circa proprium.

CAP. IIII.

QVod quis parum conſultè vel malè agit, ſibi ipſi, nõ aliis, imputari aut nocere debet.] l.item videndum.l.planè. l. vtiles. de petit.hered.l.vtique.§. pr.l.& ex diuerſo. §. fin. de rei vind.l.inter coheredes. §. quod ex facto famil.herciſ.l.pr.Si menſor falſum mod.l.ſi mulier de eo quod metus cauſa.l.cum mandatu de minor.§.præterea inſtit.Quib.mod.re contrah. ob.l.ſi opera de doli mali & met. excep. Hanc fortè regulam adiuuat alia, *Non auditur allegans propriam turpitudinem*,quę ſuprà declarata eſt in cap.2.ſub tit.de honeſto & turpi.Nã proprium factum ſicut bene agenti : prodeſt ita & malè,ſiue per culpam , ignauiam, dolum,negligentiam,nimiam confidẽtiam, aut aliud quoduis delictum,ipſi nocet & præiudicat. l. qui ſolid

Ratio.

lidum.§.quod verò mandati. de furtis. l. ſi plures.de admi.tut.l. ſi ex duobus de tutel. & ratio.diſtrah.l.emptor.de aqua plu.arcenda.l.qui à debitore,quæ in fraud.cred.l.4.de tab. exhib. l.ſi quis in teſtamento.C.de fideic.liber.cap.ſuper eo verò.de officio & pot.iud.del. Quocirca pulchra eſt ſententia Auguſtini in can.iam itaque pr.quæſt.pr.In hunc modum:Traxit reatum homo cum Adam,quia vnus erat cum illo & in illo a quo traxit, quādo cōtraxit,eſt admiſſum: non autem trahit alter ab altero,quando quod ſua vnoquoque propria vita viuente,iam eſt vt verè dicatur: *Anima quæ peccauerit, ipſa morte morietur.* Negligentia quoque & taciturnitas ſicut in vno ipſi præiudicat, ita & in altero cohærenti.l.fin.& ibi notat gloſſa. C.de his qui à non dominis.Ita & propria confeſſio affirmatiuè vel negatiuè facta ſibi,non alij præiudicat.l. & quia.l.de ætate.§.pr.de inter. act. niſi ſtatim appareat contrarium, vt in l. inde Neratius.§. fin.& l.ſeq.Ad legem Aquiliam. Hinc dependet alia iuris ſubregula: *Nemo ex improbitate ſua commodum reportet.* Cap. paſtoralis.§.fin.& cap.cum olim.in 2.de officio & pot.iud.del.cap. Intelleximus de iudiciis cap.ſicut tuis literis de ſimonia: imò nec actionem conſequitur. l.itaque.l.eum qui emit.§.pr.de furtis. Item quando ſua cuique negligentia obſit,& quando non obſit,latè declaratur cum multis iuribus ab Azone in Rub.64. Cæterùm qui aliorum opera vtitur in rebus ſuis diligenter eos de fide & diligentia explorare debet:alioqui de culpa eorū, &

Paraphraſes regulæ multis iuribus confirmatæ.

Pulchra Auguſtini ſententia.

Nemo ex improbitate ſua commodum reportet.

Ampliationes & intellectus regulæ.

& fide tenebitur.l.vlt.§.hoc autem,& ſeq.Nau. caup.ſtab.l.vn.§.ſerui furti aduerſus nautas.l.4. §.vlt.de act.& obl. Sed dāda eſt ei actio aduerſus illos qui damnum fecerint,vt in d.§.hæc autem. Quantum ad aliud membrum regulæ de imputatione,infinita reperiuntur iura. Quæ in has ſubregulas poſſunt referri: *Sibi imputet,qui minus idoneum elegit*.cap.ſi compromiſſarius & ibi Glo.& cap.ſi quis iuſto. §. pr. De elect. in 6. cap.2.de Iudæis & Sarracenis.cap.vn.de cōceſſ. præb.in clem.can. ſi quis epiſcopus. 2.quæſt.6. (Vbi tamē obiter notandum eſt, doctrinam illius textus hodie locum non habere) cap.imputari de fide inſtru.cap.quod ad conſultationem de ſent.& re iudi. Nec liberatur actionem cedendo.l. per literas. Si menſor falſum modum dix. l. nam & Seruius.§. vlt. de negotiis geſtis. Quod latiùs explicat Azo.Rub.66.Item hæc alia : Sibi imputet qui ſe in neceſſitatem deduxit vel periculum.l.2.§.Si tamen. Si quis caut.l. ſed etſi.§.ſi ſe ex quib.cau.ma. l.ſi fieri.§.ſi finē. Qui ſatiſd. cog. Quod etiam latiùs declaratur ab Azone in Rub.67. Item : Sibi imputet quoties ex ſua culpa vel deſidia damnū ſentit. l.mulier.C.de ſpōſal.§.ſi plures inſt.de fideiuſ.§. die inſt.quib.mod.toll.obl.Quocirca multa alia iura allegat Azo in Rub.59.Viuiennus & Riſuic. in paratitlis. Item: Sibi imputet cum alio contrahens ſi arctiùs cōditionem exquirere neglexerit.l.qui cū alio de reg.iuris. Quod latiùs tractatur ĩ.tit.de ſcientia & ignorantia.c.1.At vero fraus& dolus nemini patrocinantur,niſi qui *Exceptio.*

tecum

tecum contraxit, doli ſeu criminis particeps fuerit: tunc enim melior eſt conditio poſſeſſoris, vt ſcitè diſtinguitur cum allegatione multorum iurium ab Damaſo in reg.20. Varia etiã alia cum ſolut.ad hoc ipſum adfert Azo Rub.5.

CAP. V.

Aliena facta tertiò nec proſunt, nec officiunt.] l.in cõdemnatione 34. §.vnicuique. l.alterius. l. abſentia.ca.83. l.factum 98.de reg.iuris.cap.mora.eod.tit.in 6.l.ſi vnus.§.ante omnia.de pactis.l.quia non de iureiu.l.pr.Si mulier ventris nomine.l.pen.de duobus reis.l. ſæpe de re iudic. Huius regulæ multæ probationes & exempla ponuntur in toto tit. D. de pactis,atque etiam diſtinctiones, quas operæpretium erit cuilibet ſtudioſo perlegere. Iſta enim regula adeò latè ſe extendit, vt ferè paſſim in iure de ea fiat mentio. Quò fit,vt ſufficere nobis viſum ſit paucos textus allegare, qui magis expreſſi & ſpeciales ad hanc rem inueniantur, ne,quod dicit Imperator in princip.inſtit.infirmum animum ſtudioſi multitudine ac varietate allegationum oneremus.Faciunt igitur l.neque 159.de reg.iuris.l.3. l.de re de tranſact.l. itẽ quod metus cauſa. l. Claudius fœlix.qui potio. in pig.l.ait Prætor.§.vlt. Quæ in fraudem cred. l.itaque de furtis.l.fin.C.de pactis conuen.can. ſicut diſt.46.l.3.& 4.Quando ex facto tut.vel curat.l.3.§.ibidem Iulianus de Carb.edicto.Ratio

Ratio. eſt regulæ,quia delicta aliáq; omnia facta ſunt perſonalia, ideóque perſonam non tranſgrediuntur,nec ad ſucceſſores aut alios transferũtur.

tur. Vnde illud: *Filius non portabit iniquitatem patris.* Non poteſt itaque pater ex delicto filij conueniri actione de peculio. l. ex pœnalibus 59. de reg. iuris. Nec viciſſim ex perſona vel nota patris filius vel nepos punitur, vt eleganter notatur in l. diui fratres. de iure patro. Item licet vnius rei plures ſint domini, vnius factum aliis nocere nó debet. l. de pupillo. §. ſi plurium. & ibi ſingulariter notatur de noui oper. nuntiat. l. ſi autem plures. de aqua plu. arcenda. Neque ſeruus rem ſubtrahendo facit conditioně domini deteriorem. l. nó ſolùm. §. fin. de vſucap. ſicut & facinora ſeruorum dominis quæſtui eſſe non debent. l. inficiando. §. quod fieri de furtis. iniquum eſt enim ſerui dolum ampliùs domino nocere, quàm in quo opera eius vſus eſt. l. 4. §. in hac exceptione de doli mali & met. except. l. eam quæ. C. de lib. cau. l. pr. C. de ſer. fugit. Rurſus & iniquum eſt ex facto tutoris qui ſoluendo non eſt, pupillum damno affici. l. neq; infantes. de fid. liber. Alterius negligentia ſiue cupiditas diligenti non nocet. l. ſi non expedierit. §. pr. de bonis auth. iud. poſſ. item negligentia heredis legatariis nocere non debet. l. alienus. Ad legem Falcid. Nocet verò fideicommiſſatio vniuerſali, ſed id fit propter moram fideicommiſſarij quæ ipſi imputari debet. l. ſi hæres inſtitutus. §. fin. Ad Treb. Ceſſatio vnius legati aliis non ceſſantibus non nocet. l. 2. verſic. ceſſatio de legatio. Nec ſub velamine tituli eccleſiaſtici extranei tributis prægrauari debent. l. ſacroſancta. C. de ſac. ecc. Nec ex alieno ſcelere diten

Expoſitio regulæ per d uerſa themata.

ditentur heredes.l.vn.& tot.tit. C. Ex del.def. Iniquũ etiam eſt alieni criminis infortunio adſtringi vxoré.l.res quæ.C.de don.inter vir.Cõtractus vnius in re communi,alteri præiudiciũ non adfert.l.vn.C.ſi cõmunis res pign.data ſit. Nemo quoque de proprio crimine confitẽtem de aliena ſcrutetur cõſcientia. l.fin.C.de accuſa.vbi Gloſſa aliquas exceptiones adfert cap. pr. de confeſſis. Et ſententia lata contra adulterum non officit adulteræ niſi ipſa fuerit accuſata. l. etſi crimine. C. Ad leg. Iul. de adult.

Concluſio. Nec prodeſt dolus ſocio propter ſocietatem.l.ſi duo.ſi quis cautio. Quamobré generaliter ſciẽdum eſt neminem ex alterius dolo,inertia, colluſione,malignitate,aut alio quolibet facto prę grauari debere vulgata l. ſi quis in ſuo. §.legis autem.C.de inoſſic.teſtam. l. iure.§. fin.de iure dot.l.ſicut.§.illud videamus.quibus modis pig. vel hyp.ſol.cap.pr. de iniuria & damno dato in 6. l. paterfamilias de hæred. inſt.l.ſi pariter de lib.cauſa.l.2. Quod vi aut clàm.l. ſi procurator. de doli mali & met.excep.l.3.in fine & toto tit. C.Ne vxor pro marito.l.fin.C.de legit.tut.l.fin. C.de acquir.poſſeſ.cap.venerabilem.& ca.cùm in veteri.de electione. cap.cùm venerabilis. de excep.cap.cum olim in 2.de priuil.cap.ſi cõpromiſſarius de electione in 6. cap. pr. de iure pat. in Clem.l.ſancimus.C.de pœnis. cap. nõ debet de reg.iuris.in 6. Quod etiam ampliùs tractant cum multis ampliationibus & reſtrictionibus

Subregulæ Riſuicius & Donatus fina. lib.quinto. Hinc emergunt aliæ Iuris ſubregulæ: Quod in alio vitio

tioſum eſt, in alio caret vitio. l. vltim. Quod quiſque iuris.l.loci,§.competit.ſi ſeruitus vind. l.ſed & par. §.quæri. quod metus cauſa, vt latè declaratur cum aliis iuribus ab Azone Rub.63. Item vim alteri allatam vi repellere non licet. Gloſſa notabilis in l.Titium de fideiuſſ. niſi eſſet coniunctus vel ſocius.Gloſſa ſingularis in l. item apud Labeoné de iniuriis.Ita explicat Socin.reg.DXL.*Item:res inter alios acta vel iudicata,aliis non prodeſt,non obeſt.* d.l.ſæpe de re iudicata.l.circa.C.de locato.l.2.C.Quib.res iudicata non nocet.& toto tit.Res inter alios acta.C. cap. cum olim de cauſa poſſ. & prop.cap.inter dilectos.de fide inſtru.cap.cum ſuper de ſent.& re iud.cap.inter dilectos.de donat.cap. dilecto. de præb.& dig.can.ſubdiaconus 24.quæſt.pr.l. Lucius ex quib.cau. maio.cap.quoniam abbas. de officio deleg.l.ſi cui crimen.§.pr. de accuſat. cap.veniens de tranſact. Hæc etiam regula ita ampliatur: Licet ſit in eadem perſona diuerſis reſpectibus.l.Modeſtinus.de except.Item tacẽti non præiudicat res inter alios acta, licet ſciuerit & non cõtradixerit.Abbas in cap.penult. nu.6.& 17.de ſent.& re iud. Latiùs tractat Medicæus in reg.8. Multas quoq; limitationes recipit, veluti: Cùm is cui primùm de ea re actio vel defenſio competebat, ſuſtinuit ſequentem agere vel defendere: Itẽ ſi paſſus eſt eum à quo cauſam habuit experiri.c.quamuis de ſen. & re iud.vbi pulchra Gloſ.quæ multas alias fallẽtias adducit.Itẽ cũ ſtylus ita ſe habet,res inter alios acta alteri nocet.Bal.in Auth.ſi quis in aliquo.

Res inter alios acta, aliis nec prodeſt,nec obeſt.

Ampliationes.

Limitationes.

C.de

C. de edendo. vt latè probat Medicæus reg. 8. Quam ego fallentiam vix approbo, cùm ſtilus contra ius commune nil operetur, Arg.l.iuriſgent.§.pacta de pactis.

Nemo poteſt iure vnius contra alium iuuari.

Diſtinctiones & exceptiones.

Hanc etiam regulam cum multis aliis ampliationibus,diſtinctionibus & reſtrictionibus latiùs tractant Damaſus in reg.24.& 25. & Medicæus in dicta reg.8.Alia eſt ſubregula : *Nemo poteſt iure vnius contra alium iuuari.* d. l. loci. §. competit. ſi ſeruit. vind. l. his conſequenter. §. pr.famil. herciſc. l. vlt.in fin.C.de reuoc.don.l. poſthumus.§.vlt.& l.ſeq.de inoffic.teſt.Hic autem multæ ſunt diſtinctiones & exceptiones. Primò ſi tale ſit ius alterius in exceptione, vt ipſo iure agentis intentionem repellat. Tunc enim eo iure poterit iuuari.l.cum ſeruum. C. de ſeruis fugit. niſi in gratiam alterius ſpecialiter ius illud ſit introductum. Nam tale ius eum tãtùm cui competit,non etiam alios iuuare ſolet, argumento l.ex pluribus.de admi.tuto.Quod ſi tale eſſet ius, vt non repelleret intentionem agentis,ſed ita demum ſi volueritis, cui competit,ſeruanda erit regula. Quocirca ingens eſt

Quæſtio.

diſceptatio , An creditores præteriti filij ex ipſius perſona ius habeant dicendi nullum patris teſtamentum. Verius autem eſt non habere.Veruntamen receptum eſt iure alterius poſſe quem aduerſus alium vti,quando nó in eundem à quo iuuatus eſt , vtitur. l. amiciſſimos.§. Lucius. de excuſa. tut. l.ſi iudex circumuento. de minor.l.ſi poſt mortem. §.vlt.de bon. poſſeſ. contra tab.Aliud allegatur pulchrũ exemplũ fallen

Limitationes.

fallentiæ, vbi quis quod ex ſua perſona non habet, id per extraneum habeat in l. Ariſto. quæ res pignori datæ. Alia ſunt item exempla in l. ſi Titius. de verb. oblig. & l. atqui natura. §. cum me abſente, de neg. geſtis. Subſequitur alia vulgata iuris regula: *Alteri per alterum caueri aut acquiri non poſſe.* l. quæ tutela. 74. §. vlt. l. nemo. 169. §. 1. de regul. iur. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verbor. obligat. §. ſi quis alij. & §. alteri. inſt. de inut. ſtip. l. 1. C. per quas perſonas. l. ſi ſine interrogatione. l. ſi defenſor. & l. fin. de inter. act. l. eum qui Epheſi. §. fi. de conſtit. pec. l. poſſeſſio. in fine de acquir. poſſ. l. ſolutam. §. fi. de pig. act.

Alteri per alterum caueri ſeu acquiri non poteſt.

Hæc vero regula diſtinctionem recipit. Nam in iis quæ naturalem acquiſitionis cauſam habent, alteri per alterum quæri poteſt. l. eà quæ. de acq. rer. dom. l. ſi abſentis. C. ſi cert. per. At quę ciuiliter tantùm acquiruntur, per alios acquirere non poſſumus, niſi qui poteſtati noſtræ ſubiecti ſunt. §. quod ſi quis. inſt. de inutil. ſtip. Sed etiam per iſtos melior quidem nobis poteſt adeſſe conditio, non deterior. l. melior 176. de regulis iuris.

Diſtinctio.

Ratio eſt regulæ, quia omnes conuentiones ex noſtra perſona initium obligationis accipiunt. l. quęcunque. de act. & obli.

Ratio.

Nonnunquam tamen poteſt quis alteri paciſci vel ſtipulari ſi ſua interſit, vt in dicto §. alteri. l. debitorum. l. pacto. C. de pactis. l. ſi cum Cornelius. & ibi notatur de ſolut.

Limitationes.

Quæſtio eſt, Si paciſcentis cuius non intererat ab initio, poſtea intereſſe cœperit, an recõualeſcat pactio? Cõmunis eſt opinio eam conualeſcere. Gloſſ. in l.

Quæſtio.

quoties. in pr. de ſeruit. & in l. ſi vero non.§.ſi tibi mandauero mandati.l.cum ſeruus.§.ſi ſeruus exterus. de lib.legata. Paulus Caſtrenſis eleganter diſtinguit inter pactum, quod peccat in forma, & quod in materia. Nam illud non poteſt conualeſcere: ſed hoc ita. l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis inſulam.de verb.oblig.fallit etiam regula in caſibus allegatis per gl. in d. §.ſi quis alij,& per Bartol.in d.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.Aliter quoque poteſt diſtingui,aut.n.verba obligatoria in perſonam tertij conferuntur, & tunc non valet pactū:Aut olbligatoria in perſonam paciſcentis & executiua in tertij perſonē, & tūc valet.§.planc.inſt.de inu.ſti. Notat Ang. in §.prætereà.nu.12.de excep.Quantùm verò ad ius diuinū ſpectat, nocere non debent ſaluti aliorū aliena peccata.ca.dominus. circa fi. pr. q. 1. Attamen ei qui ſimilis tui eſt tibi ſubdito nocebit impietas tua,& filium item adiuuabit iuſtitia tua: nocere enim vel adiuuare neſciunt, qui vel à bono corrumpere vel à malo auertere non poſſunt.Auguſt.in can.homini.& can.non imputantur,ead.quæſt. Et meritis malorum adeò premuntur boni,vt eorum turbetur firmitas.can.turbatur.1.q.4.Cęterum quia noſtri nō eſt inſtituti alia quàm quæ ius humanum contingunt tractare, ad illud tanquam à diuerticulo ad viam redeamus. Innumerabiles ergo ſunt diſtinctiones & limitationes huius regulæ,quarū præcipuas notatúque dignas exponā. Fallit primò regula in hærede aut ſucceſſore vniuerſali, qui tenetur de facto prædeceſſoris

De iure diuino.

Exceptiones.

Diſtinctiones & limitationes regulæ.

ciu

ciuiliter, id eſt , quatenus ad eum peruenit, vt
ex ſequentibus iuribus apparebit,& latius tra-
ctabimus in ti.de ſucceſſione & ſubrogatione.
Secundò,quando lis cum authore cœperit cõ-
teſtari. l. ſicuti. 39. l. toties. 45. l. nemo. 88. §. 1. l.
pupillum. 112. §. vlt. l. pœnalia. 125. l. cum prætor.
170. l. omnes. 182. l. hoc iure. 195. §. vlt. l. ad ea.
200. §. vl. de reg. iur. cap. delictum eodem tit.
in 6. l. in honorariis. de act. & oblig. l. vlt. in fin.
C. de reb. cred. & iur. l. 1. de doli except. l. 1. & to-
to tit. ex delictis def. C. l. vitia. C. de adq. poſſ.
fallit item regula , ſi grauiſſimum ſit delictum
iuxta illud : *Tranſibit pœna vſque ad tertiam &*
quartam generationem. Paterno enim debent
perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, he-
reditarij criminis exempla metuuntur. l. quiſ-
quis. §. 1. C. ad leg. Iul. maieſt. Vnde ſuccedens
in vitium malæ fidei poſſeſſori comparatur. l.
bonæ fidei. §. in contrarium. de adqui. rer. dom.
facit §. ſequens. inſt. de act. & l. ſancimus. C. de
pœnis. Litis itaque conteſtatio tranſit ad hæ-
redem : non autem onus ſatiſdationis defun-
cti. l. tam ex contractibus. de iudic. l. ſi eum ho-
minem de fideiuſſ. fallit etiam regula , quando
princeps pacem ineundo ſubditorum iniurias
remittit , ſi aliter diſcordiæ ſedari non poſſint.
l. item ſi verberatum. de rei vend. l. Lucius. de
euict. c. in noſtra. de iurei. Notatur in l. vlt. C. ſi
contra ius. & c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit.
cap. in noſtra. de iniur. Quod & Duarenus mul-
tis exemplis confirmat. in l. conuentio. de pact.
Item fallit, cum ſpecialis vel generalis negotij

adminiſtratio alicui conceſſa eſt. l. procurator qui generaliter. de procurat. Eo namque modo duces belli citra principis aut populi conſenſum recte paciſcuntur. Item fallit in caſu ſingulari.l.tale pactum.§.fi.de pactis. Item, quando à maiore parte creditorum inita pacta minori præiudicant.l. & ſuum.§.fin.l.reſcriptum. & l.maiorem.de pactis. Multas alias exceptiones tradit idem Duarenus in commentariis, ad tit. de pactis. cap. de his perſonis quæ paciſci poſſunt. Item dolus vel culpa alicuius ipſi obeſt: non cæterorum, niſi ipſi in culpa fuerit. l. 2. §. vlt. ſi quis cautio. Item vbi melior fit alterius conditio, poteſt alieno facto ius eiuſdem immutari. l. nam ſatis. in fin. quemadm. ſer. amit. Item quando per ſocium, per quem nobis acquirere licet, fit contractus, pulchra.l.cum mācipium.de ædil.edicto. Item quando quis accipit ab alio ex cauſa lucratiua: nam tunc dolus dantis accipienti nocebit.l. Mæuia. §.fin.& ibi gloſſ. ſoluto matrimonio. Item aliquando ex dolo alterius teneor videlicet aliquo me iure contingentis. l. electio. §. vlt. de noxal. act. vt multis iuribus & diſtinctionibus probat Azo Rub.5.& 104. Item ſi ſocij ſint rei promittendi alteri pactum cum altero factum prodeſt & no cet.l.eandem.§.1.& ibi gloſſ.in verbo proderit. de duobus reis. & l. fin. C.illo tit. Secus ſi non ſint ſocij. l. ſi duo. l. ex duobus rei in tertia, & ibi gloſſ. D.illo tit. Quando vero mora rei noceat fideiuſſori, non è contra & quibus caſibus notatur in l.mora.& ibi doctores.de verb. obl.

& l.ſi

& l.ſi à colono. §.1.de fideiuſſ. Item quando actus alienus alteri proſit vel noceat cum multis iuribus hinc inde allegatis diſtinctionibus & ſolutionibus explicat Azo Rub.12.& 62.

CAP. VI.

QVi inuitat alios ad aliquid faciendum, in ſe debet habere quod prædicat.] l. ſi pupilli.§.vlt.de neg.geſt.l.altius. Si ſeruitus vindic. can. vna tantum.diſtin.26.can.1.diſtin. 25.can.miramur.diſt.61.§.1.diſtinc.42.can.ſicut. §.neceſſe. diſtinct. 47. Gloſſa etiam iſtud colligit in argumentum ex ca.de his.de eccle, ædif. vel re. Valde abſurdum eſt petere vt ſibi edātur, eum qui aliis edere debet. l. ſi quis ex argentariis. §.vlt.de edendo. & indecorum vt hi debeant eccleſias regere, qui ſeipſos gubernare non nouerint.ca.3.& cap.ſi.de ætate & qual. Item neceſſe eſt vt munda ſit manus, quæ diluere ſordes curat, ne tacta quæque deterius inquinet, ſi ſordida ſequens lutum tenet. can. neceſſe.1.quæſt.1. vbi vocabulum (neceſſe) pro (expedit) accipitur. Ab aliis etiam doceri non debet, qui alios docere vult.§.damus. Auth. de ſanct.epiſcop.cap.officij.cum gloſſ.1.de elect.§. filiusfamilias.inſt.quib.mod.ius pat.pot. §.minores. inſt.de exc.tut.l.2.§.Seruius.de orig.iur. vnde Ouidius 2.de Triſtibus,

Paraphraſes regulæ multis iuribus confirmatæ.

Quod minimè nouit nemo docere poteſt.

Attamen ægrè non debent ferre ſenes ſi aliquando a iuuenibus qui ſubtilius cuncta rimātur, reprehendantur.l.potioris. Cod.de officio rectoris prouinciæ. Ait enim Socrates in dia-

Sanus intellectus regulæ.

logo Platonis de amicitia:

Γηράσκω δὲ ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Notum eſt illud Pomponij : Κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. in l. apud Iulianum de fid.liber.Huic regulæ ſuffragatur, quod ſcriptum eſt ſupra in titulo de æquitate. cap.3.& 4.

CAP. VII.

QVi alieno nomine, vel per alium facit, ex ſe facere videtur.] l.is damnum.130.l.quod iuſſu.141.l.hoc iure.195.§.deiecit.de re.iuſ. cap.quod alicui. 67.cap.poteſt.68.cap.qui facit 72.eod.titulo in 6.l.ita autem.§.1.de admin. tutor.l.pupillus.§.fin.de autho.tut.lij. de fideiuſſ. & nom.tut.l.ſi ſeruum.§. Prætor ait de acquir. hæredit. Plerunque enim conditiones ſeu alia acta interpoſitis perſonis expediuntur.l.fin. de ſponſal. Æquiſſimum eſt enim, vbi præſentes eſſe non poſſumus noſtra per eum cui præcipitur repræſentetur authoritas can. valde diſt. 94. Huius regulæ tam varia ſunt in iure exempla, vt quaſi impoſſibile & tædioſum ſit omnia huc congerere. Magis autem expreſſa ſunt, quę pro regula faciunt. l. 1. de offic. pro.Cæſ. l. 1.& ferè totus titulus de procur. l.item eorum.§.1. Quod cuiuſque vniuer. l. atqui natura.§.fin.de neg. geſtis. l.fin.§.fin.Cod.vbi & apud quem.l. & generaliter.& l.ſi quis ab alio.de calumniat. l. 3. in fi. de donat.inter vir.& vxor.l.quod ſtatulibero.de donat.cauſ.mort.l.ex morte. C. de pact.conuent.l.ſi Stichum.§.ſi ab alio.de noua. l.diuus Claudius.§.& quatenus.ad legem Cornel

neliam de ſalſis. l.1.§. pen. ad Turpil. Item ſuo an alieno nomine quid fiat, nihil intereſt: manibus ſuis an per aliam: per ſe aut per interpoſitam perſonam. l.2. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſion. miſſus eſt. l.1.§. deieciſſe. de vi & vi armat. l. & qui ſub imagine. C. de diſtract. pig. l. vice donatricis. C. de don. l.1.§. ſi tibi fundum. de itinere actúque priuato. is itaque dicitur poſſidere, cuius nomine poſſidetur. l. vlt. C. de adquir. poſſ. cap. cum veniſſet. de reſtit. ſpoliat. cap. ſi diligenti. de præſc. Homicidium ſeu aliud delictum tam facto quàm præcepto ſiue conſilio, defenſione non dubium eſt perpetrari, cùm is cõmittat, cuius authoritate vel mandato com mittitur. cap. 2. de clericis pugn. in duello. cap. mulieres. §. fin. de ſen. exc. multi autem & penè infiniti ſunt caſus in iure quibus per alios nobis acquire poſſumus, idemq; eſt ac ſi per noſmetipſos, qui notantur in l. acquiritur. de acq. rer. dom. & tit. per quas perſ. in inſt. Tunc autẽ nec aliquo momẽto ſubſiſtit dominium in eius perſona per quam acquiritur, ſed confeſtim is cuius eſt in poteſtate acquiritur: ſing. tex. in l. placet. de acq. hæred. Poſtremò quib. legare aut dare aliquid poſſumus, eorum quoque ſeruis & ſubiectis perſonis licet: quod & negatiuè procedit. l. ſi mihi & tibi. §. regula. de leg. 1. Nã hæc regula ex conuerſo quoque intelligitur, vt cui ex ſua perſona aliquid prohibetur, id etiam ex alterius perſona. l. ſi quis integris. §. fin. qui & à quib. manum. l. Labeo. l. ſi is qui pro emptore. de vſuc. l. non ſolum. §. quamquam. de iniuriis.

Explanatio regulæ per varias ſchemata.

l.neque per ſe. C. de hær.inſtit. cap.quod ſuper his. cap.ex multa.§.1.de voto & voti red.cap.1. de officio ordinarij.in 6.& can.fi.diſt.46.l.quę-ritur de bonis libert. Circa hanc regulam duo præcipuè notanda ſunt: Primùm,quoties alterius nomine agi permittitur,omni eius iure vti poterit.l.qui bona fide.§.ſi alieno. de damno infecto. Secundùm eſt, Acquiri actionem per extraneum, quoties ex facto tuo delinquentis potius quàm ex alieno acquiritur. Notabilis eſt textus in l.3.in princ.& l.aut qui cum aliter. §.hæc verba.quod vi aut clàm. Hinc etiam naſcitur alia ſubregula: *Non poteſt quis per ſe plus facere quàm per alium.*ca.ſicut.diſt.46.l.memor. §.1.de proc.§.vn.& ibi gl.in verbo per medium Authent.vt de cætero commutationes. coll.5. Quod tamen ſecundùm ſubſequentes diſtinctiones accipiendum erit.Per alios enim interdùm poſſumus quæ non ex nobis.l.Ariſto.Quę res pig.oblig.iuncta l.1.de verb. obligat. Quod multis caſibus accidit:veluti cùm ſocius incapax propter ſocium capacem commodum percipit.l.ſi is qui de liber.leg.l.liberis.§.ſi duo.de lib.cauſa.l.cum hereditate de adq. hære.l.cum vnus.de bon.auth. iud. poſſ. Item quod ex ſua perſona conſequi non poteſt, ex alterius perſona conſequitur comparatione facta: qui caſus eſt ſingularis in c. authoritate de conceſſ. pręb.in 6.Item quando aliquis de iure ciuili eſt incapax.Nam & pupillus qui nullum habet intellectum per ſeruum ſuum vſucapit. l. 1. de adq. poſſeſſ. vt probat Azo multis aliis iuribus

Notationes ſingulares circa regulam.

Subregula.

Non poteſt quis per ſe plus facere quàm per alium.

Diſtinctiones & limitationes.

alleg

allegatis in Rûb.119.Item quando non meo,ſed iure alterius vtor qui facere poteſt.l.quæſitum. de in ius voc.l.pr.§.ſi quis de priuil. cred.l.mora.de verb.obl.l.ſed etſi de iudiciis.l. pr.& 2.C. qui manumitti non poſſunt.l.& qui. C. de diſt. pig. Cuius quidē diſtinctionis ratio amplè traditur ab eodem Azone Rub.59.ex l.heres de iudiciis.l.cùm quidam.§. fiſcus.& §. ſi debitores. de vſu.& l.fiſcus. de iure fiſci. Item poteſt quis agere non tanquā ex ſeipſo,ſed tāquam alius.§. ſi tutor inſt.de inof.teſt.l.qui duas.§. ſi paterfa. de adopt.l.ſi quis detinet.C. de falſa mon.l. ſcriptura.C.qui pot.in pign. Quod multis etiam aliis iuribus probatur ab Azone eadem Rub.59. fallit tamen in l.ſi menſor.§.ſi filius de cond. & dem.& l.qui in ſerui. de bonis lib.l.ſi mandato. §.pr.Mandati. Cæterùm multum intereſt per noſmetipſos, an per alios, ſiue alieno nomine poſſideamus.Is enim poſſidere dicitur,cuius nomine poſſidetur.l.quod meo in prin. l. peregrè. §.fin.de acquir.poſſeſ.l.in bello.§.factæ.de capt. & poſt.reuerſis.l.2.in princ.de admin.rerum ad ci.per.l.eos.§.fin.C. de vſuris: Sicuti refert per me, an per alium faciam, vt pulchrum traditur exemplum in l. ſi ſolus.§. fin.de acquir. hæred. Quod etiam alibi notatur.l. vlt.C.de errore aduoc.l.cum pater.de vulgari.l.pr.in fi.Ad exhib. & multis aliis iuribus enumeratis ab Azone in Rubr.59.Sunt quædam,quæ requirunt præſentiam perſonæ vt in caſu cap. coram dilecto de off.& pot.iud. del. vbi quādo committitur cum clauſula, Si ambo intereſſe non poſſint, intelligitur

Intellectus & limitationes regulæ.

gitur perſonaliter: non autem vt vel per ſe vel per alio, quia id raró aut nunquam continge- *De iure diuino.* ret. Alienum tamē opus eſt, id eſt miniſterium, cum quis credit per alterum, ſicut alienum opus fuit Adæ, cùm per alterum peccauit can. baptiſmi. de conſecrat. diſtinct. 4. item in ſacramento baptiſmatis, ſi quis ſciat reſpondere, nō debet per alterum reſpondere iuxta illud, *Ætatem habet, ipſe pro ſe loquatur.* can. cum pro paruulis eadem diſt. Idem iuris eſt in aliis rebus ſpiritualib. Non enim ſic cōmunicatur gratia per *Cōtinuatio de iure humano.* alterius voluntatē, quemadmodū cōmunicatur gratia per Spiritus ſancti vnitatē can. quæris à me eadem diſt. Hæc ſunt iuris diuini per tranſennam dicta. Quod ad ius humanum attinet, operarum præſtatio per ſeruum heredem filio exheredato acquiri nō poteſt. l. cum patronus. §. 1. de operis lib. Et bonorum poſſeſſio contra tabulas libertorum paternorum non competit, quoties patroni filius non per ſe, ſed alium patroni acquirit hæreditatem. l. filius patroni. de bonis lib. Aduocatus qui alterius patrociniū ſuſcepit, proprie non accuſat. l. qui cum natu. in *Diſtinctiones.* fine. D. illo tit. Vide circa perſonales functiones quamplurima infrà in tit. de iure perſonali, reali ſeu cauſali, cap. 1. Item diſtinguitur in noſtra regula: Quando factum aut impoſitum onus poteſt per alium adimpleri, nihil refert, ſiue per eum de quo teſtator locutus eſt, ſiue per alium eiuſdem lucri ſucceſſorem adimpleatur. Si verò aut facti natura, aut verborum conceptione nequeat, tunc lucrum ad eum abſque

onere perueniat, quia hoc neque ipſa natura concedit, neque teſtator voluit. l. vn. §. ne autē hoc. C. de cad. tollend. Alia eſt diſtinctio huius regulæ in l. pr. §. fin. & l. ſeq. de conſtit. pecu. Itē ſi principis nomine vel authoritate aliquid fiat, ipſe facere videtur, ſi princeps ita mandauerit, aliàs non l. quod ſæpe. §. ſi quis cum eo. de cont. empt. l. ſi filius. de tutelis. l. vltim. in fine. Ad Turpil. l. nouum. C. de appellat. vt Azo latiùs declarat cum multis iuribus in Rub. 59. Sed & noſtram regulā cum multis iuribus, ampliationibus & reſtrictionibus latiùs declarat idem Azo in Rubr. 10. & Rubr. 59. Nouiſſimè ſciendum eſt, quod ex perſona mea habeo, alij mandare non poſſe. l. pr. C. de his qui veniam ætat. impetr. l. vlt. C. de minor. l. pupillus. C. de auth. tut. Quę quidem ſunt ſpecialia. Nam & edictum de procuratoribus eſt prohibitorium. l. mutus. §. cum quæritur. de procurat. Alioqui regula generalis obtinebit, vt quod ex perſona mea poſſum, in eo procuratorem ordinare poſſim. l. quiſquis. C. de epiſc. & cler. l. vl. C. de decurion. Azo in dicta Rubric. 59.

Quod ex perſona mea habeo, alii mādare non poſſum.

Reg

Regularum generalium Iuris,

LIBER SECVNDVS.

In Titulum de Definitione,

ΠΡΟΛΕΓΟ´ΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

Generaliter expoſitis titulis, qui de iure ac æquitate eiúſque effectibus generalibus tractant, ars deinde inueniendi & certo modo diſponendi terminos Topicos ſeu argumenta ſubſequitur, vt earum rerum, quæ in iure abſconditæ ſunt, demonſtrato & notato loco, facilis ſit inuentio. Nam quemadmodum veteres non ſatis eſſe exiſtimauerunt, Deum noſſe & colere, niſi certi quidam modi & formulæ ſtatuerentur, quibus ad verum cultum, eiuſque voluntatis obſeruationem perueniamus: exploſa Plinij ſententia, qui quo modo Deus colatur, nihil intereſſe dicebat: ſic in vnaquaque arte & ſcientia loci communes editi ſunt, è quorum cognitione tãquam argumenti ſede, quid firmum, quid vtile, quid denique neceſſarium in ſingulis tenendum ſit intelligatur. Quam quidem artem, Topicen ab Ariſtotele nuncupatam, Cicero eum ſecutus arti iudicandi præpoſuit, quia ad vſum potior & ordine naturæ prior erat, vt ipſe ſcribit in Topicis. Hoc itaque libro priùs declarare viſum eſt nobis, quæ Logicis

cum

cum iuriſperitis ſunt communia, antequàm terminos iuriſprudentiæ peculiares pertractemus: eo ſcilicet ordine, quo idem Tullius ſcribens ad Iuriſcõſultum Trebatium vſus eſt. Nos, inquit Vlpianus in l.pr. De iuſtitia & iure, veram non fictam philoſophiam quoad fieri poſſit, adſectamur. Sanè illorũ primas partes tenet diffinitio: nam ad id totum, de quo diſſeritur, tũ definitio adhibetur, quæ id quod definitur, explicat, & quaſi inuolutum euoluit, teſte Cicerone poſt eundem Ariſtotelẽ, à quibus quilibet pro otio repetere poterit multifarias diffinitiones & diuiſiones diffinitionum. Iſtud tamen obiter notandum eſt, ſicuti ipſe Cicero in lib. De oratore innuere videtur, definitionem in iure, nõ ad amuſſim, quemadmodum apud philoſophos, & ſtrictè accipiendam eſſe: vt ab ea neque abſit quidquam, neque ſuperſit. Sed hîc cum quid ſit quæritur, notio explicanda, & proprietas, & diuiſio, ac deinceps deſcriptio facienda, quam Græci καταγραφὴν vocant. Meritò autem à definitione atque diuiſione exordium ſumpſimus, quæ totius philoſophiæ inſtrumenta ſunt præcipua, ſine quibus nedum ſcientia, ſed nec ars vlla ritè comparari poteſt.

Definitionis proprietates & cõditiones.

De Diffinitione, Tit.j.

CAP. I.

AB eo quod ſignificationẽ alterius adiuuat priùs eſt incipiendum.] l.ſi ita fuero ſtipulatus.§.fin.de nouat.l.1.de orig.iuris. l.1. Si cert. petatur.§.his igitur inſt. de iuſt.& iure. §. ſed ne in primis inſt.de legatis.l.vn.C. de nudo iure

Paraphraſes regulæ multis autoritatibus cõprobatæ.

iure Quirit. tol. Sunt autem neceſſariæ diffinitiones: nam primùm aduertendum eſt quid ſit de quo quæritur. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum de reb. dub. Vnde Cicero eleganter lib. 1. Offic. *Omnis*, inquit, *quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit id de quo diſputetur.* Rhetorici quoque in omni quæſtione inueſtiganda eſſe dicũt hæc tria, An ſit, Quid ſit, & quale ſit: ex quo apertè colligitur cuiuſlibet materię ſeu ſubſtantię explicationem per diffinitionẽ propriã fieri.

CAP. II.

Diffinitiones in iure: ſunt periculoſæ.] l. omnis 202. De regul. iuris. Rarum eſt enim, vt ſubuerti nequeat diffinitio, & in omnib. locum habeat, circumſcripte & ſtricte naturã rei explicans. Quod etiam ſupra in præfatione huius tit. tetigi. Vnde dialectici illã diffinitionẽ quæ omnium perfectiſſima viſa eſt: *Omnis homo eſt animal rationale*, reprobant, tanquam non ſatis apte deſcribentem hominis cõditionem & qualitates. Atqui probam illam diffinitionem, quæ genere & differentiis conſtans cũ ſuo difinito cõuertitur, omnes tã Dialectic. quã Iuriſc. eſſe aſſerunt. Bart. in l. 1. de teſta. & in l. 1. de acq. poſſ. Phil. Dec. in Rub. de probat. extrà. Curt. Iun. in l. Imperium. nu. 6. de iur. omn. iud. Non debet enim latiùs patere diffinitum quàm ipſa diffinitio, nec è conuerſo. l. 1. §. dolum. & ibi not. de dol. l. Quintus Mutius in 2. §. cui aurũ. de auro & arg. leg. Qua de re vide differentẽ Lauriot. copioſius in ſuis comment. ad d. l. omnis.

Sanus intellectus regulæ.

In

In Titulum de Genere, & Specie.

ΠΡΟΛΕΓΟ´ΜΕΝΑ.

POſteaquam in iis quæ diffinitione comprehenſa de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt, vt genus aut differentia ſint (quandoquidem ex genere & differentia omnem diffinitionem conſtare, nemo eſt qui neſciat) Secundo ordine argumento à diffinitione argumentum ſeu locum à genere & forma vel ſpecie ſubiecimus: quem quidem ordinem ab Ariſtotele & Tullio in Topicis accepimus. Genus eſt itaq; primum diffinitionis membrum, quod vtique multa alia requirit, veluti differentias, circunſcriptiones & qualitates, vt ritè & ſuis numeris conſtans diffinitio iudicetur. Quonam verò modo genus rectè diffiniatur & ſpecies, & in quot membra diuidatur, noſtrum non eſt hîc exponere, quemadmodum in initio huius operis ſatis abundeq; proteſtatus ſum, ſed ex ipſo Cicerone, Ariſtotele, Boetio, Quintiliano, variiſq; tùm Rhetoribus, Philoſophis tùm etiam Iuriſconſultis addiſcendum eſt. Quia neque ſine philoſophorum diſciplina genus & ſpeciem cuiuſq; rei cernere, neque eam diffiniendo explicare, nec tribuere in partes poſſumus, vt ait Cic. in lib. qui inſcribitur Orator. Iſtud tamen inter philoſophos & Iuriſconſ. diſcriminis eſt, quod illi ſpeciem pro forma, notione & Idea, vt voce Platonica vtar, accipiat, quæ ſub ſe plura continet indiuidua, numero duntaxat inuicem diſcrepantia: hi verò indiuidui nomen nō agnoſcunt, idq; ſub vocabulo ſpeciei cōprehendunt, vt exēpli gratia [illegible]. Genus eſt homo: Species, Titius, Mæuius, Pamphilus.

Connexio.

Genus & ſpecies quo modo intelligantur.

De

De Genere & Specie, Tit. ij.

CAP. I.

Explicatio regulæ per varia themata.

GEnus perire non poteſt, ſicut ſpecies.] l.incendium.C.Si certum petatur.§.item is cui Inſt.Quib.mod.re contra. oblig. Elegãs eſt ad hoc textus Mætiani.l.in ratione in 2. §. diligenter ad legem Falcid. vbi genus generaliſſimum,quod vocant,non poteſt perire,ſed aliud coarctatum,aut verò ſpecies certa, aut ex certo incertum. Vniuerſitas etiam vel collegium permanere dicitur, licet omnes ſint mutati,vnúſque tantùm remanſerit.l.ſicut. §. vltimo.& ibi Gloſſ. Quod cuiuſque vniuer.l.3. de rei vindic.Licet vniuerſitas non facilè dolum admittat.l.ſed ex dolo.§.1.iuncta Gloſſ. in verbo poſſunt.de dolo.Hinc naſcitur alia vulgata ſubregula:Generis debitor interitu ſpeciei non liberatur d.l.incendium. & l.ſi te bonis. C. de iure delib.Gloſſa in dicta l.in ratione.§.incerta. Ratio huius eſt quam tradit Baldus in d. l. incendiũ:nã genus eſt quid intellectuale, id eſt,quod magis intellectu quàm ſenſu percipitur: quam regulam latiùs declarat cum ampliationibus & reſtrictionibus Pardulphus Prateius in regul. 403. vbi inter cætera illud notat ex mora congruè debitorem liberari: nam ſi certam ſpeciem obtuliſſet, quam commodè ſoluere poterat,congruóque tempore & loco, certè imputari debet creditori. l. huiuſmodi. §. ſi cui homo.de legat.pr.Item & Scipio Ianuarius in ſuis regulis. Sciendum eſt autem idem dici de quan

Subregulæ

Generis debitor interitu ſpeciei non liberatur.

Ratio.

Idem quoque de quãtitate dicitur.

quantitate: nam aliquando quantitas generis comparatur, vt notatur in d.§.incertæ. & gloſ. in l.quod te. ſi cert.pet. Iaſ. in l.ſi à furioſo.nu. 4.eod.tit. Quod etiam latius cum ampliationibus & reſtrictionibus explicatur à Petro Duenna reg.176. At verò è contra debitor ſpeciei, ante moram re perempta liberatur. l. homo mortuus. l. impoſſibilis. & l. ſi ex legati cauſa, vbi notat Bart. de verb.oblig.l.quod te.& l.vinum.ſi cert. pet. Ratio eſt quia caſus fortuitus non aſcribitur culpæ debitoris. l.cum duobus. §.damna.pro ſocio. Id quoque cum ampliationibus & reſtrictionibus tractatur à Socin. reg. 108. Medicæo reg.6. Duenna reg.179. Dia.reg. 119.& quamplurimis aliis regularum compilatoribus. Idem eſt etiam ſi quantitas ratione certæ ſpeciei debeatur.l.Titiæ textores.§.fi.de leg.1.Porrò de iſtis ſubregulis vide quæ copioſiſſimè tractat Loriotus in tit.de noxa.axio.41. cum aliis ſequentibus.

Debitor ſpeciei re perempta liberatur.

Ratio.

CAP. II.

GEneraliter prolatum generaliter intelligi debet.] vulgata l. de pretio.de Publicia.l.1. §.generaliter.de legat.præſt.l.quiſque.§.parentem.de in ius voc.l.2. §.homines. vi bo.rap. l.1.§.hæc verba, Quæ in fraud.cred.l.pen.& vl. de his quibus vt indign. l.heredes.l.ſciendum. de verb.ſig.l.fin.C.quæ res pign. Non enim videtur cauiſſe qui non omnibus creditoribus cauit.l.1.§.ſi cum duobus. de coll.60. Hæc regula latè cum ampliationibus & reſtrictionibus declaratur per Prateiũ in reg.402. & Medicæum

Paraphraſis regulæ.

Exceptiões reg.1.& quamplures alios. Nemini tamen licet ſub occaſione generalitatis multitudinem effrænatam comprehendere. cap. ſedes Apoſtolica. de reſcrip. Item ſub generalitate grauiora non veniunt, vel maiora quàm in ipſo procurationis inſtrumento, ſint expreſſa. c.2. de procur. in Clemen. Hinc dependet alia ſubregula: Quod in genere dicitur ad omnes illius ſpecies extenditur. l. alienatum. 67. §. vlt. l. hæc verba. 19. de verb. ſignifi. l. ſin autem. §. ſed & is. de rei vindic. ſi ſeruitus. de ſer. vrb. præd. l. n §. 1. de aleæ luſu. l. pen. §. fin. de iur. & fact. ignor. l. filiuſfa. §. pati. de donat. l. ſi finita. §. de cæteris. de damn. infect. l. doli. l. ſtipulationes. de verb. ob. l. fin. C. de pact. pign. can. Illud diſtin. 94. can. 1. diſt. 18. can. Clemens. 8. q. 1. Et è contra generalis prohibitio ad omnia ſpecialia pertinet. cap. nam concupiſcentiam. de conſtit. extrà. Ratio eſt quia genus æquè communicat ſuam eſſentiam & naturam omnibus ſpeciebus, vt Dialectici dicunt, & ſicut in toto pars continetur, vt infra dicemus ſuo loco, ita etiam generalibus ſpecialia inſunt. l. ſemper. 196. de regul. iur. Sed hæc vocabula non tam accuratè apud Iuriſconſultos ac apud Dialecticos diſtinguuntur: quippe cùm totum pro genere & partem pro ſpecie & è conuerſo ſæpe in iure accipi conſtat. Cæterùm vt ad regulam noſtram redeamus, quod generaliter legibus permiſſum inuenitur, niſi ſpecialiter aliqua lege ſeu argumento legis prohibitum oſtēdatur, diſtinctionem nullam recipit, ſed in caſibus exceptis locum

Quod in genere dicitur, ad omnes illius ſpecies extenditur.

Ratio.

Limitationes & diſtinctiones regulæ.

cum

cum non habet, vt eleganter exemplis probatur can. ſiue quiſquis. 15. quæſt. 3. & l. ſi is qui. §. vtrum. de reb. dub. Quod latè declaratur cum multis iuribus & diſtinctionibus à Damaſo in reg. 112. Facit l. contra naturã. l. non eſt nouum. l. ideo. de legibus. Notant amplius Azo. Rubr. 18. & Socin. reg. 264. Multę aliæ quoque limitationes ponuntur veluti: Non refertur ad ea de quibus non eſt veriſimiliter cogitatum. l. Rutilia. de cont. empt. l. ſi de certa. C. de tranſact. Item fallit in l. iubemus. C. ad Velleian. l. vlt. C. de bon. libert. l. à lumina. C. quæ res pign. oblig. Item quod licet in genere, aliquando non licet in ſpecie. l. ſi vnus. §. illud. de pactis. l. in hoc. §. ſi conueniat. commun. diuid. l. item apud. §. cui. de iniuriis. maximè ſcilicet cùm deſcenſus ad ſpecialia mali occaſionem præbet. l. 1. C. quæ res pign. Quod multis iuribus hinc inde allegatis declaratur à Damaſo in reg. 27. E contrario ſimpliciter dicta ſimpliciter intelliguntur. l. 1. §. pe. de alien. iud. l. ſi cui. de ſerui. l. Marcellus. §. quidam. ad Trebel. can. Deus. 31. q. 1. At verò generalia ſingulorum & non ſingula generum colliguntur. l. 1. de fideiuſſ. Non enim abſurdum eſt vt ſpecialiter quibuſdam enumeratis generale nomen ſubiiciatur. l. ſi ſeruus. §. inquit lex. ad legem Aquil. Species etiam habet relationem ad genus. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſ. §. quod vulgò. inſt. de ſucc. cogn. Quod amplius declaratur à Medicæo. reg. 9.

Aliæ ſubregulæ notabiles.

CAP. III.

Paraphraſis regulæ multis iuribus comprobatæ.

SPeciale magis afficit quam generale.] l.2.& 3.C.de ſeruo pig.dato.manu.can.quanquam diſt.23.cap.ſi aduerſus.de hæreticis. cap.vn. in fin.de exceſſib.prælat.in Clem.cap.ſi epiſcopus. de præben.& dig.in 6. Vnde qui in genere quædam exprimunt non ſolum legem ſed legis interpretationem fraudare videntur.l.ita fides de iure fiſci. Item quando appellatio eſt interpoſita generalis ab omnibus cauſis,quæ aduerſus aliquem aliquo tẽpore moueri poſſunt,non valet: ſpecialitate enim opus eſt. l.2. & ibi elegans gloſſ. de appellat. Hoc tamen intelligitur de generaliſſima. Nam generalis appellatio ſuper omni grauamine, quod ſibi in vna cauſa poſſit inferri,tenet,eique deferendum eſt. cap. conſuluit.in 2.eod.tit.Non poteſt etiam generaliter negotiis modus præfiniri, ſed facilius cauſa cognita ſpecialiter examinari. l. ita autem.de admin. tut. Cæterùm hæc regula latus patet, tractatúrque à noſtris iuris interpretibus,quàm vt omnia poſſint hoc loco concludi. Sciendum eſt enim generalitatem & ſpecialitatem interdum prodeſſe actibus: aliquando verò nocere. Nocet quidem ſæpenumerò generalitas, & ſpecialitate opus eſt,vt proſit: veluti cum quis promittit fundum in genere vel animal, non obligatur, præterquàm in dote. l. cum poſt.§.gener.de iur.dot. l.1.& 3.C.de dotis promiſſi.

Ratio.

Ratio eſt propter incertitudinem quę in generali ſermone continetur. l.in tradendis communia præd.facit ad hoc axiom.ſingularis

text

text.in l.diuus Claudius. in princip. Ad legem Cornel. de falſis. Rurſus ex diuerſo nonnunquàm conuentio generalis vtilior eſt ſpeciali. l.1.l.& quæ nondum ſunt.§.1.de pign. Et generalis hypotheca prior excludit ſpecialem poſteriorem.l.2.qui pot.in pign.l.ſi generaliter.C.illo tit.Et locutio generalis plus ſpeciali prodeſt, vt notatur in c.3.verſic.cæterum. de ſent.& re iud.in 6.Nocet item aliquando ſpecialitas iuxta regulam,quam infrà explicabimus: Expreſſa nocent,non expreſſa non nocent.quod probatur pulchro exemplo in l.2.C.de pignor.Atqui obligatio ſpeciei potiſſimum in quotas diuiditur: obligatio generis ſeu quantitatis numero, quia id commodius eſt promiſſoribus & ſtipulatoribus,vt eleganter in l.cum Stichus.de ſolut. Notandum quoque eſt ſpecialitatem nullam eſſe in diſpoſitione, niſi eius ratio reddatur,vt tenet Ioan.Monach.in c.1. de ſtatu monach. in 6. Quod etiam latius tractat Medicæus reg.7.

Exceptiões & diſtinctiones regulæ.

Notabilia circa hanc regulam.

CAP. IIII.

GEneri per ſpeciem derogatur.] l.in toto iure.8.de reg. iur. c. generi.34.eod.tit.in 6.§. Item furtiuæ.inſti.de vſucap.l.quamuis.de in ius voc.l.emptor. §. Lucius Titius. & l. tres fratres.de pactis.l.ſi quando. C.de inoffi.teſta. l. ſanctio. de pœnis. Notabile eſt exemplum: Do, lego centum aureos libertis meis pro alimentis. Pone quòd tres ſint, Titius, Mæuius, Sempronius,& Titio antè vel pòſt alimenta legaui. Sub illo legato centum aureorum Titius

Explanatio regulæ per exẽpla.

non continebitur, quia per hanc expreſſionem ſpeciei, ipſa tacitè à genere videtur detracta. l. alimenta. §. baſilicæ. de alim. legat. Multi quoque alij textus expreſſim ad regulam pertinēt. l. legata. de ſupel. leg. l. doli clauſula. & ibi notatur. de verb. oblig. l. 1. de auro & argent. leg. l. mortis cauſa capitur. de don. cauſ. mort. l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. de iniur. c. cum Romana. cap. paſtoralis. §. quoniam. de reſcrip. c. paſtoralis. & ibi gloſſ. de appel. c. 3. de pœnit. & remiſſ. in extra. comm. Ratio eſt, quia ſpecies

Ratio. eximitur de genere. l. ſi peculium. de man. teſt. Item, vt logicè loquar, enumeratio indiuidui eximit ſpeciem à legato generia, ſub qua indiuidua continentur. l. cum de lanionis. §. cui fundum. de fundo inſtru. Similiter locutio generalis per ſpecificata reſtringitur. l. coheredi. §. qui patrem. de vulgari. l. legatorum. §. fi. de lega. 2. l. vxorem. §. feliciſſimo. de leg. 3. Imò & legato generali per minus generale derogatur d. l. vxo-

Intellectus regulæ. rem. §. codicillis. Si verò in genere aut in ſpecie ambo ſint nominati, plerunque communicabuntur. l. ſeruis vrbanis. §. fin. eod. tit. Vide etiam Ciceronem lib. 2. de inuentione Rheto-

Ampliationes. rica. Varias autem ampliationes & reſtrictiones recipit hæc regula: Primò procedit ſiue ante ſiue poſt ſpecialis clauſula adiecta ſit: nam tunc reſtringit generalem. l. quoties. quæ quotidie ad hoc allegatur. C. fam. herciſc. Item generalis locutio ad ea de quibus eſt ſpecialiter actum ſeu veriſimiliter cogitatum extenditur. l. 2. C. de iudic. l. iubemus. C. ad Velleian. Item

ſpec

ſpeciale reſcriptum etiam contra ius commune impetratum derogat generali. c.1.de reſcri. Itèm ſecundū canonicas & legitimas ſanctiones generi per ſpeciem derogatur, quanquàm de genere in derogāte ſpecie mentio nulla fiat. c.ſi epiſcopus.& c.quamuis. de præb.& dignit. in 6.cap.2.de offic.leg. Multa quoque alia cum ampliationibus & fallentiis tractantur circa hanc regulam à Damaſo. regul. 13. & Medicæo reg. 1. diſtinguitur etiam pulchrè à Dyno in d. c.generi.de reg.iur.in 6.Veruntamen in hypotheca, iuriſdictione & priuilegiis videtur exceptio regulæ contineri, prout amplius docet exponens hanc regulam, Loriotus in tit.de regulis iuris.axiom.135.per l.ſi generaliter. C.qui potiores.l.fin.C.de iuriſd.omn.iud. c.veniens. de præſcript. *Exceptiões.*

In Titulum de Toto,& Parte,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Titulo de genere & ſpecie commodè ſubiecta eſt de partitione tractatio, vt Tulliana methodo, ſicut dixi, vtamur. Licet enim eadem eſſe pleriſque videantur, multumq́; ſimilitudinis inuicem collata contineant, atque etiam in iure ſæpe genus pro toto & ſpecies pro parte ſumantur: lata tamen eſt inter eas dictiones differentia. Cicero in Topicis: Formas, *inquit,* qui putat idem eſſe quod partes, confundit artem, & ſimilitudine quadam conturbatus, non ſatis acutè quę ſunt *Cōtinuatio* *Differentia inter genus ſpeciem, & totum, partem.*

ſecernenda diſtinguit. *Item:* Formarum certus eſt numerus, quæ cuique generi ſubiiciantur: partium diſtributio ſæpè eſt infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio. *Si quis tamen velit curioſius & diligentius, quod inter ea diſcrimen ſtatuatur, perquirere, ipſorumq́ diffinitiones, eum ad Dialecticos remitto, qui ſemper exactam cuiuſq rei diffinitionem curant aptis vocibus exprimere. Totum verò in iure noſtro eſt quid vniuerſum: partes res ſingulæ, ſicuti exponit Ariſtoteles in principio ſecundi lib. Topic. Notatur etiam eleganter in l. 2. §. cum Stichum. pro emptore, & quàmplurimis aliis locis tàm iuris ciuilis quàm canonici. Communiter ſanè totum in integrale, ſeu vniuerſale, & numerale diuiditur, vt infrà ſuo loco dicemus.*

Totũ quot modis accipiatur.

De Toto, & Parte, Tit. iij.

CAP. I.

CVius effectus omnibus in ſolidum prodeſt, eiuſdem partes ad omnes pertinent.] l. cuius. 191. de reg. iur. l. ſi duo. de adminiſt. tut. Auth. ſed & ſi quis. C. de ſecun. nupt. §. ita. & §. illud quoque. Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1. l. in ratione. in 2. §. diligenter. ad leg. Falcid. l. ſi ſeruus. de acq. hered. l. ſi tibi arcæ. de præſcript. verb. l. dotale prædium. de fund. dotal. l. 3. pro derelicto. Ratio eſt: nam in toto pars ineſt, non è contra. Quare ſi quis totum petat & ſuccubuit, à parte quoque minimè excluditur, niſi ſit res quædam diuerſa & ſeparata, vt elegan-

Ratio.

ter declarat Vlpianus exemplis in l.ſi quis cum totum.de excep.rei iudic.§.vnde dicunt vulgò: Turpis eſt pars quæ ſuo non congruit vniuerſo can.quæ contra mores.diſt.8. c.fi.de ſponſa. duorum. Et omnia membra caput ſequuntur. can.non decet.diſt.12.Quod etiam ad res ſpiritales eleganter Cyprianus transfert dicens: *Eccleſia eſt vnus epiſcopatus, cuius ſingularis in ſolidum pars tenetur, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quemadmodum multi ſunt radij, ſed vnum lumen: multi rami, ſed robur vnum ex radice tenaci fundatum.* can.loquitur. & ibi gl.24.q.1. Igitur in omnem eccleſiam videtur delinquere qui corpus ſuum commaculauerit, quia per vnum membrũ macula in totum corpus diffunditur.can.ſed & illud 26.q.2.Cęterum velut ex plurib.propoſitionibus,licet veris vniuerſalis propoſitio non apparet, niſi per ſignum vniuerſale forſan exprimatur: ita nec ex pluribus particularibus conſenſibus apparet,vniuerſalis electio vel cõmunis, licet quilibet ſingularis veritatẽ exprimat ſuæ partis, eleganter in c.in Geneſi.de electione. Rurſus & populo interdicto nodato ſingulares ex eo perſonæ cenſentur nodatæ,quia diuinorum auditio & ſacramentorum perceptio nõ populo vt vniuerſis ſed cuilibet vt ſingulis cõpetit.c.ſi ſententia & ibi pulchra gl.de ſent. ex.in 6.Itẽ appellatiõe domini & pro parte dñs cõtinetur.l.1.§.domini.de SC.Syl.Et parsfundi rectè fundus vocatur.l.plane.§.vl.de le.1.diſtinguitur.n.totũ apud dialecticos atq; etiã Iuriſc.

Expoſitio regulæ per multa exẽpla & authoritates.

in tot

in totum integrale, ſeu vniuerſale, & totum numerale: atqui in vtroque locum habet noſtra regula, prout latè declarant Viuienus & Riuiſcius noui compilatores. Nonnunquàm tamen vbi pars corporis eſt, ibi eſt totum quod fit μεταφυσικῶς, i. ſupra naturam diuina operāte gratia, veluti in ſancto euchariſtiæ ſacramēto. can. vbi pars de conſec. diſt. 2. Item ſeruitus eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, ſed id fit intellectualiter eo ꝙ ſit indiuidua. l. 2. §. ex his de verb. oblig. multa quoque tranſeunt in vniuerſo quæ ſingulariter non tranſirent. l. quædam. de acquir. rer. dom. l. in modicis. de contr. empt. Differt etiam multùm an vniuerſitas alicuius rei poſſideatur, an ſingulæ partes. l. 2. §. cum Stichum. pro empt. Alia eſt iuris ſubregula: Qui totum dicit, nihil excipit. l. Iulianus. de legat. 3. & ibi Bart. c. nos autem. in fi. de maior. & obed. Quod & ipſum tetigi ſupra in tit. prox. c. 2. Vulgaris quoque eſt regula: Idem iuris eſt de partibus, quòd de toto. l. quæ de tota. de rei vindic. §. quæ autem. inſtit. de fid. hered. l. iuriſgentium. §. adeò. & ibi glo. de pact. l. 2. §. exercitum. de his qui not. infa. l. Senatus. §. Senatus cenſuit de iure fiſci. Vide Mediceum Regula. Sed ex diuerſo non valet argumentum de toto ad partem, quia pars non complectitur totum. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauit. de acquir. her. Licet interdum à parte totum denominetur, & econtra per figuram quę Synecdoche apud Grammaticos vocatur, vt eleganter exemplis demonſtratur in can. meretrices.

Exceptiões & diſtinctiones regulæ.

Qui totū dicit, nihil excipit.

Idem iuris de partib. quod de toto.

Non valet argumentū de toto ad partem affirmatiue.

32. q

32.q.3. Fallit tamen prima noſtra regula in ſpecie.l.vnus.de ſeruit.ruſtic.præd. & l. quicquid commu. prædio. Item non poteſt videri homo euictus,cum pars eius euicta ſit.l.ſi dictum.§.1. de euict.nam ibi eſt pars integralis non numeralis. Alia quoque illius diſtinctio traditur in l. ex mille.in prin.& §.1.de euic.vbi ſcilicet pars eſt pro indiuiſo aut è contra. Amplius etiam declaratur regula cum extenſionibus & limitationibus & additione aliarum ſubregularum ab Donato fin.lib.5.& Bernardo Dia regul.531. Item circa illam Azo multa iura hinc & inde cum ſolutionibus allegat in Rub.49.& 104.Loriotus in tit.de reg.iur.axio.133.& 134.

Reſtrictiones & intellectus primæ regulæ.

CAP. II.

ARgumentum à partium enumeratione in iure valet.] l.ex maleficio.§.tutelæ. de act. & oblig.§.tutores.inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu.l.ſi ſeruus.§. inquit lex.ad leg. Aquil.l.lex quæ. C.de admin.tut. Notatur in l. 1.de doli mali & met.except. l. lex Iulia.ad leg. Iul.repet.Ratio huius regulæ eſt,quia per diuiſionem res melius intelligitur , vt tenet Iaſ. in §.omnium.inſtit.de act.& Paulus Caſtrenſis in l.re coniuncti.de leg.3. Vnde Cicero lib.de natura Deorum 3.Omnes Philoſophiæ partes atque omnia membra tùm facillimè noſcuntur, cùm totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. Porrò de his quæ ad diuiſionem pertinent , ſeparatum titulum poſuimus , quem videbis poſteà ſub titulo de diuiduo & indiuiduo. Numerus item cognitionum cùm ex variis cauſis deſcend

Ratio.

Paraphraſes regulæ cum multis authoritatibus.

ſcendat,in genera diuidi facilè non poteſt, niſi ſummatim diuidatur. l.cognitionum de var.& ext.cog.Notandum hîc eſt quod ait idem Tullius in Topicis : *Partitione ſic vtendum eſt , nullam vt partem relinquas,veluti ſi partiri velis tutelas. At ſi ſtipulationum aut iudiciorum formulas partiare , non eſt vitioſum in re inſtituta prætermittere aliquid : quod idem in diuiſione vitioſum eſt.*

Notabilis diſtinctio Ciceronis.

CAP. III.

PArs determinatur ſecundum adiectionem: alioqui dimidia ſeu æqua & virilis intelligitur,& interdum in totum recidit.] l.virilis.145.l.nomen.164.§.portionis.de verb.ſignif. l. ſi non fuerint. pro ſocio. Quantùm ad primum membrum regulæ, illud ſine dubio eſt cùm generalis locutio per ſpecificata interpretetur,vt ſupra dixi tit.prox.cap.4.Pro ſecundo aliquando parte ſimpliciter & indeterminatè ſcripta,dimidia ſubintelligitur , videlicet ſi ſit ipſe ſolus.l.triplici. de verbor.ſignific. l.etiam partis.de vſufruct.l.de ætate.§.ſi interrogatus. de interrog.act.§.ſi plures. inſtit.de hered.inſt. Quando verò plura ſunt,æquæ ſeu viriles intelliguntur partes adiectæ. l.legata inutiliter.§.1. de leg.1.l.3.de annuis lega.l.reos.§.1.de duobus reis.l.ſi qui ſeparatim. §. quoties.de appellat.l. cum quæſtio.§.fin.C.de lega.l.1.C.ſi plures vna ſentent. Item ſeruus communis non eſt ſic omnium quaſi ſingulorum totus , ſed pro partibus vtique indiuiſis , ita vt intellectu partes magis habeant quàm corpore, & quod ſtipulatur

Ratio primi mẽbri.

Intellectus ſecundi membri.

tur dominis nullo modo adiecto temperamento, id pro parte dominica vnicuique acquirit. Elegans textus in l.ſi ſeruus communis.in 2.de ſtip.ſeruo. Quoad tertium membrum,aliquando ratione indiuidui pars ad ſe totum trahit.l. ſi cum vno ſi ex noxali cauſa.l.heredes. §.an ea famil.herciſc.l.1.§.ſi ex fundo.de hered.inſtit.l. 2.§.ex his.de verbor. obligat. l. ſi ſeruus, §. 1. ſi quis cautio.Sed pro ea parte pro qua fuit ſatiſfactum, obſtat doli exceptio,vt ibi dicitur. Sicut & reſidui commemoratio etiam totum admittit.l.2.C.de hered.inſtitut.interdum & per partem totum ſignificatur, velut pars de toto, figura Synecdoche canon.pœnale.14.q.5. quod ſuprà in cap.1.tetigi. Item aliquando partis nomine totum petitur, puta quando alteri parti accreſcit.l.re coniuncti.de leg.3.l.quæ vſusfructus.& l.antepenult.de vſufruct. earum rerum quæ vſu.l.vti frui ſi vſusfruct.petat.l.ſi proponas.& l.vlt.de inoffic.teſtament. l.Titia. ad legem Aquil. de quo latè tractatur à noſtris in materia iuris accreſcendi,quam equidem aliàs publicè Tholoſæ legens ſtudioſè indagatus ſum. Sed de hoc quoque pauca ſcripta ſunt infrà tit. de coniunctione. cap. primo. Aliquando etiam præſtabitur pars ratione totius, licet ad totum agere non poſſit, & ſic totum conſequitur, quia totum ad ſe trahit partem, vt doctè cum multis iuribus, rationibus & diſtinctionibus tractat Azo Rubr. 49. Verum enimuerò pars adiecta toto ipſi cedit, quia neceſſe eſt id ei cedere, quod ſine illo eſſe non poteſt

Intellectus & paraphraſes tertii membri.

Notabilia

Limitationes & diſtinctiones regulæ.

poteſt.l.in rem.§.1.& 2.de rei vindic.Interdum tamen partis adiectio nocet. nam partem partis facit,vt ſubtiliter Paulus in l.plures.de dam. infecto.Maxima autem eſt differẽtia inter eum qui quotam obtinet, & qui rem ſingularem. Priore caſu pro rata tenetur omnibus creditoribus,poſteriore non tenetur. Duo ſunt aptiſſimi textus in l.quoties.C.de hær.inſt.& l.3.C.de ſenten.paſſis.Fallit regula noſtra quinque caſibus notatis per Bernardinum Diam in regul. DCCCXXIX. Item regulam latiùs declarat cum ampliationibus & reſtrictionibus Socinus reg. DXXIX.

In Tit. de Notatione vocabuli, ſeu Etymologia,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

IN oratoriis artibus quæſtionis genere propoſito. vt inquit Tullius in Topicis, quot eius ſint formæ, aut è toto partes ſubiũgitur abſolutè: at cùm de explicatione verborum ſententiarúmque præcipitur, non fit idem. Res eſt enim infinitior, quàm quæ ſingulis verbis propriis nominari poſſit. Hinc Iuriſconſultus noſter Vlpianus dixit plura eſſe negotia quàm vocabula in l.4. De præſcript. verbis. Qua de re tractat etiam Cicero lib.3. circa princ. De fin. bon. & mal. Sed quanquam vocabula propè idem valere videantur, tamen quia res differebant, nomina rerum diſtare voluerũt. Multa itaq; ex notatione ſumũtur: ea eſt autem, cùm ex vi nominis

Vocabulorum inuentio atque diſtinctio.

minis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολο-γίαν vocant, i. verbũm ex verbo, veriloquium. Sunt enim verba rerũ notæ, quæ apud Ariſtot. σύμβολον nuncupantur: quãuis cùm intelligitur quid ſignificetur, minus de nomine laborandum ſit. Verùm tamen iſtud maximè intelligẽtiam cuiuſq; rei adiuuat, tunc potiſſimùm cùm vera interpretatio aut compoſitio nominis poteſt denotari. Quod ad compoſita nomina aut fictitia ex conuenientia rei refertur: non autem ſimplicia, ne in abſurditatem aliquam, aut vitium incidamus: quẽadmodum Ser. Sulpitius vir doctiſſimus à Gellio reprehenſus eſt lib. 6. Noct. Attic. c. 12.

Etymologiæ verus intellectus.

De Notatione vocabuli, ſeu Etymologia, Tit. iiij.

CAP. I.

VAlet argumẽtum ab etymologia vocabuli.] l. defenſores. in 2. C. de defenſ. ciuit. l. 1. C. de off. pręf. vrb. c. fi. de renun. in 6. c. cum ſecundum Apoſtolum. de præb. & dig. Nomina enim ad res ſignificandas ſiue ad recognoſcendum reperta ſunt. l. ad recognoſcẽdos. C. de ingen. & man. §. ſi quis in nomine. inſt. de leg. Gloriatur Accurſ. & meritò de ſe, quòd accurrit & ſuccurrit tenebris iuris ciuilis. Et Regilianus ob nominis conuenientiam à ſcholaſticis forte adinuentã factus eſt Imperator, vt ſcribit Trebellius Pollio in eius vita. Vnde nomina rerum non poſita fortuitò, ſed quadam vi ac ratione naturæ facta eſſe Nigidius exiſtimauit, vt refert

Ratio.

Paraphraſis regulæ multis authoritatib. coprobatæ & exẽplis.

fert Gell. in Noctibus Atticis. Item cùm Deuteronomium ſecunda lex nuncupetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in Nouo Teſtamento debeat obſeruari. c. per venerabilem. qui filij ſint legiti. Chriſtus à chriſmate dicitur, vel potius chriſma à Chriſto, non ſecundum nominis formam, ſed iuxta fidei rationem. A Chriſto verò Chriſtiani dicuntur, tanquàm vncti deriuentur ab vncto, vt omnes concurrant in odorem vnguenti, cuius nomen oleum eſt effuſum. c. 1. §. quia verò Chriſtus de ſacra vnctione. Sponſę etiam appellantur coniuges conſuetudine ſcripturæ ſpe futurorum non effectu præſentium, vt ait Auguſtinus de deſponſatione Ioſeph & Mariæ loquẽs in can. inſtitutum & ſeq. 27. quæſt. 2. Pœnitere eſt pœnam tenere, vt ſemper puniat in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando can. pœnitentia. diſt. 3. Hæretici quoque vocantur ab eius denominatione, cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, vt exemplis multis declaratur in l. damnato. C. de hæret. & Man. Clericus interpretetur nomen ſuum eiúſq; definitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur can. clericus. 12. q. 1. Videndum enim eſt vt nomini & opera iugiter impenſa concordet. can. fin. diſt. 42. Et è conuerſo ſi nomen non habent, qualiter officium habebũt? can. chorepiſcopi. diſt. 68. Hinc etiã ſuboritur aliud vulgatum axioma iuxta poetam:

Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Danda enim ſunt nomina adeò cõuenientia vt res ipſas apertius declarent atq; ſignificent.

l. cum

l.cum multæ.C.de donat. ante nupt. §. eſt & aliud.inſt.de donat. Item res eo nomine vocantur,quod habet materia,ex qua conflatæ ſunt. l. inſulam.§.fi.de adquir.rer.dom.§.1.inſt.quib. ex cauſ. manum. non licet. §.quod ſi ex aliena. inſt.de rer.diuiſ.Quemadmodum in Euangelio dicitur aquam vinum factam. Et alibi Corpus panis nuncupatur. Item nomina denotant eſſentiam nominati. l. à nullo.C.de feriis. Quod latè tractat Donatus Fin. lib. 5. cum multis allegationibus.Sępius autem naturalia ſunt,non poſitiua nomina vel arbitraria.l.ſi quis in fundi.de leg.1. l.decernimus.in fin.C.de epiſcop.& cler. Aulus Gellius libro Noct.Attic.10.cap.4.

Res accipit nomen materiæ.

Cæterùm regula noſtra locum habet, ſi argumentum negatiuè ſumatur, veluti teſtamĕtum eſt à teſtatione mentis. Non eſt teſtatio: ergo nec teſtamentú.Non enim valeret ſumptum affirmatiuè, vt notant Doctores in l.2.§.ſi appellata.ſi certum pet.& §.1.inſt.de teſta. Vide Gellium lib.6.cap.12.Tractant etiam Canoniſtæ in proœmio Decret. Gregor. & in cap. 1. de iudiciis. plenius Nicolaus Euerardus in locis Legalibus.Secundò valet argumĕtum,ſi ab ipſius rei eſſentia etymon ſumatur, nam ſi ab euentu & naturaliter, ſecus.l.1.& ibi Accurſius de acquir.poſſeſſ.Aliud eſt argumentum,quod à cōiugatis appellatur. Et iſtud quidem ab vno & eodem fonte deſcendit,nempè à notatione vocabuli : ſed frequentius Rhetores & Dialectici quam Iuriſconſulti vſurpant.

Intellectus & diſtinctiones regulæ.

CAP. II.

SOla nominatio nihil iuris tribuit.] l. Caius Seius. de iure patron. l. ad recognoſcendos. C. de ingenuis & manumiſſis. Nam profeſſio aut aſſeueratio nuncupantium filios qui nō ſunt, veritati non prę iudicat. l. neque profeſſio. & ibi gloſſa. C. de teſtam. Hanc regulam late tractat Bernardus Dias in reg. 50. Item ſola nominis ſimilitudo ad demonſtrandam originem non ſufficit. l. vlt. ad municip. Et ſola nominis commemoratio ambiguitatem parit, niſi per qualitates & certa indicia demonſtretur. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. facere poſſunt. Nihil verò mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere. l. facta. §. ſi ſub conditione. verſ. ſi verò nominis. ad Trebel. Veruntamen dominus nominando ſeruum filium ſuum actis interuenientibus, eum liberum efficiet. l. vn. §. ſimiliq; modo. C. de Latina lib. toll. Nominatio quoque præualet iuſſui, quando vtrumque ſimul concurrit. l. fi. C. per quas perſonas. Item ex nominatione plerumque fit coniectura. l. non epiſtolis. C. de probat. §. 1. inſt. de adop.

Ratio.

Paraphraſes.

Exceptiones.

CAP. III.

VErba ſunt intelligenda naturaliter & proprie, non ex fictione accidentali, niſi ſpecialiter exprimatur: nonnunquam tamen ciuiliter.] l. non aliter. §. Titius. de leg. 2. l. vlt. C. de his qui ven. æt. imp. l. 3. §. hæc verba. de negot. geſtis. Baldus in l. humanitatis. Cod. de impub. Bartolus in l. centurio. de vulgari. Angelus in tractatu vulgari ſubſtitutionis. Veluti in

Paraphra

in ſponſalibus contrahendis,ſi vnus non intel- *ſes regulæ*
lexerit, quod alter propoſuit,ad cõmunem ver *iuribus &*
borum intelligentiam recurritur,& cogitur v- *exẽplis cõ-*
terq; verba prolata in eo ſenſu retinere, quem *firmatæ.*
ſolent recte intelligentibus generare.c.ex lite-
ris. in pr. de ſponſ.& mat.Sic autem accipiun-
tur verba , vt ratio recti ſermonis ſalua ſit, l.
Plautius.de auro & arg.leg.Atque cũ leguntur
ſacræ ſcripturæ,non alienũ, aut quem quiſque
ſponte præſumpſerit,ſenſum quæri oportet,vt
quomodo ex ſcripturarũ authoritate confirme
tur , ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veri-
tatis: ſecundùm tamẽ interpretationẽ à maio-
rib.traditã, vt Chriſtianæ dicitur in can. rela-
tũ.diſt.37. Fallit tamen regula, ne actus alioqui *Exceptio-*
inutilis reddatur , vt ſingulariter notatur in l. *nes.*
Titia.§.Lucius Titius.de leg.2.Item aliquando
verba ciuiliter & vulgariter accipiuntur. l. ſi
tam auguſti de ſeruit.l. vbi ita. & ibi Paulus de
do.cau.mort.l.librorum.§.quod tamen Caſſius.
de leg.3.cap.1.de iniur.& dam.dato in 6.

CAP. IIII.

VErba narratiua,commendatitia,ſeu iactatoria fidem plenam non faciunt,nec obligant,nec etiam diſponunt.] l. Publia. §. Titius depoſiti.l.qui familiæ.famil.erciſ.l.ſi.de prob.l.Iulia.§.ex his verbis.de lega.3. c.ſi papa. & ibi notatur.de priuil.in 6.Quòd commendatitia nõ obligent probatur in l.ea quæ.de cont. empt.l.ſciendum.de ædil.edicto. l.obligationũ ſubſtantia.de act. & obl.cap.cum veniſſent. de conſtitu. Sed melius in peregrino loco. l.fin.C.

g 2 quod

quod cum eo. Rurſus verba in iactantiæ formam ſeu iure familiaritatis prolata non nocere in l. fin. de teſtam.l.diuus. de mil.teſt.l.fugitiuus.& ibi Alciatus.de verb.ſig.l.fi.& ibi Bartolus & Baldus.de teſtam. Iaſon in l.1.§.ſi quis ita. de verb. oblig.l.qui iure.de adq.poſſ.l.2.& ibi gloſſ.C.in quib.cauſ.coloni. Ratio eſt,quia deeſt cõſenſus & mutua ſtipulatio, quod etiam declaratur per ampliationes & reſtrictiones à Prateio in reg.416. Multa enim tractantur, vt vulgò dicitur, quæ non perficiuntur: ideóque incerti certaminis compoſitio, quæ ſæpe inter imperitos homines accidit,nil operatur.l.ne in arbitris.in fin.princ. de recept. arbitris. Vnde verba enunciatiua teſtatoris neque veritati nec iuſtis probationibus officiunt. l. 1. C. arbitrium tutelæ. Imò nec verba ipſius tutoris in fauorem pupilli vel adulti aliquid dicentis, niſi ſcriptum fuerit in inſtrumento publico,ipſeque confeſſus ſit. l.fin. C.illo tit.Item verba enunciatiua principaliter propter aliud & non propter ſe emiſſa diſpoſitionem non inducunt, præterquàm in milite cauſa priuilegij, dum tamen ſciens & non errans protulerit.Pulchra & notabilis.l.ex his verbis.C.de teſta. mil. Arguunt tamen contra proferẽtem dictam. l. Publia. §. fin. Necnon verba tendentia ad liberationem à ſciente non ignorante prolata diſpoſitionem inducunt.l.1.C. de falſa cauſa adiecta. Et quę confirmãt fideicommiſſum.l.ſi donatio. C.de don.Item cùm quæritur, an verba narratiua fidem faciant,videndum eſt,an principaliter

Ratio.

Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata comprobatæ.

Limitationes & diſtinctiones.

ter de hoc agatur, an incidenter & perfunctoriè prolata ſint. Nam primo caſu aſſertiua ſeu negatiua probant, quia videtur per ea quaſi de nouo conceſſio fieri gratiæ ſpecialis, vt verba aliquid operentur: ſecundo, non vt notabiliter dicitur in d.c.ſi papa. Alia eſt quoq; diſtinctio, vt fidem faciant narratiua, ſuper quibus gratia vel intentio loquentis fundatur.cap.1.&ibi gloſſ.de prob.in clem. Itẽ ſi verba enunciatiua geminentur, probant ex benigna interpretatione. l. ex hac ſcriptura. de donat. vt latè tractat cum doctorum allegationibus. Medicæus reg.3. Item enunciatiuis notarij verbis fides adhibetur, quando agitur de modico præiudicio.gloſſ.& Innocentius in cap.olim de cenſib. Quod etiam declarat Medicæus reg.5. Circa regulam noſtrã. vide plura in gloſſ. ſuper l.vn.C. quando non pet.partes.& apud Bernard.Diam reg. 781. & Donatum Finam lib. 5. vbi & apud Riſuitium multæ aliæ ſubregulæ de verbis in genere traduntur. At verò quando in clauſulis executiuis aut alias nõ importantib. verba apponuntur quæ non ſunt in diſpoſitiuis, debent non ad augendã ſed ad exequendam voluntatẽ, quæ de inhibitione ſequuntur, referri.ſing.tex. à me notatus in cap.1.de præb.& dig.in clem. *Singularis intellectus.*

CAP. V.

MVltum refert an nomine quid proprio, an appellatiuo ſeu adiectiuo nuncupetur.] Nomine enim proprio vocati in viriles: appellatiuo in portionales tenentur ratione creditorũ.l.turpis.§.vl. & l.ſi heredes.de leg.1.l.ita *Ratio.*

liber.de fidei.liber.l.ſi communis ſeruus ita ſtipularetur. de ſtip. ſer. vbi id quoque ſubiicit. Quod ſi vtrumque nomẽ exprimatur, tunc attendendum eſt, quod præcedit, cuiuſque demonſtratio potius fiat. Hæc regula locum habet, etiam ſi quorundam hæredum nomina ſint in conditione poſita. l. ſi quis teſtamento. & l. qui pecuniam. de ſtatulib. Item ſi nomine proprio alicui ſeruus ſtipuletur, eidem debet quæri, non alij: ſi appellatiuo, ex quibus cauſis non poteſt vni acquiri, alteri quæritur. l. ſi vſufructuarij. de ſtipul. ſeruor. Et delegatio facta alicui non nomine proprio ſed appellatiuo ſeu qualitatiuo, vt vocant, tranſit ad ſucceſſorem, vt eleganter deciditur in cap. quondam abbas. de offic. & poteſt. iud. del. Porro adiectiua referuntur ad omnia quibus poſſunt adaptari, niſi per propria aliter reſtringantur. l. fin. §. fin. de tritico vino & oleo leg. Pulchras diſtinctiones adfert Loriotus in titul. de ſubſtit. axiom. 78. & 79. Si hæredes tanquam rei debendi vel ſtipulandi ſoli habeantur, eorum nominationem propriam non conſiderari, vel etiam ſi hæredes qui nominati non ſunt, ſub diſpoſitione generali non contineantur: nam tunc hæreditarias partes faciunt. Aliter autem viriles admittunt: quod probat ex l. antepen. de duobus reis, & l. qui pecuniam. verſ. ſi quidam cum ſeq. de ſtatulib. & multis aliis iuribus. Idẽ etiam in tit. de coniunct. axiom. 73. iſtud ſubiicit quòd licet ſint proprio nomine vocati, in ſolidum. i. quatenus ſunt portiores hereditariæ,

Explicatio regulæ per diuerſa themata.

Diſtinctiones.

Notabiles intellectus.

quia

quia earum reſpectu ſunt rei debendi tenẽtur: ſed à cohæredib. quod vltra æqualem portionẽ præſtitum recuperabitur. l. eandẽ. in fi. pr. l. ſiue à certis de duobus reis. Bart. in l. reos. eod. tit.

In Titulum de eodem, Coniugatis, Relatis ſeu Reciprocis.

ΠΡΟΛΕΓΟ΄ΜΕΝΑ.

Conueniens eſt diſtinctio, quam Cic. in principio Topic. ſcribit: Ex iis locis in quibus argumẽta incluſa ſunt, alij in eo ipſo de quo agitur, hærent, alij aſſumũtur extrinſecus. Et rurſus: Eorũ quæ in ipſo hærent, quidã ex eo ipſo naſcuntur, alij ex iis rebus, quæ quodam modo affectæ ſunt ad id de quo quæritur. Huius ſubdiuiſionis ſingulis prioris membri exemplis tractatis, ad fontem, quod eſt idem recurremus. Sciendum eſt autem, quod modis idem dicitur, tot etiam differẽs prædicari, quẽadmodum latè exponit Ariſt. lib. 1. Topic. c. 6. & ſeq. vbi multa alia de eodem notatu digniſſima refert. Porrò priori mẽbro poſterius ſubnectitur, cuius primum exemplum poſitum eſt ab ipſo Tullio ϲυζυγίαι, ſiue de cõiugatis. Coniugata dicũtur, quæ ſunt ex verbis eiuſdẽ generis, quæ orta ab vno variæ commutantur, in idémque ex neceſſitate coniugationis & ſenſu & vi verborũ recidũt. Qua de re plura ab oratorib. pauciora à Iuriſc. traduntur: ea ſola, vt ſuſpicor, de cauſa, quod hi volũtatis potius quã verborũ, illi verò verborũ propriæ explicationis ſæpè ſint ſtudioſi indagatores. Atq; etiam eo. ti.

Continuatio.

Idem & differẽs pariter prædicantur.

Coniugata.

Relata & reciproca.

ralata & reciproca perſtrinximus, quod valdè ſint finitima. Coniugata enim & referũtur ad ſe inuicem & reflectuntur, inſtar ſerpentini annuli, & reciprocationem quandam in ſe continent.

De eodem, coniugatis, relatis, ſeu reciprocis, Tit. v.

CAP. I.

QVod ſimile eſt, non eſt idem.] l. quod Nerua depoſiti. l. qui liberis de vulgari. Sola quoque nominis ſimilitudo ad co nfirmãdam cuiuſque originem ſatis non eſt, niſi de re conſtet. l. vlt. ad municip. Et dictio, quaſi, non eſt expreſſiua veritatis gloſſa in l. ſeruus domino. & ibi notatur, pro emptore. Vnde reſolutio non facit, vt diuerſa eadem dicantũr eſſentia. l. 3. §. quod autem de adq. poſſeſſ. Non ſunt autem hæc inuicem contraria, ſed idem & differens, vt in præfatione diximus.

CAP. II.

VBi eadem eſt ratio, idem ius ſtatuendum.] Vulgata eſt regula in l. illud. ad legem Aquiliam. l. fin. C. de nat. liber. l. 3. C. de inſt. & ſub. Nam eadem æquitatis ratio diuerſas actionis ſpecies excludere nullo modo debet. l. fin. C. de conſtitut. pec. Item cum ex vna eadémque radice vitia naſcantur, conſequens eſt vt vna lege tollantur. l. fi. C. de nup.

Ratio.

CAP. III.

QVod de vnó coniugatorum dicitur, de altero quoque intelligendum eſt.] Eadem eſt

eſt culpa prohibita diſcere & docere.l.culpa.C. de maleſi. & mathem. Multa ad huius regulæ probationem Cicero tradit in Topicis & lib.de Partit.Quæ ratio mouet delegantem, mouet etiam delegatum: ſingularis textus in cap. ſuper literis de reſcript. Quid eſt communicare peccato alieno niſi quando talis efficitur ordinans qualis eſt qui non meruit ordinari?can.quid eſt maius diſt. xcvij. Suffragatur can. tantis Daniel diſt.lxxxj.

Expoſitio regulæ per varia themata.

CAP. IIII.

CORrelatiuorum eadem eſt ratio atque diſciplina.]l.1.C.de cupreſſis lib.10. Ita vt quod de vno dicitur, ad aliud trahatur.l.ſi verò. §.de viro.ſol.matrim.l.fin.de acceptil.l.fin.C.de ind.vid.tol.Exemplum de viro & muliere.§.hoc autem.Auth.de non elig.ſecundo nub.collat.1. Probatur in §. ſi quis autem. Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffra.coll.2.§. ſi verò expectet. & §.quæ verò.Auth.de nupt.coll.4. §.1. Auth. Vt defuncti ſeu funera. coll.5. Vide hac de re ampliationes & reſtrictiones per Donatum Finam lib.5.Ber.Diam reg. 158. & Medicæum regul. 9. Bona fides requiritur in vno correlatiuo, ſicut in altero. l. bonam fidem. C. de actionibus & obligationibus. Notatur in l.eleganter.de dolo.l.bona fides.Depoſit.Gloſſa & Doctores in l. contractus.de regul.iuris. fallit in accidentalibus,vt Medicæus tractat reg.9.Inter dantem & accipientem par eſt conſonantia. l. ſi quis ſeruum. C. de cond. indeb. can. quos conſtiterit. can.placuit.1.quæſt.1.Sic itaque minor dicitur,

Paraphraſes regulæ multis textibus confirmata.

reſp

reſpectu maioris, quia ſunt relata ſiue ἀντιςρέφοντα.l.ſcio.de in integ.reſt. & ſpecies relationẽ habet ad genus Gloſſ. in l. ſi cauſa cognita. de tranſact.§.vulgò.inſtit.de ſucceſ.cog. Latiùs iſtud tractat Medicæus reg.9.Hinc dependet alia ſubregula. Relatiua ſicut & copulata ſimilitudinem quandam qualitatis denotant. Accurſius in l.ſi fugitiui. C. de ſer. fug. & ibi Baldus, Angelus & Paulus Caſtr. Aliquandotamen faciunt ſimplicẽ relationem.l.3. C.de neg. geſtis. l.dominum.C. de iniur. aut propriam, quod in dubio magis eſt.l.Iulianus quoque de hær. inſt. Hanc diſtinctionem tradit Bartol. in l. re coniuncti. numer. 9. de legatis 3. Item alia eſt diſtinctio de Relatiuo (qui) nam poſt vniuerſalem vocem adiectum reſtringit præcidentia. l. ea tamen de legatis 3. poſt particularem vel vniuerſalem ſpecificatam non reſtringit, ſed magis declarat.l.vbi adhuc.C.de iure dot.l. famoſi.ad legem Iul.maieſt. Latiùs declarat Bernardus Dias reg.741.Atqui iunctum relatiuum verbo futuri temporis inducit conditionem. l. ſi debitor.§.veriſimile. & ibi Bartolus de cont. empt.l.nuper de legatis 3. l. Stichum qui meus erit. & ibi Gloſſa & Doctores de legatis pr. Quod etiam declaratur cum ampliationibus & reſtrictionib. ab eodem Dia in reg.640. & Donato Fina.lib.2.

Subregulæ Relatiuæ ſimilitudinẽ qualitatis denotant.

Diſtinctio.

CAP. V.

RElatum ad aliud ſecundum id ipſum intellig

ligitur.] l. aſſe toto. & ibi notatur de hæred. inſtit. Fictio enim iuris id efficit, vt relatum dicatur eſſe in referente. Angelus in l. ſi prior Soluto matrimonio. Quod quidem latè tractat Medicæus regula nona, decima, & decima ſexta. atque etiam Riſuicius. Hinc fit vt clauſula poſita inter vnum capitulum, ad illud tantùm referatur, ſed poſita inter plura capitula, ſiue antè, ſiue poſt ad omnia refertur. Notabilis textus in l. 3. §. pr. de liberis & poſthumis, ita vt ſingula ſingulis referantur. Gloſſa in l. ſi negotium. de negotiis geſtis. l. vnic. §. ſin autem. Cod. de cad. toll. declarat Medicæus regula decima. Item relata ad plurès res vel perſonas iuxta earum qualitatem ſunt accipienda. l. ex militari. de militari teſtam. l. ſi quis filio. §. irritum. de iniuſto rupto. l. iam hoc iure. de vulgari. l. ſi legatarius. §. cum ita. de legatis 3. Accurſ. in l. 2. verbo manumitti. de officio proconſulis. facit l. 1. de ſeruit. vrb. præd. Nam verbum in oratione ſumitur pro varietate extremi, ad quod refertur lex prima De reb. dubiis. Alioqui in dubio relatio debet fieri ad proxima & immediata, l. pr. §. deinde de poſtul. Accurſius in l. ſi idem cum eodem. §. finali. de iuriſdictione omnium iudicum. Sed quando verbum commune pariter ad duo refertur & connectitur, pariter in vtroque debet operari. lege, ſecunda. l. quamuis. Cod. de impuber. Notandum tamen eſt, cum vnicum extat, id quod refertur, ad ipſum quidem relatio haberi debet, ac ſi expreſsè relatum eſſet.

Ratio.

Paraphraſes & intellectus regulæ.

Bar

Bartolus & doctores communiter in l.1. & 2.de lib.& poſth. Quod latiſſimè cum ampliationibus,fallentiis & diſtinctionibus declaratur per Medicæum in reg.10.

CAP. VI.

Expoſitio regulæ. IN reciprocis nullũ eſt odium,ſeu grauamen.] l.ſi pater puellæ.& ibi valdè notatur à Gloſſa & Docto.C.de inoffic.teſt. Vnde valet tranſactio reciproca, propterea quòd tollit ſiniſtrũ captandæ necis votum. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. Et ſubſtitutio reciproca pariter in vtroq; intelligitur facta.l. iã hoc iure. de vulg. Doct. communiter in l.quanuis.C.de impub.

In Tit.de Similitudine,Symbolis, Æquipollentibus,Contrariis & Diuerſis.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cōtinuatio. *POſt idem, coniugata, & reciproca ſimilitudo commodè ſubditur.Vnde elegans eſt,illa Ciceronis ſentẽtia in Lælio: Nihil eſt quod tam attrahat & alliciat ad amicitiam quàm ſimilitudo,* *Natura ſimile ſibi appetit.* *qua fit,vt bonos boni diligant,aſciſcántq; ſibi quaſi propinquitate coniunctos & natura: nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius quàm natura.Hinc conſtat bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe. Atque Ouidij lib. 2. de Ponto:*

Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia iũctis,
Et ſeruat ſtudij fœdera quiſque ſui.

Quæ

Quænā, inquit Plato de legib. 4. Dial. actio à Deo amatur, Deúmque ſequitur? Vna certè, rationem vnam antiquam habens, atque præcipuam, quòd ſimile ſimili, quod moderatum ſit, amicum eſt. Argumentum autem à ſimilitudine multis modis ſumitur, vt ab eodem Tullio in Topicis latiùs declaratur, idque frequentiſſimè vſurpant Iuriſconſulti, quanquam idem ipſe magis oratoribus & philoſophis, quàm his familiare eſſe contendat. Neque tamen rem totam toti rei ſimilem eſſe oportet, ſed ad ipſum ad quod confertur, ſimilitudinem habere Author ad Herennium. In Symbolis & æquipollentibus eadem iura ſeruari, nemo eſt qui ignoret, vt quod de vno dicitur ad alterum trahatur. Porrò ſequitur ſimilitudinem differentia, ſeu diuerſitas, rei maximè contraria ſuperiori: ac demum locus qui à contrario dicitur: Pertinent, *inquit Ariſtoteles lib. 1. Topic.* Ad propoſitiones Dialecticas ea omnia, & quæ ad probabilium ſimilitudinem accedunt, & diſparata eorum, quæ probabilibus aduerſantur, omnéſque ſentētię, quę iis artibus, quæ inuentæ ſunt, congruunt & cōſentiunt. Nam ſi hoc probabile eſt eandem in contrariis artem verſari, eidem ſenſui ſubiecta eſſe contraria probabile putamus, *vt ipſe pluribus exemplis ſtatim elucidat. Multa ſunt & penè infinita contrariorum genera, quemadmodum paſſim apud Rhetores & Dialecticos enarratur. Sed ea non ita perpensè & ad amuſſim notant Iuriſcōſulti: quin potiùs ſub nomine contrariorum, quæ nō eadem aut certe ſimilia ſeu æquipollentia exiſtunt, promiſcuè comprehendunt, niſi forte inter diuerſa &*

De Symbolis & Aequipollentibus.

Contraria & Diuerſa quomodo inuediguntur.

& oppoſita quidam ſubtiliter differentiam ſtatuant. Verùm enimuerò quid opus ſit tot diſcriminibus, ſaltem apud nos non video. Tantùm intelligatur, vt ſubiicit Cicero, argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non conuenire.

De Similitudine, Symbolis, Æquipol lentibus, Contrariis, & Diuerſis, Titulus vj.

CAP. I.

ARgumentum plerunque ſumitur à ſimili.] l.nō poſſunt de legib.§.1.inſt. de legit. pat. tut.l.vlt.C.ad leg.Falc.l.quiſquis mihi hæres.de leg.3.can.placuit.pr.quæſt.pr. cap. maiores.§.verum quidam. de celeb. miſ.cap.excommunicamus.§.credentes.de hær.can. qui viderit 32.q.v.cap.inter corporalia de tranſl. epi.ca. recolentes de ſtatu monachorum.Vnde Iuſtin. Imper.in l.pr.verſic.tollendis.C.de Iuſtin.Cod. confir.ſimilia,inquit,non eſſe aſpernanda,quibus eadem ferè ſanciendo diuiſio iuris aliqua denotatur.Hanc regulam latè explicāt Bernar. Dias reg.52.& Soc. reg. 48. Æquitas paribus in caſibus paria iura deſiderat,vt Cicero in Topicis.Facit can.ſcire & ca.ſequens diſt.76.& can. in ſcripturis diſt. 96. Iuuat etiam quòd dicitur paria delicta vel alia facta mutua compenſatione diſſolui.l.viro.Solut.matrimonio. Quoad videlicet intereſſe priuatorum , non autem vt pœna eis omnino & vindicta publica remittatur

Paraphraſes regulæ multis iuribus cōprobatæ. Par ſeu æquale hic pro ſimile accipitur.

tatur, l. ſi vxor. §. iudex. ad legem Iul. de adult. cap. intelleximus. de adult. & ſtupro. Non videtur quoque læſus qui æquale ſiue ſimile cōmodum percipit. l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtam. Nihil autem intereſt an aliquid fiat aut eius ſimile. l. vlt. mandati. l. vlt. C. ſi mancipium ita fuerit alien. l. idemque pro ſocio. Atqui de ſimili ad ſimile procedendum eſt, quando eadem eſt ratio æquitatis in vtroque. Secus autem non, vt eleganter diſtinguitur cum multis iuribus hinc inde allegatis ab Azone Rub. 29. Quò fit vt probabile ſit tantùm hoc argumentum. Nam prolata diuerſitatis ratione ſtatim euaneſcit. l. inter ſtipulātem. §. ſacram. de verb. obligat. Soluitur ſimile per diſſimile. cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. Item ſimilium nō eſt eadem ratio neque iudicium quandò diſſimilitudo aſſignatur. Felinus in cap. 1. de ſponſal. Latius hoc tractat cum authorum allegatione. Medicæus reg. 5. fallit quoque regula in pœnis. §. pœnæ. de pœn. diſtinct. 1. cap. capitulum de reſcript. Nec ſufficit ſimilia verba dicere. l. ſciendum. §. vlt. de verbor. obligat. Mutatur enim effectus rei, licet alia verba apponantur quæ ſimilem videntur habere ſignificationem vt late cum multis iuribus & diſtinctionibus explicat idem Azo ſupradicta rub.

Intellectus & limitationes regulæ.

Hinc naſcitur alia trita apud brocardicos ſub regula: *In ſymbolizantibus facilem eſſe tranſitū.* l. in rem. §. Itē quæcunque. de rei vind. l. ſi accepto latū. de acceptil. l. ſed cum patrono. de bon. poſſ. Concord. Philoſophus lib. 2. de gen. & corr. & cap

Subregulæ. In ſymbolizantibus facilis eſt tranſitus.

Quod obtinet in vno caſu extenditur ad alios ipſi ſimiles.

& cap.pr.circa medium de ſacra vnctione. Quę tamen fallit, quando in fauorem diſſimilitudo vergit, puta mulieris.l. ſi cum dotem ſol. matr. Huc pertinet alia notabilis regula, quæ copioſiſſimè tractatur à doctoribus, de qua tamen pauca ſcitu neceſſaria dicemus: Quod obtinet in vno caſu, extenditur ad alios ipſi ſimiles.l. Gallus.§.& quid ſi tantum.l.ſi item ſcriptum.l. Titius.§.1.de liber.& poſthu. l. 3.C.de hær.inſt. l.iam hoc iure.de vulgari.l. tale pactum. de pactis.l.fin.C.de poſt.hær. inſt.l. mulier. Ad Trebel.facit Gloſſa finalis in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis.l.vt tantum.§.1.de ſeruo corrupto. l.1. C. de cupreſſis lib.10.l.vn.§.& vt pleniùs.C. de rei vxor.act. cap.qui ad agendum de procur. in 6.

Paraphraſes huius ſubregulæ.

Vnde qui in vna ſpecie vel ſecta hæreſis commiſit,& poſtea abiurauit ſimpliciter,ſi in aliam labatur,iuſtè relapſus dicitur, ſed id fit propter ſimilitudinē aut connexitatem hæreſeon: quia qui in vno peccauit,factus eſt omnium reus, c. accuſatus.§.eum verò.& ibi Gloſſ. de hæret. in 6.Et lex noua diſponens in vno caſu, procedit in alio æquiparato per legem antiquam. l.quod verò contra de legib.l.ſciendum.& ibi Gloſſ.in prin.qui ſat.cog.Auth. offeratur.C.de lit.cont. l.2. C.de cur. fur. quod quidē latiùs declaratur cum ampliationib. & reſtrictionibus à Bernardo Dia reg.429.Hoc autem ita regulariter locū

Exceptiones & diſtinctiones

habet, niſi aliter appareat de voluntate teſtatoris aut contrahentium. l. pater Seuerinam.l. qui hęredi.l.Męuius.de cond.& dem.fallit item quando veriſimilitudo, fauor aut æquitas ſunt in

in contrarium.l.3.§.pen.& vlt.l.qui cum.§.1. & per totam l.non eſt ferendus.de tranſact.l.cum quærebatur. de verb.ſign.l.ſi ita quis. l.ſi is qui ex bonis.de vulgari.l.ab adminiſtratione.C.de leg.cap.ſuſceptum de reſcript.in 6. ca. cui non. de præb.in 6.Item quando fit contra iuris com munis regulas. l.quæ de contra.de legibus.cap. quamuis.de præb.in 6.Cæterùm quando caſus omiſſus ad expreſſum trahatur & è contrà,latè tractatur in tit. de ampliatione. ꝟ. cap. 2. Hæc autem regula ex ſimilitudine rationis aut verò identitate deſcendit , vt ſupra dixi in tit. prox. cap. 2. & probatur in l.1.C.de diuer.reſcript.§. illud. inſt. pro ſoc. ſecus ſi diuerſa ratio tradatur,vt fuſius explicat Azo Rub.42.

CAP. II.

IN æquipollentibus eadem omnino iura ſeruantur.] l.illud.ad legem Aquil.l.vlt. C. ad legem Falcid.Nec refert quid ex æquipollentibus fiat.l.ſi ita eſſet. quando dies legat. ced.l. fideicommiſſa. §. ſi cui ita.de legat.3. l.fin.C.de don. quæ ſub modo. Nec ſi quid fiat aut prope illud fiat, dummodo eundem inducant effectū. l. apud. §. ſi quos. de doli except.l.tutor.§.cum quidam.ad Velleian.l.inficiando.de furt. l.ſi filium.C.de tutelis. Tractat latius Azo in Rubr. 59. Ratio deſumitur ex cap. 2. ſ̃. prox.tit. Vbi eſt eadem ratio idem ius ſtatuitur.Fallit autem regula, ſi alia diuerſitas ſubſit. l. à Titio. & ibi gloſſ.de verb. obligat. l.fin. de cloacis. l. fin.de conſtit. pecun. l. non ſolum de ritu nupt.§.veniēs.Auth. de nupt.§.1. de allodiis in vſib.feud.

Paraphraſes regulæ.

Ratio.

Limitationes.

Hanc regulã latius declarat Donatus Fin.lib.5.

CAP. III.

VAlet argumentum à contrario ſenſu, modo non reſultet prauus intellectus.] l.2. C.de condit.inſertis. Notat gloſſ.in l.conuenticula.C.de epiſc. & cler.l.1. §. huius rei de officio eius cui mandata eſt iuriſd.l.ad teſtium. in fin.l.qui teſtamento.§.mulier.de teſtamen.l. etſi contra.de vulg.l. Pomponius.§.ſed & is.de procurat.l.ex eo.de teſtib.l.fin.C.vnde vi.l.nec manifeſtum. de furtis.l. apud antiquos.verſic. cum igitur.C.eod.can.hoſpitiorum. diſtinc.32. can.gratia. 1.quæſt.1.can.cum maiores.6.q.1.& can.in ſacris.16.q.1.Notabile exemplum in cap. cum apoſtolica.de his quæ fiunt à prælato. Vnde in propoſitis quæſtionibus ſi vni reſponſum eſt alia in contrarium intelligitur. §. quoties. inſt.de inutil.ſtip. Auth.quas actiones.C.de ſacroſ. eccleſ. Qui hoc petit ne ſeruiat videtur petere vt libertas ei præſtetur: cùm è directo libertas& ſeruitus ſint contraria.l.generaliter. §. ſi petitum. de fid.lib.l.ſi quis ità libertatem. §.fin.de ſtatulib. Item pupillus ex eo quod non eſt factus pauperior,locupletior eſt.l.in pupillo.de ſolut. Quod nō iure fit id iniuria dicitur fieri.l.1.de iniur. Et cum omne Dei præceptum ſit iuſtum,patet ei iniuſtitiam deeſſe quod eius pręcepto contrarium inuenitur.can.innocens. 22.q.3. Ratio. Quia vna eſt contrariorum ratio atque diſciplina,vt per vnum,aliud facilius dignoſcatur.l.1.§.videamus.de his qui ſunt ſui. §. 1. inſt. de tut. l.vlt.§.vlt.de leg.3.l.3.de re iudic.

Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.

Ratio.

l.etſi

l.etſi contra. iuncta gloſſ. de vulgari cum infinitis aliis ſimilibus. Vna eſt contrariorum ars: & contrariorum contraria ſunt conſequentia vt ſcribunt Ariſtoteles lib. 8. Topic. & Cicero in Tuſcul. quæſtio. Atque iiſdem ex locis omnium rerum in contrarias partes ſuppeditatur cognitio. At vero quando iſtud habeat locum & quando non, latè diſſerit multis iuribus hinc inde allegatis cum diſtinctionibus & ſolutionibus Azo in Rubr.29. Ex hac regula tanquàm è fonte aliæ naſcuntur vulgares ſubregulæ. Nempe, Poſitio vnius contrarij eſt alterius excluſio. l.cum Prætor. de iudic. l.ſi hæc verba. de verbor. ſignif. l.ſcriptura. C. communia vtriuſque iud. §. neque autem. Authent. de mandatis princ. l.qui accuſare. de accuſat. l.pen. in fin. C. de condic. indeb. l. cum ita legatum. de condit. & dem. inde poſito vno contrario affirmatiuè, aliud tollitur negatiuè, id eſt non admittitur, vt eleganter exemplis illuſtrat Caius in l. ſi inter me. de except. rei iud. At econtra quod de vno negatur, de altero non negato concedi tur. l. mutus. §. 1. de procurat. cap. nonne de præſumpt. ſicuti fuſius declaraui in titulo de permiſſo & prohib. infra cap. Quod obtinet duntaxat in immediatè contrariis & vt bonum & malum, dummodò illa contraria ſint ſpecies diuerſorum generum: At ſi ſint eiuſdem generis, vt nubere & non nubere, ſunt quidam contraria oppoſita, ſed ſpecies eiuſdem generis & vtrumque eſt bonum. can. ſic enim. 28. quæſt. 1. Et ita eleganter, pro more ſuo diſtinguit

Subregulæ.
Poſitio vnius contrarij, eſt alterius excluſio.
Quod de vno negatur de altero conceditur.
Diſtinctio & intellectus.

Per notitiam vnius cõtrarii habetur notitia alterius

Oppoſitum in oppoſito idem operatur quod propoſitum in propoſito

Damaſus reg. 48. Item per notitiam vnius immediate contrarij habetur quoque notitia alterius vt ſupra dixi, & notatur in l. vis eius. de probat. l. 1. §. 1. pro emptore. Quod etiam latè tractat cum aliis iuribus Azo Rubr. 94. Item oppoſitũ in oppoſito idem operatur quod propoſitum in propoſito, quod eſt vulgare Brocardicum. l. quia quantum. l. ſi ex toto. de legat. 1. l. fin. de legat. 3. l. cum proponas. C. de nupt. Pro ampliori declaratione noſtræ regulæ multa iura hinc inde allegat Azo Rub. 18. vbi etiam ita diſtinguit, vt non procedat argumentum, ſi argumento vel lege probetur non eſſe recipiendum. l. dictam. C. de condit. cauſa data. Hinc dicunt non eſſe ſemper neceſſarium ſed probabile quemadmodum in ſpecie. l. de illo. l. ſi ſeruus. l. ſi non fuerint pro ſocio. Vide etiam circa hãc regulam quæ annotauit Socynus reg. 46. Donatus Fina. lib. 5. Bernardus Dias reg. 49. & 51. Item Socinus reg. 35. & Riſuicius in paratitlis.

Exceptiões regulæ.

Non tamen vſquequaque tenet iſtud argumẽtum: cuius rei notabile traditur exemplum in cap. diſcretionem de eo qui cognouit conſang. vx. fallit etiam in l. cui ius. l. cum quis. de reg. iuris. gloſſa in l. diſcretis, verbo, petitum. qui teſtamenta fecere poſſunt. l. cum quidam. in fi. de liber. & poſthum. l. ſi quis. de negot. geſtis. Item non procedit, quando diuerſa ratio ſeu fauor militat. l. illud. C. de collat.

CAP. IIII.

VNus idémque actus non debet producere contrarios effectus.] l. qui hominem. §. fin

fin.de ſolut. Nec etiam diuerſos.l.1.§.idem Põponius depoſiti. l. 2. Cod.de pactis inter empt. Abſurdum eſt talem admitti libertatẽ ex qua ipſo mortis tempore in eandem perſonam ſimul libertas & ſeruitus concurrant. l.1. in fine princip.C.de lat.libert. tollenda. Super eodem crimine non poteſt duplex admitti accuſatio, ſed ſuper diuerſa, licet ex eodem facto naſcitur. Pulchra l.qui de crimine.C.de accuſat. Aliud exemplum venuſtum in l. ſi quis homicidij.C.illo tit. Indecorum eſt vicarium epiſcopi laicum eſſe & viros eccleſiaſticos iudicare: In vno enim officio nõ debet diſpar eſſe poſſeſſio. Cõiungi quoque non poſſunt, quibus ſtudia & vota ſunt diuerſa. can. in noua. 16. q. 7. Prohibemus omnino, inquit Pontifex, ne vna ciuitas vel diœceſis diuerſos habeat Pontifices tanquam vnum corpus diuerſa capita quaſi monſtrum.cap.quoniam in pleriſque.de officio iud. ord. Item procurator non poteſt vnum ſuo nomine & alium nomine domini eligere aut electioni conſentire, niſi de quodam eligendo habeat à domino ſpeciale mandatum. cap. ſi quis iuſte.§.porro.&ibi valde notatur de elect. in 6. Maledictus eſt homo qui terram duabus viis ingreditur: neque indui debet veſte lana contexta. cap.quidem de apoſtatis. Hinc deriuantur aliæ vulgares ſubregulæ. Vna eadémque res diuerſo iure cenſeri non debet. l. eum qui ædes. & ibi Bartolus de vſucap. l. 1. de rer. per.ca.cogi.can.cognouimus.& ibi gloſſ.12.q.2. cap. cum in tua diœceſi de decimis. cap. quia

Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata comprobatæ.

Subregulæ.

Vna eadẽque res diuerſo iure non cenſetur.

circa. de priuileg. Quod latè declaratur cum ampliationibus & fallentiis à Socyno reg. 542. *Qui dicit contraria non auditur.* Item,Qui dicit contraria non auditur.l.2.§.ſed ſi alius iuncta gloſſ.quando appel.ſit. l. Titiæ ſi non nupſerit.de condit. & dem.l. ſi Titius hæres.de condit.inſt. cap.vn. Vt eccleſiaſt.benef. ſine vlla diui. cap. ſolicitudinem in fi. de appel. Contrariæ ſcripturæ ab eodem in iudicio productæ fidem non faciunt. cap. imputari.de fide inſtrumentor. l. ſcripturæ. & ibi magna gloſſ. C.eo. Cum enim relationis ſeries continet repugnantia & aduerſa,totum irritatur. cap.cum dilecti.de purga.can.cap.vn.de poſt. præl. in 6. huc pertinet l.1.C.de furt.cap.ſi à ſubdelegato. & ibi gloſſ.de off.& pot.iud.del.in 6.Et qui facit actum contrarium, derogat ſuo priuilegio. Pulcher textus in l.2.C.de iure dom.impet.Atqui cùm quis duo contraria proponit,id obſeruatur quod ei nocet.l.cum poſt.C.de lib.cauſâ. Hæc regula fuſius declaratur cum multis iuribus,ampliationibus & fallentiis per Damaſum in reg.76. vbi inter cætera diſtinguit , vt actor non poſſit contraria proponere in eadem inſtantia , ſed in diuerſis, reus autem poteſt. Sed vix eſt vt indiſtinctè id fiat, atq; hodie propter æqualitatem non cuſtoditur : non enim debet actori licere quod non licet reo,& è contra,iuxta vulgatam iuris regulam. *Contraria ſimul negotio appoſita rata non habentur.* Hinc etiam dicitur : Conttaria ſimul negotio appoſita rata nō haberi.l.vbi.149.de reg.iur.l.in ſumma de condictio.indeb.l.quod Labeo.de conr.empt. l.legata inutiliter.de leg.1.l.pretia.§.fin. ad legem

Falc

Falcid. can. obiiciuntur. 32. q. 4. Quia in eodem *Ratio.* ſubiecto manere nequeunt. l. Vrannius. de fideiuſ. l. legata inutiliter. de adim. leg. Quod etiam perſonant paſſim Dialectici, ampliuſque declaratur à Donato Fina. lib. 5. cum ſuis fallentiis. Multæ ſunt autem exceptiones ſeu fallentiæ *Exceptiones & diſtinctiones prima regula.* noſtræ regulæ, quas ſeorſum annotaui. Primo fallit, vbi eſt diuerſa contrariorum ratio, & vnum propter aliquam cauſam præfertur alteri, vt in teſtamentis. l. ſancimus. C. de teſta. §. poſteriore. inſt. quib. mod. teſtam. infir. Item intelligitur regula de effectibus qui ſimul eodémque tempore ſuas vires exercent: nam ſecus ſi diuerſis temporibus. l. naturalis. §. etſi quidẽ. de præſc. verb. l. Pomponius. in 2. de neg. geſt. Item fallit ſi in diuerſis ſubiectis. l. in ratione. §. ſi filio. ad leg. falc. l. Titio. ad mun. iuncta l. qui nomine. ad legẽ Corn. de falſ. Idque familiari exẽplo demonſtrat palearũ natura, quæ niuem diu ſeruant; & mala præcocia maturant. Sol hominem nigrum; & linum nitro aut ſalſugine infectum candidum reddit. Vnde ſcitè Lucretius:

Quippe videre licet pingueſcere ſæpe cicuta.
Barbigeras pecudes, hominũq́; eſt acre venenũ.

Itẽ ſi diuerſis reſpectibus. l. non enim. ad Treb. Fallit item quando vnum è cõtrariis tanquam potẽtius aliud ſuperat. l. quod ſæpe de contrah. empt. l. qui venenum. de verbor. ſignific. Item in liberto duorum qui vno tempore ſingulis diuerſas operas exhibet, quando ſcilicet vna functio alteram nõ impedit. l. duorum libertus. de op. lib. cap. paſtoralis. §. fin. de offic. iud. del.

Item diuerſos effectus vnus actus poteſt operari non ſibi contrarios. l. in numerationibus. de ſolut. Sed de diuerſis dicemus infra latius iſto tit. cap. 7. Item contrarij ſeu diuerſi actus in potentia ſeu habitu concurrunt, non autem in actu, vt verbis Dialecticorum vtamur, veluti iudex, quamuis poſſit diuerſis reſpectibus ſeu temporibus, non poteſt ſimul eundem abſoluere & condemnare pro eodem delicto l. illicitas. §. veritas. de offic. pręſ. l. 3. & l. iudex. de re iudic. l. rem non nouam. C. de iudic. cap. nouit. eod. tit. in decret. cap. cum cæteri. de ſent. & re iud. in 6. cap. cum ceſſante de appellat.

CAP. V.

Contrarietas authorum maxime fugienda eſt.] l. 1. C. de inoffic. do. cap. cum expediat. de elect. in 6. Sed diſcordes inter ſe opiniones ſubtili diſtinctione conciliantur. l. cũ aliquis. C. de iure delib. Erubeſcimus omne legum iurgium: imò eas inuicem conciliare dignum eſt, vt ait Iuſtinianus eleganter exemplis confirmans in l. receptitia. C. de conſtit. pe. Et antiquam diſſonantiam in vnam trahere oportet conſonantiam. l. vn. §. vbi autem. C. de cad. tol. §. fi. Auth. Vt clerici ad prop. epi. §. fi. Auth. de exhib. reis. coll. 5. Quapropter cùm per contrarias interpretum ſententias totum penè ius anteà conturbatum fuerat, vt in epiſtola dedicatoria tetigi, nullam deinceps Iuſtinianus voluit in iure eſſe ἀντινομίαν, ſed vnã concordiam: in epiſtolis: duabus vna Triboniano & altera magno Senatui & populo ſcripta in Pandectis.

Paraphraſes regulæ multis authoritatibus comprobatæ.

idem

idem in l.1. C.de vet.iur. enuc. Item cum quidã ſacri canones videntur inter ſe diſcordare, omnis cõtrarietatis vinculum enodari oportet. cap. quæris à nobis de ætate & qual. Cæterùm de ea propoſitione, nihil eſſe in iure cõtrarium, remitto diſputationem ad ſcholaſticos aut Doctores legum in ſcholis, quibus plus otij & voluptatis ad eam agitandã quàm nobis ſuppetit.

CAP. VI.

Diuerſitas cauſarum diuerſas quoque ſpecies cauſatorum efficit.] l.cum quæritur & ſequent.de except.rei iud. Eadem quoque verba ad diuerſa relata diuersè intelligũtur.l.pater Seuerinam de condict.& demonſtr. Regulæ ſanctorum patrum pro tempore, loco, perſona & negotio neceſſitate inſtante mutantur & interpretationem recipiunt.can.regulę. & can.fin.diſt.39.cap.non debet.de conſanguinit. & affinit. Atqui ne pro varietate literarum cauſarum fines valeant impediri, quoties duæ diuerſæ literæ adferũtur, ſuperſedetur vtriuſq; executioni donec conſulatur Papa. Bonus textus in cap.2.de offic.& pot. iud. del. Cæterum prolata diuerſimodè quæ eundem finem reſpiciunt, eadem eſſe intelliguntur.ca.nihil obſtat. de verb. ſignif. vnde hæretici, licet facies habeant diuerſas, caudas tamen habent ad inuicem colligatas, quia de vanitate in idipſum cõueniunt.c.excommunicamus.in pr. & etiam in 2. de hæretic. Plura de diuerſis vide hoc titul. ſupra cap.5. Item in diuerſis & contrariis conſtitutionib. vtra alteri præualeat doctè ſcribit

Paraphraſes regulæ.

Intellectus.

Diſtinctiones & exceptiones.

Dam

Damaſus reg.133.Quod quidem tractabimus 7. tit. de iur.prælat.

In Titulum de Coniunctione, Diuiſione & Indiuiduo.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Continuatio.

SAtis ſupérque diſceptatum eſt de iis quæ ex re ipſa ſunt, aut verò intrinſecus ipſi cohærent, ſimilia vel penitus contraria. Nunc reſtat, quæ rem extrinſecus aliquomodo contingunt, quantùm ad Iuriſconſultos attineat ſigillatim dignoſcendo, pertractare. Scio enim plurima iſtorum ad oratores, quoniam facti magis ſunt quàm iuris, ſicut Gallus Aquilius ad Ciceronem rettulit, referri debere. Sed vt nihil intactum relinquam, quod ad inſtituta tractationis methodum ſpectat, nolui equidem iuris ſtudioſos ſupremorum deguſtatione labiorum, verùm ſplendidis lautíſque epulis præſertim in cognitione iuris neceſſaria contentos eſſe. Primas itaque partes tenet locus, qui à Rhetoribus ab adiunctis nuncupatur, in quo potiſſimùm quæritur, quid ante rem, quid cum re, quid poſt rem euenerit. Nos ex coniunctione & diſiunctione argumenta ſumimus, quorum multa & penè infinita genera explicantur ab Ariſtotele & Cicerone in Topicis & aliis Logicæ artis doctoribus. at ne noſtræ traditionis metas egrediamur, id ſufficiet præmiſiſſe hanc materiam omnium quæ ſunt in iure famoſiſſimam & vtiliſſimam ac quotidie in vſu ſe nobis exhibere. Vix eſt autem, vt certas in ea & ind

Quæſtiones facti Gallus Aquilius ad Ciceronem rettulit.

Coniunctiones & proprietates.

indubitabiles regulas teneamus, quia ſæpè iuxta rei ſubiectæ qualitatem & loquentium præſumptã voluntatem variantur, & diuerſas reſtrictiones recipiunt, quemadmodùm poſteà exemplis faciliime apparebit. Atque item quia in iure multa occurrunt, quæ adeo connexa ſunt & inter ſe cohærent, vt diuiſionem nullam recipiant, cuius generis ſunt omnia facta, ideo de indiuiduis tractationem ſubiecimus, vbi quid in ipſis obſeruandum ſit, & quo ordine docebitur. Neque verò indiuidua interpretor, vt atomos, in quarum inuentione diu multúmque philoſophi & præcipuè Epicurai laborarunt, ſed ea duntaxat, quæ præſtationem nullam aut certè incommodam per diuiſionem efficerent, niſi fictio quædam aut ſubtilitas iuris eis oportuno remedio ſubueniret. De indiuiduis.

De Coniunctione, Diuiſione, & Indiuiduo, Tit. vij.

CAP. I.

Coniunctionis officium eſt, vt vtrumque præſtari velit: diſiunctionis, vt alterutrum. tamen ex mente proferentis, vnum pro alio interpretatur.] l. alienationis. 28. l. coniunctionem 29. l. ſæpe. 53. l. hæc verba. 123. & l. triplici 142. de verbor. ſignificat. l. cum quidam. C. eod. l. in eo. 111. §. vbi de reg. iur. cap. in alternatiuis. 70. eo. t. in 6. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decẽ. de verb. obl. l. vn. §, his ita. C. de cad. tol. l. ſi duobus. l. ſi pluribus. l. plane. & ferè per to. ti. de leg. 1. l. cum quis decedens. §. vlt. de leg. 2. §. ſi

eád

eadem inſt.eod.tit.§.ſi plures inſt.de hær.inſt.l. ſi quis ita de auro & argento legato.l.reos.§. cum in tabulis de duobus reis.l.vn. C. ſi plures vna ſentẽtia.l.quod vulgò dicitur de mariu.teſtament.Auth.ſi quando. C. de conſtit. pecun. cap.inter cæteras de reſcriptis capit. cùm dilectus de cauſa poſſ.& propr. Sed ad faciliorem iſtius regulæ intelligẽtiam, ſingula per rationes & exempla diſcutienda ſunt breuiter.

Explanatio regulæ per rationes & exẽpla iuribus cõfirmata.

De coniunctiua.

Ratio.

In coniunctione concurſus omnium coniunctorũ pariter requiritur, veluti: Do,lego centum Titio & Meuio. Nam ſic vtrique debentur. Natura eſt enim copulæ vt vim verbi æqualiter diſtribuat inter res copulatas dicta l. vn. §. his ita. C. de cad.toll.l.ſi is qui.§.vtrum de reb.dub.l.falſa.§. fin. De condict.& dem.l.ſi plures de condit. inſtit. Et cum ſimul ab eodem & ſub vtraque ſpõſione vtrumque dictum eſt, neceſſaria quadam conſequentia quod de vno dicitur, de altero quoque intelligendum.cap.3. Et ibi Gloſſ.conſtit. Quod etiam fuſiùs declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Bern.Dia reg. 107. Donato Fina.li.5.& Iacobo Nouello in reg.155.

Diſiũctiua.

In diuiſione verò ſeu diſiunctione ſufficit vnum ex diſiunctis adimpleri. l. ſi ita quis 63. de verb.obl.l.ſi hæredi.l. Lucius.de hær. inſtit.l. ſi hæredi.de cond.inſt.Gloſſ.in cap.2.de reſcr. Licet ambo ſint in obligatione. l. illud de conſt. pec. l. Mæuius.§.duorum.de leg.2. veluti: Titio do. lego centum vel equum. Nam tunc vnum tantùm eligitur,& continget liberatio in altero. Iſtud innuit Iuriſc. inquiens, *Ex vna cauſa*

ſem

ſemper alterius ſolutionis origo proficiſcitur. l. Iulianus de cond.indeb. Ad quem autem electio pertineat,non eſt huius loci exponere,ſed infrà docebimus.

Quoad tertium membrum regulæ,ſciendum eſt aliquando ex argumento rei de qua agitur, vel ſecundum proferentis aut contrahentium voluntatem coniunctiuā prolationem pro diſiunctiua ſumi debere, vt ecce, *Mihi heredique meo promittis.* Nam ſi appareat id inter contrahentes fuiſſe actum, aut illi, aut illi ſolutū ſufficiet ſemel,nec vtrique ſoluetur. Sed in dubio bis ſoluenda erit: quia eſſet alioqui ſuperflua ſtipulatio facta hæredi, cùm certum ſit ſine tali ſtipulatione hæredi ſolui debere, qui perſonam defuncti repræſentat,niſi dicamus hoc locū habere in his quæ ſemel tantum præſtari conuenit:qualis eſt vſusfructus aut ſpecies certa vel etiam factum. Tamen etiam benigniorem caſum aſſumimus,vt in d. l. cùm quidā. Aliud eſt exemplum:*Agnatorum gētiliúmque hereditas eſto.*Quo loco gentiles pro agnatis accipiuntur. Itaque ſi obſeruaretur regula coniunctionis, agnati & gentiles ſimul eodémq; tempore admitterentur:ſed non id actum eſt, imò, vt poſt agnatos hereditas ad gentiles perueniat.l.Gallus.§.1.de lib.& poſthum. *Coniunctiua pro diſiunctiua ſumitur.*

Porrò copulatiua ſiue coniunctio non debet poni inter ea, ad quæ non poſſit æqualiter diſponere vel referri:ſed ſeparatim fieri diſtinctio. Et hic eſt pulcher intellectus Baldi iuxta textū in l.fin.C.de ſent.& inter.om. iud. Aliter reſoluitur *Proprietates coniunctiuæ & copulatiuæ.*

uitur in diſiunctiuam, ſi inter inæqualia vel incompatibilia ponatur. l. ſi Titio fundus. de vſu & vſufr. leg. Rurſus in alternatiuis ſeu diſiunctiuis ſi vnum non poſſit verificari remanet integra virtus alterius, vulgari textu in l. qui decem. §. Stichum, aut Pamphilum de ſolut.

Diſiunctiuæ pro coniunctis.

Nonnunquàm diſiunctiua pro cõiunctis interpretantur: veluti, detur tutor ſuper pecunia vel tutela pupilli. Dedi aut donaui. Illi aut illi do, lego. Nam vtrunq; præſtari cõueniet ex æquitate & benigniori ſenſu. d. l. cum quidam. in fi. l. ſi is qui. §. vtrum. & §. vlt. de reb. dub. l. generaliter. C. de inſt. & ſub. Qui ſunt pulcherrimi textus & valde notandi, quia totum hoc accuratè explicant. Item alternatiua pro coniunctiua intelligitur. l. à te. de nou. & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. de ver. obl. vbi traditur differẽtia inter hæc duo. Item dictio (aut) pro (&) vel etiam partim de vno partim de altero ſumitur. Peregrinus & nondum ad hoc allegatus textus in l. is qui in puteum. §. hoc interdictũ. quod vi aut clàm. Item differt alternatiua perſonarũ & rerum. Nam cũ dicit teſtator illi aut illi, ita plerumq; præſumimus eius mentem fuiſſe ex variis coniecturis, vt voluerit primum quidem eligere, & eo deficiente alterum. Adeò vt quædam inducatur tacita ſubſtitutio, ſicque ſubtiliter exponitur illa. l. cum quidam cum ſimilibus. At in diſiunctiua rerum, veluti do, lego, centum aut equum, ſecus, nam alterum duntaxat præſtari debet. Cæterum alia eſt oratio quæ dicitur ſoluta ſeu ἀσύνϑετος, quam

Alternatiua perſonarum & rerum differunt.

Oratio ſoluta quæ dicitur ἀσύνϑετος.

pro

pro diuerſitate actus & mente proferentium variè interpretamur. Modo enim pro coniuncta accipitur (nam & ipſius coniunctionis munus eſt ſeparare, quod alioqui repugnans videretur, & poſteà coniungere) veluti: Lucius, Caius, Titius hæres eſto. Redimat libertus à patrono domum, munus operas: nam ibi omnia ſimul præſtari debent. Nunc pro diſiuncta ſeu ſeparata, veluti: dare facere oportet. Item, ſi ope, conſilio furtũ factũ eſt tanquàm fur teneatur. Nam ſufficit alteruturm eorum admiſſum eſſe, vt teneatur, licet non videatur quis opem tuliſſe, niſi conſilium habuerit, nec referat cõſiliũ habuiſſe, cum effectus agendi ſecutus non ſit. l. fugitiuus. 225. de verb. ſig. Significatio enim verborum ita ſeparata eſt, vt vnum ſine altero eſſe poſſit, ſed coniunguntur quoad effectum, vt quis teneatur de furto. §. ope. inſt. de oblig. quę ex quaſi delicto. Alia ſunt verba diſiunctiua ſeu alternatiua iure contrarietatis, quorum vno poſito, perit aliud, & vno ſublato aliud ponitur, veluti, aut dies, aut nox eſt, quæ videlicet nec ſimul eſſe poſſunt, nec aliquod medium habent. *Diſtinctiua iure cõtrarietatis.* Subdiſiunctiua ſunt: aut quæ ſimul eſſe nõ poſſunt, ſed poteſt neutrũ eſſe, vt ſedet, ambulat: quæ medio conſtant, veluti ſtat: aut quæ nullũ habent medium, ſed neceſſariò vnũ poni oporteat, & tamen ambo ſimul conſiſtunt, vt, Aut facit, aut patitur, quæ ſpecies priori ſimillima eſt, d. l. hæc verba. de verb. ſignifi. Sed hæc potius ex Dialecticorũ argutiis qui multa genera contrariorũ & diuerſorum, coniunctionũ item *Subdiſiunctiua.*

item & diuiſionũ ſtatus, repetenda erunt. Quod ad Iuriſconſultos attinet, id ſolùm nobis menti tenendum, coniũctionem tripartitam eſſe. Alia enim coniunctio vocatur re tantùm. l. hæredes. §. eadem famil. herciſc. veluti Lucius hæres eſto: Seius heres eſto. nam tunc teſtator non videtur partes inter eos feciſſe, ſed vtrumque vocaſſe in ſolidum: ac cùm poſtea inueniantur cõcurrẽtes, ex hoc cõcurſu inter eos partes fiunt, vt vnus ex dimidia, & alter ex dimidia ſit heres. l. ſi Fortidianum. C. de legatis. Diuerſum eſt de iis qui in partem tantùm rei cõiuncti ſunt diſcontinuis actibus. Nam poſterior eam tantùm partem poſſidet, quæ ei adſignata eſt ex veriſimili mente teſtatoris. Pulcher eſt textus in l. cum quæſtio. C. eodem. At vbi plures ſunt nominationes, nonniſi ad viriles vnuſquiſque vocatur dicta l. cùm quæſtio. §. fin. Alia eſt coniunctio verbis tantùm, veluti: Lucius & Titius heredes ſunto ex æquis partibus. Hi enim vna ſtructura in eiuſdem rei partibus à teſtatore coniunguntur, ita vt ab initio partes eis factæ videantur. Tertia eſt coniunctio re & verbis, veluti: Lucius & Seius heredes ſunto, vel Lucius & Seius ex parte dimidia hæredes ſunto. Nam tunc verbis quidem per coniunctionem (&) videntur coniuncti, ſed quia non exprimit partes, ideò hæc coniunctio mixtam induit naturam. Nec intereſt, quòd ibi ſit pars dimidia: nam illa pro toto accipitur. non enim tunc vni dimidiam, & alteri dimidiam tribuit, ſed ambos in eadem dim

Triplex eſt coniunctio apud Iuriſconſultos.

Coniunctio re tantum.

Coniunctio verbis tantùm.

Coniunctio re & verbis.

dimidia vult ſuccedere, nec partes inter eos fa cit. Traditur hæc diſtinctio in d. l. triplici. de verb.ſign.& l.re coniuncti.de lega.3. Inter hos autem omnes coniunctos coniuncti re & verbis ſimul præferuntur iis qui re tantùm & qui verbis tantùm coniuncti ſunt, quia duo vincula ſunt vno fortiora. Deinde verbis coniunctus præfertur re coniuncto ſecundum Alciati ſententiam quæ verbis d. l. re coniuncti congruit. Sed profectò non inuenio magnam diuerſitatis rationem inter eos,maximè cùm con ſtet ſæpius & de æquitate vtrumq; pariter admitti.l.ſi ita quis.de her.inſt.l.Mæuio.de leg.2. Sanè in hoc exemplo dubitatur: Lucius, Mæuius heredes ſunto. Sempronius heres eſto: an priores re tantùm, an vero re & verbis ſimul coniuncti ſint. Et reſpondet Iuriſconſultus rè &verbis coniunctos dici,licet coniunctio,quę in verbis coniunctis requiritur deſit:nam tacitè ſubintelligitur, ita vt ſi pars Lucij deficiat, Mæuius excluſo Sempronio admittatur, vel *Lucius* & Męuius heredes ſint eo excluſo,quia *ipſi* videntur in ſolidum inſtituti nullis factis partibus & *Sempronius* factis partibus.Imò vi de ne iſto caſu Sempronius partem vllam capiat hereditatis.Quod ſi apertius perverba declaretur, partes coniunctorum ſeu diſiunctorum ex mente teſtatoris intelligendæ ſunt, veluti: Lucius ex dimidia heres eſto. Seius in illa parte qua Lucium inſtitui,heres eſto:Sempronius ex altera dimidia heres eſto.nam tunc Lucius & Seius in dimidia cõiuncti ſunt,& Sem-

Inter plures iunctos quis præferatur.

i pron

pronius alteram dimidiam integram conſequetur. Pulchra l.Sempronius Attalus.§.final. de vſufruct.leg. Ita tamen vt ſi Lucij pars deficiat,ſolus Seius admittatur. Simili modo vbi concurrunt coniuncti & diſiuncti, in portionẽ quidem coniuncti deficientem ſoli coniuncti veniunt, in diſiunctis autem omnes tam coniuncti quàm diſiunſti. Ratio, quia coniuncti quidem propter vnitatem ſermonis quaſi in vnum corpus redacti ſunt, & partem coniunctorum ſuorum heredum quaſi ſuam præoccupant: diſiuncti verò ab ipſo teſtatoris ſermone apertiſſimè ſunt diſcreti, vt ſuum quidem habeant: alienum non ſoli appetant, ſed cum omnibus coheredibus ſuis accipiant,vt eleganter docuit Iuſtinianus Imperator in l.vn. §. his ita definitis.C.de cad.toll. At inter diſiunctos vno repudiante,ab aliis ſuperuenientibus partes tanquàm à priore abſtractę & concurſu diminutę videntur.Nullo verò ſuperueniente apud ipſum qui accepit ſolidares manet nullius concurſu minuta, ideóque onus alij vacuato impoſitum ſubire non cogitur, quia non alienum ſed ſuum legatum poſſidet imminutum, vt ibidem ſubiicitur in §.vbi autem.Quamplurima alia ſunt quæ circa hanc regulam tractantur à Doctoribus: tum maximè in l.ſi quis Attio & ferè toto tit.de vſufruct. accreſ. l, interdum.l.item quod Sabinus.§.1.de her.inſtit.& à Bartolo fidiſſimo iuris interprete in d.l. re coniuncti.& in l.3.in princ.& §. 1. de eo quod cert. loc. Alius eſt quoque titulus infra de cumulatione

Elegãs ratio.

Concluſio.

tione,diſtinctione & confuſione , ad quem recurri poterit ſi quid in hoc iuxta Iuriſconſultorum doctrinam agitatum non ſit.Iuuant denique hanc regulam quæ de collectiuis & diſtributiuis infra dicemus c. 5. huius tituli. Sed qui volet amplius , quæ ad huius regulæ materiam pertinent diſputandi gratia ediſcere , videat Loriotum in tit. de coniunctis & iure accreſcendi:& commẽtarios eiuſdem in l.re coniuncti,vbi multas paginas hac de re non inutiles conſcripſit. Cæterum notandum eſt ſingulariter,quòd ſi duo enumerantur,ſufficiat ſi alter incœperit.l.tigni.§.vlt.ad exhib. l. poſſideri.§.Imperator.de acquir. rer. dom. Quod quidem fuſius explicatur cum aliis iuribus ab Azone.Rub.42.

CAP. II.

Quæ minimè proſunt ſingula , multa iuuant.] l.quod ſæpe.§.1.de cont.emp.l.inſtrumenta. l.rationes. C. de probat. l. nec non.§.ſi quis ex quib. cauſ. maior. l.qui in prouincia.§.1.de rit.nupt. cap. ex inſinuatione. de procur. Amplius hæc quoque regula probatur textibus & exemplis in cap.innotuit. de elect.can.tres ſunt de pœnit.diſtin.1.cap.fin. de ſucceſſ.ab inteſt. c.cum cauſam.de probat.glo. in l.2.de excuſ.tuto. cap.1. de decimis.in extra. commu.facit l.ſi idem.§.fin.de iuriſd. om.iud.l. ſi plures.in fin.de pactis.l.qui ſeparatim.§.1.de appell. Vnde quæ per ſe non veniunt actiones vel interdicta , cum adiecto venire poſſunt.l.item ſi fundi.§.huic vicinus. de vſufruct. l. pla-

Paraphraſes regulæ multis iuribus confirmatæ.

ne.§.pen.fam.hercisc.l.ſi quis.§.datur. de ſeru. corrupt. l. 1. §. hoc interdictum. de vi & vi armata.l.item apud. §. ſi quis ſeruo. de iniuriis.l. qui ſeruum. de act.& oblig.vt Azo ex pluribus explicat in Rubr.104. Item multa cum vniuerſo tranſeunt,quæ non ſingulariter. l. quædam. de acquir.rer.dom.l.in modicis. de cont. empt. veluti in iure patronatus.cap.ex literis.de iure patro. Ratione etiam connexitatis multa conceduntur, quæ alioqui non concederentur. l. ſed interdum.de aqua pluu.arc. l.cum pater. de negot.geſtis. Suffragatur regulæ, Quòd ſi non ſint coniuncta tempora, authoris acceſſio nil prodeſt.Eleganter in l.pen.§.acceſſio.de diuer. & temp. præſ. Hæc regula declaratur abundè cum ampliationibus & reſtrictionibus ab Azone in Rub.98.& 99.Medicæo regul.4.& 8.Item & à Riſuicio. Fallit tamen in exemplo poſito in l.ſpadonem.§.ſi ciuitatis.in fin.de excu. tut.& ibi Bart.Spec.in tit.de inſtrum. edit.§.7. Item imperfectę diuerſæ ſpecies vocationis licet permiſtæ ad excuſationem non proficiunt, vt exemplo demonſtratur in l.vnic. C. qui numer.tut.ſe excuſar.

Exceptiões.

CAP. III.

Paraphraſes regulæ per exempla.

Diuiſio ordinat res diuiſas] l.1.§.ſi plures. de exerc.act. l.in poſſeſſione.ex quib.cauſ. in poſſ.eatur. c.nonne. de præſumpt. Huc pertinet quod vulgò dicitur : Separatorum ſeparatam eſſe rationem.l.cum actum. de negot. geſtis.l.fin.de calum.l.procuratoris.§.ſi plures. de trib.act.l.1.§ merito.depoſiti. l. cum eiuſdẽ.

Separatorum ſeparata eſt ratio.

l.ædiles

l.ædiles.in fin.de ædil.edict.l.ſi ſponſus. §. 1. de don.inter vir.& vxo.l.ſi maritus.& ibi notâtur C.eod.l.3.de pecul. leg. Sed vt exemplis res facilius demonſtretur: Quæ connexa ſunt ædificiis quandiu iuncta manent,ædificiorum ſunt: ſimulátque inde dempta,ad priorem dominum redeunt.l.habitator.de rei vind.Item condemnatis vna ſententia ſeparatim ſi non ſit eadem cauſa,pluribus appellationibus opus eſt.l.ſi qui ſeparatim.de appella.facit etiam l.cum in vna. eod.tit. At verò ſeparatis criminibus ſi ex eodem facto naſcantur, vna tantùm debet dari ſententia.l.qui de crimine. C.de accuſat. Nam ſi diuerſa facta ſint,diuerſa res erit. l.qui res.§. qui Romæ.de ſolut.in his autem omnibus pręualet cauſa dandi, quæ ſi eadem ſubſit, liberatio contingit, vt ibi ſtatim ſubiicitur. Veruntamen ratio iuris aut poſſeſſionis varietas non inducit diuiſionem voluntatis. Pulcher textus in l.eum qui.§.vlt.de his quæ vt indign.Sed & quæ in ſeparatis caſibus ſtatuuntur,locum habent in aliis qui coniunctim & ſimul conueniunt.l.2.de verb.obl.niſi de odioſa cauſa agatur:tunc enim iuris conſtitutio circa ſeparatos caſus adhibita ad caſum compoſitum trahenda non eſt.l.vim paſſam.§.præſcriptione. ad legem Iul.de adult. fallit etiam quando differentiæ ratio illud impedit. l.in quartam.verſic.pro ea verò parte ad leg.Falcid.Hinc dependent aliæ ſubregulæ,veluti:Idem operatur lex poſt diuiſionem factam quod antè, niſi diuerſa ſit ratio, vt ſingulariter à me notatum eſt ex cap. 1.

Reſtrictiones & intellectus.

Subregulæ

de conceſſ.præb.in extra.vel niſi aliud in diuiſione expreſſe caueatur. c.2.eod.tit. Item dura eſt vt plurimùm ſeparatio. l. quæſitum. verſic. vxores. de fundo inſtructo. Eáque propter cauendum eſt ne ſeparatio familiarum inducatur,ſed potius ſeparatæ rurſus coadunentur. l. poſſeſſionum. C. commun.vtriuſque iud. Nam diuiſus in duo plenam ſui non habet poteſtatem.c.diuerſis.de cle.coniug. Rurſus continentia cauſæ diuidi non debet.l.nulli. C. de iudic. c.1.de ſeq.poſſ.

CAP. IIII.

IN alternatiuis debitoris eſt electio.] c.in alternatiuis.de reg.iur.in 6.l.plerumque.in fin. de iure dot. l. illud. de conſt. pecu. l.Mænius. §.duorum. de leg.2.l.non vtiq;.de eo quod certo loco.l.ſi vnus. §. quod ſi ſtipulatus. de pact. l.pen. C.de cond.indeb.cap.inter cæteras.cum gloſſ.in verbo quodcunque. de reſcript. l. ſi ita ſtipulatus fuero decem.de verb. obl. Quæ electio tranſit ad legatarium niſi vna de rebus tantùm legata ſit.l.ſi ſic legatum.§. fin.& l.ſeq. de legat.1.Quin etiam ſicut ab initio electio ei competit dandi ita & indebiti ſoluti repetendi.Elegans textus in l.ſi quis ſeruum.C.de con. indeb.Hæc autem regula locum habet in contractibus.Secus in teſtamentis.§.ſi ſeruus.inſt. de legat. fallit etiam in caſu.l. ſi non ſortem.§. pen.& l.plane.de cond.indebit.quæ corrigitur per d.l.pen.C.eod.Item vbi alicuius culpa verſatur.l.vt tantùm.§.1.de ſer.corrup. item quando incertum ex re certa dependet. l. qui duos

Explicatio regulæ.

Limitatiões

ſeruos

ſeruos. de leg.1. Item quando eſt vnum purum, alterum conditionale, nam pendente conditione nulla eſt electio nec poteſt tranſmitti ad heredes. l. cum illud. quando dies leg. ced. Diſtinguendum verò, cùm alternatiua ponitur in obligatione ſine ſolutione, aut verò pars in vnoquoque. Pulcher textus & valde à Doctoribus notatus in l. miles. §. 1. de re iud. Hanc regulam cum multis iuribus inde allegatis & diſtinctionibus explicat Damaſus reg. 6. Vide quæ ſcripſit de alternatiuis Donatus Fina lib. 5. Dias reg. 32. & Henricus Riſuicius. *Diſtinctiones.*

CAP. V.

Collectiua in vniuerſalem ſeu copulatiuam reſoluitur, at diſtributiua ſingulos pro virili admittit.] l. hoc articulo. de her. inſti. l. cum quidam. & l. fin. C. de impub. Nam collectiuo nomine plures vocati pro vno habentur, vt ait Iaſ. in d. l. fin. Cæterùm fauore inſtitutionis aliquando collectiua in diſtributiuæ ſeu alternatiuæ vim commutatur, vt in fin. d. l. hoc articulo. Interdum ex tacita mente teſtantis. l. heredes mei. §. cum ita. & ibi valde notatur ad Trebell. de collectiuo (vterque) vide gloſſ. in l. quidam cum filium.. in verbo vtroque caſu. de verb. oblig. l. creditor. §. duobus mandati. Bald. in l. ancillæ. in 4. notab. C. de furtis. de vnitate collectiua bonum exemplum ponitur, quanquàm eius materia ad Theologos magis ſpectat in c. 2. de ſumma Trinit. & fid. cathol. Nouiſſimè ſciẽdum eſt diſtributiuam locutionem de pluralitate ſicut de vno intelligi, ſed diuer- *Ratio.* *Exceptiões* *Notabilis intellectus.*

ſis reſpectibus. Cuius rei exempla traduntur in l.ſi quis in fundi vocabulo. §. 1. & l.qui filiabus. §.1.de legat.1.

CAP. VI.

Expoſitio regulę multis exẽplis & iuribus cõfirmatæ. Nemo decedit pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.

NOn poteſt aliquid pro parte valere, & pro parte non valere.] Exemplum in ſucceſſionibus. Nemo enim decedit pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. l. ius noſtrum. 7.de reg.iur.l.1. §.ſi ex fundo.de her.inſti.§.hereditas,inſt.eod.l.hereditate. §.filiusfa.de conſtit. pecu. l.qui duobus. de condit.& demonſt. Item inſtitutus in diuerſis partibus hereditatis non poteſt partem agnoſcere & aliam repudiare.l.quidam elogio. C.de iure delib. ſiue ſolus heres inſtitutus ſit.l.vn. §. his ita definitis. C.de cad. toll. Vnde totius partis dominus efficere non poteſt vt partem retineat, partem pro indiuiſo habeat. l. 3. pro derelicto. Et non cogitur reus ſtipulandi actionem ſuam in ſolidum diuidere, ſed ipſe ab vnoquoque reo partem,& rurſus ab vno reo partem, & à fideiuſſore partem petere poteſt.Singularis textus in l.3.§.1. l. reos promittendi. de duob. reis. Non debent quoque gradus conſanguinitatis à ſua radice ſeparari, veluti, non ſine damno perſonæ valent à proprio corpore manus, brachia pedéſque truncari.can.ad ſedem. verſic. ecce à parte. 35. q. 5. Cæterum quod ſupradictum eſt neminem pro parte teſtatum & pro parte inteſtatũ decedere,fallit in milite.l.ſi miles.l.miles.§.& quia.l.quęrebatur.de teſt.mil.Item fallit in

Diuiſionis incõmoda.

Exceptiões illius ſubregulæ: Nemo decedit,&c.

lit in ſpecie.l.circa.de inoffic.teſtam.§.non autem.§.hereditas.& §.fin.inſtit.de hered. inſtit. Item non ab initio,ſed ex poſtfacto teſtamentum pro parte tenet: pro alia rumpitur per querelam inofficioſi. Eóque caſu res diuiduæ pro parte tantùm: indiuidua in totum præſtantur. Singularis textus in l.cum duobus. C. de inofficioſ.teſtament. Gloſſ.in l. nam etſi parentibus. D. eodem. Item aliquando tenet teſtamentum in alicuius nominatim expreſſi heredis inſtitutione, licet pro alterius non expreſſi voce & literis vitietur, l. iubemus. C. de teſtament. vbi vide Gloſſam quæ multas ſolutiones adfert, ſed potius id dicas fieri propter ius accreſcendi ex l. 1. §. ſi ex fundo. de heredib.inſtit. Item rupto teſtamento ratione præteritionis vel exheredationis, inſtitutio tantum euaneſcit, cætera firma manent, idque eapropter videtur cautum quòd ſola inſtitutio heredum in odium heredum facta eſt. Authent. nouiſſima. C.de lib.præter. Hoc etiam theorema latius tractatur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Socyno in regul. 495. Item ſecundùm hoc proximum quod dicitur de teſtamento donatio ex poſtfacto pro parte dimidia tenet, pro alia reſoluitur. l. ſi à ſponſo. C. de donat. ante nupt. Ex noſtra regula aliæ vulgares prodierunt, puta: Nemo poteſt pro parte aliquid probare & pro parte improbare. l. ſi ita ſtipulatio. de oper. libert. Notatur in l. in cauſæ cognitione. de procurat. Authent.ſed cum teſtator.C.ad legem Falcidiam.

Aliæ ſubregulæ.

Nemo poteſt pro parte probare & pro parte improbare.

l.etſi

Exceptiões huius ſubregulæ. l.etſi ex modica.in fin.& l.ſeq.de bon.lib.Licet heredes poſſint.l.legatarius.de legat.1.l.neminem.de leg.2.facit ad hoc l.duobus.de lib.cau.& l.ſi filius.l.tutor.§.vlt.de min.l.Papinianus.§.ſed neque impuberis.de inof.teſt.l.in hoc iudicio.famil.hercifc. fallit etiam hæc ſubregula propter manifeſtam defuncti voluntatem, vt notatur ſingulariter in l.Aurelio.§.item quæſiit.de lib.legata. Item poteſt dominus partim ratum habere: quod à procuratore geſtum eſt, partim verò non quando factum eſt diuiſibile. l.ſi procurator ratam.rem ratam haberi. Alia eſt quoque ſimilis ſubregula: *Nemo cogitur per minutas partes ſolutionem recipere.* Nemo cogitur per partes ſolutionem recipere, cum eiuſmodi ſolutio multa adferat incommoda.l.3.fam.hercifc.l.quidam.ſi cert.petat.l.3.in princ.de alim.legat.Quod tamen fallit multis caſibus: *Exceptiões.* Cogitur enim totum fundum recuperare.l.communi.§.fin.commun.diuid.vel etiam emere.l.Celſus.§.item Celſus.ad exhib. Item heres fauore libertatis cogitur per partes à ſtatulibero ſolutionem recipere.l.cum heres.§.fin.de ſtatulib. Iſtud etiam amplius declaratur cum aliis ampliationibus & reſtrictionibus per Socynum in reg.106.Petrum Duennam in reg.158.& Donatum Finam lib.3. *Intellectus* Cæterùm qui partem ſoluit aut cœpit ſoluere in ſolidum tenetur,& qui vni ſoluit,cæteris ſoluere.§.non autem.Auth.de hered.& Falcid.l.cum ſi.C.de non numer.pecun.l.non dubium.C.de teſta. Quod tamen intelligitur,vbi erat aliqua obligatio ſaltim naturalis: Alioqui ſibi non faceret præiudicium.

l.ſi cer

l.ſi certis.C.de pactis.l.fin. C. ne vxor pro marito.quemadmodum cum multis iuribus & diſtinctionibus probat Azo Rub.49. Regula verò noſtra multas exceptiones patitur, in primis, vt ſupra tetigi, quando vnum caput ab alio diſtingui & ſeparari poteſt. l. cum minor. l. etiam.§.1.de minor.l.ſi libertus minorem.in fi. de iure patron. Item pro parte retinetur ſeruitus,licet ab initio non recte conſtituatur. l. vt pomum.§.1.de ſeruit.niſi ſit ſeruitus indiuidua. l.vnus ex ſociis. de ſeruit.ruſt.præd. Fallit etiã in ſpecie.l.ſed ſi communis.de contr.empt. l.1. de reſcin.vend.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo. de act.empt.l.ſi ex toto.§.ſi ita legatum.de lega.1. l.grege.de legat.2.l.ſi conuenerit. de pact.l.qui graui.& l.ſeq.de iure cod.l.ſi donaturus. §. vlt. de cond. cau.data.§.hoc autem.auth.de non elig.ſec.nub. coll. 1. Item quando contractus in aliquo vitiatur,reſiduum valet.l.ſi ſponſus. §.ſi vxor.l.ſed ſi vir.§.ſi vir vxori. de don.inter vir. Item quando duo ſunt domini ſerui, ſcinditur conditio ſeruo adiecta.l.qui heredi.§.ſi duorũ. l.ſi quis legata.§.fin.de cond.& dem. Quocirca pulchra traditur diſtinctio inter legatum factum vni ſub conditione dandi decem, & legatum duobus.l.cui fundus.eod.tit. Item fallit in donatione excedente trecentos aureos non inſinuata, quæ vſque ad illam quantitatem tenet: ſuperfluum autem pro non ſcripto habetur.l.ſancimus.in princ.& ibi glo.C.de donat. Sed quamuis id primis temporibus in vſu fuerit,tamen propter communem vtilitatem maximè

Exceptiões & diſtinctiones primariæ regulæ.

ximè regiis Franciæ conſtitutionibus antiquatum eſt. Item ſi charta in aliqua ſui parte ſit falſa in aliis partibus & capitulis vera, non reprobatur. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. l. proxime de his quæ in teſtam. delentur. Quod quidem latius explicat Azo Rubr. 39. Item ſententia pro parte tenet & pro parte non, quando ſunt diuerſa capitula, vt idem Azo cum multis ampliationibus, reſtrictionibus, & diſtinctionibus, docet reg. 26. Item quando valet pro parte ſiue in totum & quando non, oſtendit, cum multis iuribus hinc inde allegatis & diſtinctionibus Azo Rubr. 49. vbi dicit hanc regulam non obſeruari in quibuſdam caſibus indiuiduis ratione impoſſibilitatis, vt infrà proximo capite dicetur: Aut ratione inconſtantiæ repellendæ. l. cum quæritur. de adminiſt. tut. Aut ratione perplexitatis. l. quidam. de iure delib. Item licet quædam, inquit, prohibeantur in totum, pro parte tamen admittuntur. l. adigere. §. ſi patronus. de iure patro. l. in hoc. §. ſed etiã. commu. diuid. l. ſi conuenit. pro ſocio. Et è conuerſo quædam non admittuntur pro parte, ſed in totum. Nullam aliam rationem reddit Azo præter hanc. Quia ſi aliter diceretur, euidens appareret iniquitas ex l. ſi non fuerit. §. ita. & §. Ariſto. pro ſocio. l. antiqui. ſi pars hered. pet. & Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Subiicit etiam alias regulas, videlicet in eadem Rub. 49. Qui pro parte peccat, in ſolidum punitur ex l. etiam. de reg. iur. l. ſi quis in graui. §. ſi quis. ad Syll. l. 2. de ann. leg. cum aliis ſimilib. Et in Rub.

12. Con

12. Contractum ex vna tantùm parte conſtare: Item Contractum in totum reſcindi, cùm pro parte ineundus non erat, vt multis iuribus cõprobat. Optima quoque traditur diſtinctio à Damaſo in reg. 105. Vt pro parte obligatio conſiſtat in accidentalibus, & pro parte non: at in ſubſtantialibus oportet vltro citróque conſiſtere ex l. Labeo. de verb. ſign.

CAP. VII.

Quæ ſine damno poſſunt pro parte præſtari, prȩſtantur: ſin vero, aut naturaliter, aut ſine incommodo indiuiſa ſunt, aliquando nihil eorum, aliquando in ſolidum, interdum æſtimatio præſtatur.] l. non amplius. §. vlt. de leg. 1. l. 1. §. ſi vſusfructus. ad leg. Falc. l. ſi poſtulauerit. §. eum quoque. ad legem Iul. de adult. l. cum duobus. C. de inoff. teſtam. nam diuidua & ſeparata natura in partem poſſunt ſubſiſtere, in partem non: puta in libertate pluribus ſeruis conceſſa, ne propter quorũdam indeuotionem alij maneant in ſeruitute. l. ſi. verſi. ſin vero. C. de teſtam. manu. Quando autem in indiuiduis nihil præſtetur expreſſus tex. in l. penul. circa fin. de iure codic. idque maximè in conditionibus locum habet, quæ ſi indiuiduæ ſunt, non poſſunt niſi ab omnibus impleri: Secus ſi diuiduæ, vt apertè declaratur in l. pen. de cond. & demon. Sic etiam mala fides in parte impedit vſucapionem totius: ſed ita demùm ſi eſt incerta ratione loci & quotæ ſeu corporis. Elegãter in l. emptor. l. qui cum pro herede. §. ſi ex decẽ pro emptore. Aliud, ſi certa, quẽadmodum ſi ab

Paraphraſes primi membri regulæ per varia themata.

ſi ab initio ſeparatæ ſint partes aut ex poſtfacto, cùm ſeparatorum ſeparata ſit ratio. Singularis textus ſecundùm Romanum in l. qui fundum. §. 1. D. illo tit. facit aptè. l. 1. §. item quæritur ſi quis aqua. de aqua quot. & æſtiua. l. & per iuſiurandum. §. 1. de accep. & cap. dilecto. & ibi doct. de præb. & dig. Indiuidui partem qui facit nil feciſſe videtur: nam indiuidui etiam minima pars omiſſa vitiat actum. l. 2. de Prætor. ſtip. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſ. Quod quidem cum multis ampliationibus & reſtrictionibus fuſius tractat Medicæus reg. 5. Huic conuenit etiam quod dictum eſt ſupra in proxima regula. Nonnunquam tamen indiuidua in ſolidum competunt, veluti ſeruitutes. l. 1. §. ſi fideiuſſit. & ibi bona glo. in verbo quanuis. ſi quid in fraudem patr. Amplius tractatur in l. 2. §. & harum. & §. ex his. de ver. obl. Quod etiam ab vno ex ſociis percipi non poteſt, in ſolidum alteri quæritur. l. 1. §. communis ſeruus. l. proinde. §. fin. ex duabus ll. ſeq. & l. ſi alienus. de ſtipul. ſeru. Item fauore libertatis, quia pro parte præſtari non poteſt tenet ſententia pro libertate etiam lata contra vnum heredem, licet noceat alteri, ita tamen vt indemnitati victoris futurique manumiſſoris conſulatur. l. iudicatæ. de excep. rei iud. Et ab vtroque libertas præſtatur. l. alieno. §. 1. de fid. lib. Huc pertinet l. in ſtipulationibus. §. fin. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. obl. Nouiſſimè verò ſciendũ eſt communia ſi commodè diuidi poſſunt, diuidi: ſin minus, aut licitabuntur, aut pretium inter

Explicatio ſecundi mẽbri.

Tertii mẽbri explicatio.

ter

ter ſocios participabitur, vt ſingulariter notatur in ll. 1. 2. & 3. C. communi diuidundo. Item in donationibus res diuidatur, aut verò ab alterutra parte æſtimatio reſidui præſtetur, ne videlicet ex cõmunione aliqua oriatur contentio, vel ex liberalitate quis damnum ſentiat. l. ſancimus. §. ne autem. C. de donat. Cæterum inſeparabilitas, vt vocabulo brocardico vtar, aliquando nocet, aliquando prodeſt, quemadmodum multis iuribus docet Azo in Rub. 98.

CAP. VIII.

QVando factum eſt indiuiduum, poteſt ab vno impleri, adeo vt alteri amplius non ſit locus.] l. ſi ita fuerit. de manumiſſ. teſtament. l. ſi quis ita libertatem. §. ſeruus communis. de ſtatulib. Id autem iuxta præſumptam teſtatoris voluntatem interpretatur, vt in d. l. ſi ita fuerit. Et ab vno factum, ab omnibus aliquomodo factum videtur. l. 4. §. Cato. & ibi doctores de verbor. obligat. quo loci multæ quoque aliæ traduntur de indiuiduis diſtinctiones quæ ſunt vtiliſſimæ. Sed illi qui impleuit aduerſus ſocios competit actio. l. 2. §. ex his. l. ſtipulationum aliæ. §. vlt. D. illo tit. Item cùm res eſt indiuidua, ſententia lata contra vnum nocet alteri. d. l. 2. §. 1. Panorm. in cap. quamuis. num. 5. de ſentent. & re iudic. Medicæus regul. 8. Item in indiuiduo, pro parte ſinguli non tenentur furti, ſed totius rei vniuerſi ſiue ſinguli. l. vulgaris eſt quæſtio. §. fin. de furtis. Veruntamen non ſufficit ab vno impleri quando agitur de pœnæ commiſſione, ſed poſt ſecutam

Ratio. *Explicatio & intellectus regula.* *Exceptio.*

cond

condemnationem pœnæ præſtatio inter heredes pro hereditaria parte diuiditur. l. cum ex cauſa. de verb. obl. Cæterum facta regulariter ſunt indiuidua. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſic. idem puto. & ibi notant Doctor. de verb. oblig. gloſſ. in d. l. 2. §. & harum. l. 4. §. Cato. eod. tit. Bernardus Dias latè tractat in reg. 279. & Petrus Duenna in reg. 291.

Facta omnia ſunt individua.

In Titulum de Antecedente, & Conſequente.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõtinuatio

DEinceps eſt locus, vt verbis Ciceronis vtar in Topicis, Dialecticorum proprius ex conſequentibus, antecedentibus & repugnantibus, qui etiam ab adiunctis longè diuerſus eſt: nam adiuncta non ſemper eueniunt, conſequentia autem ſemper. Ea enim dico conſequentia, quæ rem neceſſario conſequuntur: Similiter antecedentia & repugnantia: quicquid enim antecedit quamque rem, id cohæret cum re neceſſario, & quicquid repugnat, id eiuſmodi eſt vt cohærere nunquam poſſit. Quo autem modo ſiue forma in illis (de repugnantibus ſuprà dictum eſt. tit. 6.) argumenta ducantur, idem ipſe Cicero declarat & Ariſtoteles lib. ſecundo Topicorum: vbi inter alia tradit valere argumentum ab antecedentibus ad confirmandum, id eſt, affirmatiuè: à conſequentibus ad refellendum, id eſt, negatiuè, niſi verò aut tempus, aut locus, aut alia quadam circumſtantia contrà

Quomodo ducatur argumentum in hoc titulo.

cõtrarium induxerit. Sed qui hac in re amplius & curioſius philoſophari cupiet, eum ad Logicorum argutias & ſubtiles indagationes remitto. Nam certum eſt in iure noſtro iſta argumenta permixtim & confuſim tractari, ſicut per Gnoſes & exempla inferius demonſtrabitur. Porrò iſtud menti tenendum eſt hac argumentatione rectè uti eum poſſe, qui rei probandæ tum cauſam, tum ſignum intellexerit: ita enim res vna ab alia dependet, vt certus proculdubio ordo in ipſa rerum natura percipiatur: quod Seneca grauiſſimus author lib. Naturalium quæſt. primò his verbis expreſſit: Omniũ, *inquit*, rerũ certus ducitur ordo, & alia aliis ita complexa ſunt, vt quod antecedit, aut cauſa ſit ſequentium aut ſignum. *Item conſequentia in bonam & malam, neceſſariam & non neceſſariam ab Ariſtotele & aliis Dialecticis diuiditur. Nec tamen hic de conſequentia, quæ eſt apud Iuriſconſultos exemplum, verùm poſteà ſuo loco dicemus.* *Quis rectè vtatur hoc argumẽto.*

De Antecedente, & Conſequente, Tit. viij.

CAP. I.

Conceſſo antecedenti, ſine quo aliter ſtare conſequens rectè non poſſit, videtur conſequens permiſſum.] Idque fit ex præſumpta mente diſponentis. l. quamuis. C. de fideicom. Notat Baldus in l. conuenticula. C. de epiſc. & cler. Cicero li. de Fato: Si quod primum in connexo eſt, neceſſarium eſt, fit etiam quod conſequitur, neceſſarium: & rurſus lib. Tuſcul. *Ratio.*

Intellectus & paraphraſes multis textib. & exēplis illuſtratæ.

quæſt. Vitium eſt conſequentia reprehendere, cùm prima conceſſeris. Quanquam hæc regula aliter non rectè procedat, quemadmodū Dialectici vſurpant, vt ſemper antecedenti permiſſo etiam conſequens permittatur: ſed è contra vt in proximo cap. facit pro regula expreſse. l. 2. & quæ ibi notat Gloſſ. de iuriſd. omn. iud. l. ſi procurator. l. indebitum. de cond. ind. l. qui procuratorem. de procurat. Item cùm quid prohibetur, etiam id quod ex eo ſequitur, videtur prohibitum. l. non dubium. C. de legib. Exemplum eſt elegans: Prohibito altaris miniſterio, ſine quo Pontificale officium non poteſt exerceri, epiſcopatui quoque interdictum eſt cap. ex literis in fine de exceſſ. prælat. Ad hæc quandoq; oportet tolli ſubſequens, ſi antecedens tolli ſine eo non poſſit. Paulus doctè ſuo more notat in l. ſed interdum. de aqua plu. arc. Fallit autem primaria regula in his quæ ad commodum cōcedentis pertinent. l. cum procurator. §. fin. de collat. bo. l. tutor. de bo. poſſ. l. 1. §. vnuſquiſque. de ſucc. edicto.

CAP. II.

Exceptiones.

PErmiſſo vel prohibito conſequenti, cenſetur permiſſum ſeu prohibitum antecedēs.] l. ad rem mobilem. l. ad legatum de procurat. l. oratio. de ſponſal. §. Idémque inſt. Quibus ex can. manu. non licet. l. ſi venditor. l. ſi quis ſepulchrum de relig. & ſump. fun. l. 3. §. 1. de ſeruit. ruſt. præd. l. refectionis. Communia præd. l. illud de acq. her. l. 2. C. de ordine cognit. l. ſecundum. C. de cont. & com. ſtip. l. fin. de officio eius cui

man

mãdata eſt iuriſdictio. Facit expreſsè cap. ſuſpicionis. de officio & pot. iud. del. Vnde Cicero lib. de Finibus: Cùm cõſequens aliquod falſum ſit, illud, cuius id conſequens ſit, non poteſt eſſe verum. Item non permittitur electio ſimoniaca, quia per eam velut antecedentem peruenitur ad conſecrationem quæ merè ſpiritalis eſt can. pr. pr. quæſt. 6. Examinatio perſonæ ad eum ſpectat, qui impoſitionem manus habet. c. venerabilẽ. de electione. Et è cõuerſo, deſtructo conſequenti in quo ſtat ratio, antecedentis antecedens, quoque deſtruitur. l. 2. §. mutui datio. & ibi Gloſſ. Si cert. pet. Cautiuncula in Topicis loco à conſequentibus num. 7. Sed hæc regula locum non habet, ſi antecedens multo ſit maius conſequenti. Argum. l. pen. §. illud. C. de neceſſa. ſer. hær. inſt. Item cùm nulla eſt legitima conſequentia non idem ius in diuerſis perſonis ſtatuendum, veluti in filio & nepote. Notabilis tẽxtus in l. fin. C. de nat. lib. Quinimò declaratur latiùs cum ampliationibus & reſtrictionibus à Iaſone in l. 2. de iuriſdict. omn. iud. Item à Sebaſt. Sap. & Io. Bolog. in d. l. 2. & à Donato Fina. lib. 5.

Paraphraſes regulæ multis ſchematibus illuſtratæ.

Limitationes regulæ.

In Tit. de Cauſa, Ratione, Contemplatione & Effectu,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

QVoniam omnis demõſtratio ex principiis ſit, ſiue cauſis rerum, ſciendum eſt apud Logicos

& Phyſicos quatuor potiſſimùm genera cauſarum ſtatui, Subſtantialem, materialem, ſiue formalem, efficientem & finalem. Sed vt ſingula ab ipſis latè explicantur, noſtri non eſt inſtituti exponere. Quin potiùs exinde repetere quilibet poterit. Horum duo priora ſuo loco tractabimus: non ea quidem ratione, vt ordinem naturæ fugiamus: verùm ne à methodo Tulliana, quam poſuit in locis Topicis deſcribendis latum vnguem diſcedamus. Iuſtum itaque erit de cauſis efficientibus & finalibus, quæ apud Iuriſconſultos frequentiùs agitantur, déque earum effectis dicere. Sanè inter omnes diuiſiones cauſarum, quas Cicero & Logici cum maxima exemplorum copia fecerunt, eam placuit hic apponere, quæ Iuriſprudentiæ cognitioni magis expediret. Vnum enim genus cauſarum vim efficiendi habet neceſſariam, veluti ignis qui calorem gignit: cúmque huiuſmodi cauſa in diſputationem inciderit, ſine dubitatione licebit quod efficitur ab ea cauſa concludere neceſſariò. Aliud eſt ſine quo quidem non efficitur, ſed quod non ſemper efficit, nec enim neceſſariam efficiendi vim obtinet: veluti, Parentes qui filios generant. In iſto autem genere neceſſaria concluſio non ſequitur: imò verò hoc ſine quo non fit, ab eo in quo certè fit, diligenter eſt ſeparandũ. Porrò iſtæ omnes cauſæ aut ex re ipſa ſunt, aut rei quàm fieri poſſit proximè cohærent. Alias autem notaui, quas contemplatiuas ſeu occaſionales nuncupo quæ dicũtur fieri propter aliquid, tametſi ex eo non ſint, nec ei naturaliter cohæreant. Vnde pulchra diſtinctio traditur à noſtris inter cauſam finalem & impulſiuam, quæ quomodo vires

Præcipua cauſarum diuiſio.

Alia diuiſio.

ſuas exerceant, ſeparatim hoc titulo patefaciam. Coniunctus huic cauſarum loco locus ille eſt, vt inquit Cicero, qui ex cauſis efficitur. Vt enim cauſa quid effectum ſit indicat, ſic quod effectum eſt, quæ fuerit cauſa demonſtrat. Hic locus ſuppeditare ſolet oratoribus & poetis, ſæpe etiam philoſophis: ſed & iis qui ornatè & copioſè loqui poſſunt, mirabilẽ copiam dicendi, cum denuntiant, quid ex qua re ſit futurum. Cauſarum enim cognitio cognitionem euentorum facit. Sæpiùs etiam Iuriſconſulti ex effectis iudicant: non certè ante euentum, ſed poſt, ne fortè in reprehenſionem illorum incidamus, qui nimia & tremebunda præuiſione cuncta ſuperſtitioſè perpendunt, quos ita irridet poeta, Effectus.

Exitus acta probat. Careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

De Cauſa, Ratione, Contemplatione, & Effectu, Tit. ix.

CAP. I.

CEſſante cauſa ceſſat effectus.] l.Titia. §.1. de leg.3.l.tutelas.de cap.dim.l.2.C.de conſul.l. vlt.C.de verb.ſign.c.cum ceſſante.de appell.cap.abbate.de off.& pot.iud.deleg. can. ſtatuimus. diſt.61.l.fin. de teſta.tut. facit etiam l.2.de his qui in teſta.delentur.l.fin.de her.inſt. l.epiſtolam.Ad Treb.l.1.C.de cad.tollend.l.2.C. de condit.ob cauſam dat.vbi idem ſtatuitur, de modo quo de cauſa finali. Itẽ c.poſt tranſlationem.de renunc. c. etſi Chriſtus in fine de iureiur.c.magna de voto & voti redempt.cap. cùm

infirmitas de pœnit.& remiſſ. cap.ſi pauper clericus de præb.& dign.in 6. cap. fin.de priuil.in extrauag.commu.& can.fin.25.quęſt.2. Vnde & ceſſante cauſa impedimenti ceſſat impedimentum.l.ſi chorus.§.pen.& fin.de legat. 3.l. qui liberorum.§.Pomponius.de his qui not.inf.Multa hac de re Gribaldus lib.2.de ratione ſtudij.Item ceſſante neceſſitate ; ceſſare quoque debet lex quæ cauſa neceſſitatis lata eſt. Expreſſa in can.quod pro neceſſitate pr.quæſt. pr. can. ordinationes 9.quæſt.pr.can.pr.35.quæſt. pr. Item ceſſante cauſa prohibitionis ceſſat ipſa prohibitio can.ſiue de coniugij 33. quæſt. 2. cap. non debet de conſangui.& affin.prout etiam multis aliis iuribus hinc inde allegatis probatur per Azonem Rubr. 32. & Rubr. 104. vbi diſtinguit ſubtiliter, An aliquid ſit prohibitum cauſa adiecta,vt in Macedoniano : quo caſu etſi ceſſat cauſa,non ceſſat prohibitio , an ſit prohibitum ſimpliciter, verùm cauſa extrinſecus prohibitione determinetur. Item donatio propter nuptias,iis non ſecutis nulla eſt, niſi quis contradicendi cauſam dederit. Notabilis l.cum veterum.C.de donat.ante nupt.Hæc autem regula, ſiue gnoſis de cauſa finali non de impulſiua intelligitur.Nam finalis cauſa regulat diſpoſitionem non impulſiua.l.damus.de cond.indeb.l.2. §.vlt.de donat.l.legata inutiliter.de adim.leg.l. ſi ob turpem de condit.ob turpem cauſam.l.ſequitur.§.quod autem de vſuc.Gloſſ.in l.1.§.ſexû de poſtulando. l.adigere. §.quanuis de iure patro.Dignoſcitur autem cauſa finalis ab impulſiua

Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.

Ratio. Diſtinctio inter cauſam finalē & impulſiuam.

ſiua quatuor modis. Primò ſi contemplatione illius cauſæ datum ſit,& non aliter. Secũdò per dictionem [ſi.] Tertiò ſi fauorẽ tertij modi reſpiciat.l.Titio centum.de cond.& dem.Quartò ſi fauor publicus verſetur. l. profectitia. §. ſi quis de iure dot.l.cùm is.§.ſi mulier. de condit. indeb. Sed de impulſiua paulò poſt dicemus ca. 4.Item ratione ceſſante,quæ eſt anima legis,vt ſtatim ſubiicietur cap. proximo. ceſſat quoque ipſius legis diſpoſitio.l.1.§.poteſt. §. quoties. de col.bo.l.quod dictũ.de pactis.l.cùm pater.§.dulciſſimis.de legat.2.l.ſi is qui animo.de acq.poſſ. §.ferè inſt.de rer.diui.§.quoniam Auth.de nup. coll.4. Vnde ſciendum eſt maximè in omnibus cauſas ſpectari debere,ſiue ſint efficientes,ſiue finales. Nam qui dat cauſam damni damnum dediſſe videtur.l.qui occidit. §.pr. & ibi Gloſſa Ad legem Aquiliam.can.placet.pr. quæſt. pr. l. nihil intereſt.Ad legem Corneliam. de ſicariis. Cicero lib.pr.Academ.quæſt.imò cauſam mortis præbens potiùs in culpa eſt quàm ille qui occidit. can. cum homo. 23.q.5. Secus autem ſi, vt non faceret damnum, de contingentibus nihil omiſit. Notabilis textus in cap.fin.de iniur. & damno dato. Ictus quoque fuſtium non infamat,ſed cauſa.l.ictus.de his qui not.infam. Et prolata in modum cauſæ exceptionem inducunt.l.pater pro filia.§.pr.de doli except. Ex cauſa diuerſa regulæ canonicæ intelliguntur can.pr.& per totam diſt.30. Item excuſationes quæ ad bonum & malum poſſunt retorqueri, potiùs ex cauſa iudicãdæ ſunt cap. cùm dilecti. *Cauſæ maximè inſpiciuntur.*

& ibi Gloſſ.de accuſat. In omnibus ergo rebus non ex earum natura quibus vtimur,ſed ex cauſa vtendi & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum eſt quod facimus. Eleganter in can.quiſquis diſt.xlj. Cauſa verò multum ab effectu differt,vt res ipſa ſatis indicat, & notatur pulchrè in l.qua actione.§.ſed etſi. Ad legẽ Aquil. Sed vt ad exceptiones iſtius regulæ veniam,cùm plures ſunt cauſæ ſiue rationes,ſublata vna alia remanet, præſertim generalis d. l. cùm pater.§.dulciſſimis.de leg.2. Exemplum in dote,quæ licet nulla ſit ſoboles,non amittit ſua priuilegia, cum fides & ſacramẽtum ſuperſint. l.iis oneribus de vaca.& excu.mu. l. cum veterum.l.ſi à ſponſo.C.de donat. ante nupt. Licet interdum ſublata principali cauſa ceſſet quoque effectus.l.liberorum.§.1.de his qui not.inf. Item fallit regula in §.ergo cũ ſeq.inſt. de nup. & §.vlt. inſt. de cap.dim. Item vt hæc regula in contrarium procedat,neceſſe eſt effectum non eſſe perfectũ & conſummatum, id eſt, omnino nõ deſtrui.l.fœminæ.§.vlt.C.de ſec.nup.l. poſthumus.in prin.de iniuſt.rupt.Nã ſi extinctus ſit omnino effectus, non poterit tandem ceſſante cauſa prohibitionis reſtaurari.l.Mæuius. §.duobus.de legat.2.l.qui res.§.aream.de ſolut. l. fin. de pactis.Argum.l.fin.Vnde liberi.Probatur in l.4.C.Quando dies legati.& l. generaliter. in 2. & ibi Gloſſ.fin.C.de ep. & cle. Doctores in l. ſi vnquam.C.de reuoc.donat. Item impedimentum per culi mortis vel aliud ſimile, excuſat à culpa:ſed ſi eo ceſſante,quam primùm commo-

Exceptiones.

dè

dè potuerit non ſatisfecerit, in culpã reincidit. Elegans textus in cap. eos qui de ſen. exc. in 6. Limitatur etiam regula in cauſa impulſiua, vt cum pluribus hinc inde allegationibus notat ſubtiliter, vt moris eſt, Damaſus in reg. 104. Vnde etiam multas alias diſtinctiones, ampliationes & reſtrictiones apud Bernardum Diaın in reg. 70. Petrum Duennam reg. 72. Donatum Finam lib. 5. & Soc. in reg. 284. Sed fuſiſſimè & cũ magno apparatu diſputantem Andream Tiraquellum, qui ſanè omnium iudicio totius Galliæ oraculum nuncupatur, in tractatu ſuo: *Cauſa ceſſante*, &c. vbi de natura, fine, nomẽclatura, viribus & effectu cauſarum, tam ſecundum philoſophos, humaniorum literarũ peritos, quàm Iuriſconſultos dicit copioſiſſimè & aptiſſimè, & pulchram differentiam inter cauſam & rationem adfert. Vt plurimum verò corrupto dicendi ſermone inuicem confunduntur. Alia etiam notatu digna de cauſis allegat Riſuicius Neotericus author. Atqui ſciendum eſt cauſam in præteritum: pœnam in futurum conferri. l. ſi ita legatum ſit in fine de condit. & demonſt. Tametſi aliquãdo cauſa futurum tempus reſpiciat, vt exẽplis & iuribus probat doctor noſter Loriotus in tit. de pactis axiom. 67. allegans Gloſſam in Rubrica. de condict. cauſa data. Idem quod de pœna dicitur etiam de demonſtratione & cõditione, vt infrà in ſingulis tit. docebimus. Cauſa enim ex qua quid debeatur ſemper præcedere debet. l. huiuſmodi, Quando dies legati. *Notabilia.*

CAP

CAP. II.

Ratio. RAtio eſt anima legis,&, quoad fieri poſſit, in omnibus obſeruatur.] Lex eſt enim id quod ratione certa conſiſtit, vt eleganter dicitur in can.conſuetudo.diſtin.1. Hinc etiam conſiderata rationis æquitate priuilegia conceduntur, vt quæ mater iuſtitia eſt, in nullo ab ea diſſentire videatur can.ideo in fine 25.quæſt. pr.Et quando poſterior ſentētia melioti & ſubtiliori ratione nititur, ſeruanda eſt cap. capellanus de feriis.At verò econtra nil inconſulta animi commotione abſque ratione faciendum eſt,vt doctè Auguſtinus ſcribit in can. ſi haberes.24 quæſt.3. Item quod caret ratione extirpare neceſſe eſt can.chorepiſcopi.diſtinct.68.itaque ratio legis aut reſcripti ſemper aſſignanda eſt poſteris profutura: cap.pr. Vt eccl.bene. ſine vlla diminut. Ratio tamen omnium quæ à maioribus edita ſunt, non ſemper redditur, quòd interpretantur quidam,ab imperitis. Sed & paſſim id dicam.Nam ſi nimis anxiè inquireretur,multa ex iis quæ certa ſunt,ſubuerterentur.l.non omnium.l.& ideo de legibus. Accidit autem variis de cauſis, ſiue propter viciſſitudines temporum, ſiue memoriæ lapſum, ſiue etiā quòd farrago illa & ingens librorum congeries tempore Ptolemæi cum maxima totius orbis clade infeliciter exuſta ſit. Vnde ſi poſſit omnium danda erit ratio.l.at ſi quis.§. ſed interdum.de relig.& ſump.fun.cap.ſi quando.de reſcript. vt multis declarat hinc inde iuribus allegatis ſubtilis Damaſus in reg.7. Porrò de ratione

Paraphraſes regulæ multis iuribus & exemplis cõprobatæ.

Intellectus

tione multas regulas tradit Medicæus reg. 2. 5. & 6. Item Riſuicius & Donatus Fina lib. 5. Cæterum vbi expreſsè non requiritur cauſa ſiue ratio in ſtatuto, ſemper præſumitur ſubeſſe cap. in præſentia de renunciat. Nota eſt illa ſubregula, Quando ratio eadem eſt cum dicto, nihil infertur. l. qui interrogatus de inter. act. quam ibi latè Bartolus & Doctores exponunt. *Subregulæ.*

CAP. III.

Falſa cauſa non vitiat actum.] Exemplum in legato. l. ſi ita legatum. de condit. & dem. Item falſa cauſa allegata non vitiat diſpenſationem, ſed diſſimulatione vtendum eſt ad euitandum maius ſcandalum. cap. quia circa. & ibi Gloſſ. de conſang. & affin. Sic & falſa cauſa non impedit religionem, cap. ex parte. in 2. de conuerſ. coniug. Item cauſa ſemel probata, ſiue vera ſit, ſiue falſa. non retractatur. §. ſemel, inſt. Quib. ex cau. manu. non licet. Ratio eſt regulæ: quia cauſa ſiue ratio actus non cohæret actui. l. cum tale legatum. §. falſam. de condit. & dem. Vnde deſumitur pulchra diſtinctio vt regula locum habeat in cauſa impulſiua duntaxat, non autem finali, vt ſuprà dictum eſt in primo cap. Nam alioqui falſa cauſa, quę ſola mouit concedentem, in reſcripto expreſſa vitiat illud cap. ſuper literis de reſcriptis. Similiter falſa cauſa vitiat ſententiam. nec alicui obeſt, vt latè probat Medicæus reg. 8. Licet Loriotus inter decretũ & ſententiam diſtinguat, ita vt in hac locũ habeat regula ex l. diuus de re iudicata. In illo verò

Paraphraſes regulæ multis exẽplis & iuribus cõfirmatæ.

Ratio.

Diſtinctiones & exceptiones.

verò non ex l.cum vero.§.ſubuentum.ver.proinde.de fid.lib.Item fallit regula,quando cauſa conditionaliter concepta eſt, quia tunc habet vim conditionis.l.demonſtratio.§.1.de condit. & dem.

CAP. IIII.

MVlta dicuntur fieri propter aliquid, quæ tamen ex eo nō ſunt,ſed ad probationem voluntatis proſunt.] l.1. C. ſi ſeruus extero.l.1.C.de dolo.l.ſi pacto. C. de pactis. l.ſocium qui in eo.§.vlt.pro ſocio. l. eo tempore.§. fin.& ibi notat Bartol.de peculio.l.pro hęrede. §. Papinianus. de adq.hær.l.1.de incendio.l.1.§. emancipatus.de coniungendis cum emancip.l. 3. §. ſi debita patrono. & l. ſi ex patronis.§.Iulianus ſcribit.de bonis lib.facit l.3.ver.nam etſi quis. de dote præleg. At verò maximè inſpicitur, cuius contemplatione & occaſione aliquid fiat, dummodo euidentiſſimè probetur.l. facta.§. ſi hæres ante reſtitutam. ad Treb. can. Pontifices.12. q.3.Probat enim & quaſi videtur ei donatum cuius cōtemplatione donatum eſt. Elegans exemplum in eo qui conſideratione aut reſpectu eccleſiæ aliquid clerico relinquit. Nam clericus de eo tanquam de bonis eccleſię teſtari non poteſt. capit. quia nos. de teſtam. Quod tamen ex diſtinctione perſonæ & præſumpta voluntate ſepius interpretatur.cap.requiſiſti. eod. tit. Quin etiam quando contemplatio eſt cauſa finalis ſeu de ſubſtãtia contractus, ſi non obſeruetur, omne quod actum eſt reſcindi & in priſtinum ſtatum redire debet. l. cum

Paraphraſes regulæ per multa ſchemata.

Diſtinctiones.

cum te. C.de pactis inter empt. l. 2. C.qui non poſſunt.ad lib.procla. Hoc amplius tractaui ſu pra cap.1.huius tit.Hinc naſcuntur aliquæ ſub-regulæ: occaſio leuis interdum eſt magni ponderis.l.ſi ergo.§.ſi ex die. iuncta gloſſ.de fid.lib. Bald.in cap. per tuas. de prob.l. in vſucapione. de diuerſis & temp.præſc. Item, qui occaſionẽ damni dat cum culpa, damnum dediſſe videtur. Intellige ſi ſit occaſio proxima nõ remota. l.qui occidit.Ad leg.Aquil.l.pen.§.ſi quis.in fi. vi bon.rap. l. Neratius. de ſeruo corrupto cum ſimilib. Quod locũ habet in delictis, aut quaſi delictis, nõ autem in cõtractibus.l.ſi ſterilis.§. cum per venditorẽ.de act.empt.Itẽ cũ quis dat occaſionẽ mortis quoad irregularitatem diſtin gunt canonici: An dabat operam rei illicitæ, & tunc ei imputatur: An verò rei licitæ,& adhibuit diligentiam quam debuit,& non imputatur, cap. ex literis. cap. tua nos.& cap.vlt.de homicidio. Hanc diſtinctionem tradit Damaſus reg.41.Cæterum non poteſt abbas occaſione prioratus ſibi ſubiecti aliquid prætendere quod ipſe prior ſeu gubernator nõ poſſet. Notabilis textus in cap.1. de reſcript. in clem. Eſt quoque apud Dialecticos tritum axioma: *Propter quid vnũquodque tale,& illud magis.* Quod à me probatur peregrino textu in can.ſi aliqua. 22.q.1. Multùm autem intereſt cuius contemplatione quid dixerit teſtator, vel cui voluerit eſſe proſpectum. l. fideicommiſſa. §.interdum. de leg.3.l.eum qui rogatus. de annuis leg.Item ſi propter aliquid, an ex eo fiat. Dictio enim

Subregulæ

Occaſio leuis eſt magni ponderis.

Qui occaſionem dãni dat,dãnum dediſſe videtur.

Exceptiões & intellectus regulæ.

(ex)

(ex) proximam cauſam denotat: nam aliud eſt ex ſcriptura conueniri, aliud propter ſcripturã, quanuis vtroque caſu inficians puniatur. §. ſtudium. Authent. de triente & ſemiſſe. col. 3. facit l. qui liberis. §. hæc verba. de vulgari. Confunduntur tamen aliquando & inuicem comparãtur. l. dotale. in 2. de fundo dotali. l. ſi fideiuſſores. Ad S.C. Velleia. l. ſed etſi plures. §. in arrogato de vulgari. Elegans & notabilis textus in l. cum autem in fine de ædil. edicto.

CAP. V.

Verba cum effectu accipiuntur.] l. ſi Barſatorem. C. de fideiuſ. l. 1. §. vlt. Quod quiſque iuris. l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoffic. teſta. l. ſi venditor. de ſeruis expor. ca. hæc
Ratio. verba. de pœnit. diſt. pr. cap. relatum de cleric. non reſid. Verba enim debent ſemper aliquid
Paraphraſes regulæ multis exẽplis ornatę. operari cap. ex ore, cap. in his. de priuileg. cap. ſi papa. & ibi notatur eod. tit. in 6. Nec ſententia aut alia res debet effectu carere. cap. ſi ſententia. cap. ſi ciuitas de ſent. exc. in 6. Alioqui nulli comparatur. cap. non præſtat. de reg. iuris in 6. De quo tamen latiùs tractabitur infrà tit. de confirmatione, validatione, &c. Exemplum in ſacramentis eccleſiæ, quæ licet in ſe vera ſint, quia tamen nullum effectũ producunt propter inhabilitatem dantis vel accipientis, pro nũllis, id eſt, non collatis reputantur, vt notatur in can. quod quidam dicunt verſ. de his ergo pr. quæſt. pr. Hinc deriuant ſubregulæ. Res omnes
Subregula probat effectus ſeu euentus cap. 2. de ſepulturis in

in Clem. iuxta illud poetæ: *Exitus acta probat.* Item potior eſt qui rem ad effectum perducit. l.pr. C.de veter.iur.enucl.l.fin.C.de oper. publ. l. potior.C.Qui potiores in pign.l. ſi verò de peculio.Riſuicius in Brocard.2.Rubr.80. Alia eſt etiam regula: *Affectus punitur licet non ſequatur effectus*, de qua videbis in tit. de voluntate & verbis, quia ibi commodius explicare credidi.

In Titulum de Maiori, Minori, & Pari,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Reliquus eſt comparationis locus, ſi Ariſtotelem & Ciceronem ſequamur in ſuis Topicis, in quo quidem videndum eſt, duobus propoſitis vtrum ſit optabilius aut melius. Sciendum eſt autē in iſtud iudicium non venire, quæ valdè ſunt diſſimilia, ſiue genere, ſiue differentiis (neque enim quiſquā eſt adeo ſtupidi ingenij, cui in dubium veniat, ſitne beatitudo, quàm diuitiæ magis expetenda) ſed ea quæ cognata ſunt & affinia ita nimirum, vt quemadmodū alterum alteri præſtet, haud facilè videamus. Nam inter inæqualia prorſus nulla eſt comparatio: imò inter ea quæ quandam ſimilitudinem inuicem referunt. Locus hic à Grāmaticis maximè vſurpatur, atque etiam à Rhetoribus & Dialecticis, de quo Cicero lib.2. De Inuentione & Officiorum lib.1. circa finem: & Quintil. in Inſt. orat. *Comparationis conditiones.*

orat. diuerſo ſanè modo quàm à Iuriſconſultis, vt ſtatim docebimus. Caterùm ne iuriſprudentia terminos, ſeu ea quæ ſunt ſcitu neceſſaria, in iure trāſgrediamur, ſufficiet nobis comparationem multis modis fieri breuiter exponere: veluti ſi quæ ſint maiora & minora, item paria tempore, numero, loco, authoritate, ſpecie, fortuna, opinione, potētia, coniectura, vi, aut quadā ad res aliquas affectione. Quæ ſingula congruo poſtea loco prout videbitur, clariora euadent. Attamen retinet ſemper comparatum eſſentiam ſui poſitiui. nam id quod bono melius eſt, id quoque bonum eſſe oportet, vt inquit Vlpianus noſter in l. vbi autem non apparet De verb. oblig. ibique fuſiùs Iaſon explicat. Quò fit, vt hoc quidē incertum ſit, ſuperlatiuum verò certū, vtpote quod principalem in ſua eſſentia gradū obtinet. Parium comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem. Eſt enim æqualis, & æqualiter vnum cum altero confertur. Id porrò intereſt inter locum à ſimili & à pari, quòd ille ex proportione ſumitur, non ex eo quod vnum quodammodo alteri attribuitur: hìc autem ex eo quod ineſt vnum alteri certo quodam modo, vim habet. Hanc differentiam tradit Ariſtot. lib. Top. 5. cap. 5.

Cōparatio fit multis modis.

De pari.

Differentia inter ſimile & par.

De Maiori, Minori, & Pari, Tit. x.

CAP. I.

QVi licet maius, licet minus: & cui non licet minus, non licet maius.] l. non debet 22. l. qui poteſt 27. l. in eo 111. l. cui ius 124. l. cum quis 126. de reg. iur. c. plus 35. c. cui licet 53. cap. quod

quod alicui.67.c.poteſt.68.eod.tit.in 6.l.qui putat.de acquir.hered.l.pen.§.vlt. de acquir. rer. dom.l.egi tecum.de excep.rei iud.l.ſed ſi vnius §.fin.de iniuriis.l.capitalium. §. & vt generaliter.de pœnis.l.relegatorum.§.fin. de interd. & releg.l.vn.in fin.princip.C.de rei vxo.act.l.illicitas.§.qui vniuerſas.de offic. præſid. can.legimus.can.dominus noſter.diſt.93.can.illud.diſt. 94.can.viſis.16.quæſt.2.can.miramur.24.quæſt. 1.c.ex parte de decimis. c.per venerabilem.qui filij ſint legit.cap. cum illorum.de ſent.excom. Cicero in Topicis: Quod in re maiore valet, valeat idem in minore. Vnde vulgò dicunt argumentum à maiori ad minus affirmatiuè validum eſſe, à minori ad maius negatiuè, quòd neceſſario inferatur. facit l. tam is. §.1. de donat. cauſa mort.l.conficiuntur. §.1.de iure cod.l.Lucius.in 2.de hered.inſti. l.frater à fratre.verſic. porro.de cond.indebi. Notatur in l. cum eo.de pactis.l.qui indignus.de Senat. l.ſi adulterium cum inceſtu.§.pen.ad leg.Iul.de adult.can.præcipimus.12.q.1.cap.per veſtras.de dote poſt diu. reſt.faciunt quoque elegantes text.in l.1.de ſeruit.ruſt.præd.l.cui pacto.de ſeruis expor. l.obſeruandum.de rit.nup.Item qui Imperatori digni ſunt iudicati, multò magis in anterioribus ſunt adiuuandi. l.reſtituendæ. in fin. C. de aduocatis diu. iud. Item cui lex partem ſubſtantiæ dereliquit, multò magis luctuoſam filij hereditatem.l.fin.C.de inſt. & ſubſtit. Si quod in Deum vel Principem non fuerit vindicta compreſſum, quod in minoribus non valeat puniri

Expoſitio regulæ per diuerſa themata.

ambigi vltra non debet.can.relegentes.23.q.5. Nouit Chriſtus virginem coniugem ſine corruptione fœtare,quem in ipſa etiam carne potuit mater ſine corruptione procreare.can.nuptiarum.27.quæſt.1. Quin & ex infinitis aliis iuribus probari poteſt,vbi de comparatione agitur, quæ hìc apponere nimis otioſum & odioſum eſſet. nam, vt in epiſtola dedicatoria ſæpe dixi, nobiliores tantùm & expreſſiores textus adducere ſatis arbitratus ſum. Ratio iſtius regulæ non inſubtilis deſumi poteſt ex l. iuriſgentium. §.adeo.de pactis. & §. vlt. inſtit. quib.ex cau.manumit.non licet.& l.vnic.C.de lege Fuſia Caninia tol.Ratio altera quia in maiori ſumma,vel numero minor ineſt,non è contrà.l.1.§.ſi ſtipulanti.de verb.obl.l.ſi tibi. l.ſi vnus.§.ſi cum mihi.de pactis. cap. 1. de arbitris. in 6.l.3.§.ſi quis.de alien.legat. Tametſi cum de mandato cuius diligenter fines attendimus, agatur, ſub maiori non comprehenditur minor vt eleganter in cap. cui de non ſacerdotali. de præb.& dig.in 6. Quod lâtè declarat cum multis iuribus, ampliationibus & reſtrictionibus Scipio Ianuarius reg. 199. Bernardus Dias reg. 718.& Donatus Fina lib.5.Alia eſt:inter maiora & minora officia,ita debet eſſe ſocietas muneris, vt inferior ſuperiorem agnoſcat, & è contra ſuperior ſciat quod minori debeat.l.1. C.de off. præf. vrb. Hinc naſcitur alia vulgaris ſubregula: Si vinco vincentem te, multò fortius vinco te.l.de acceſſionibus. de diuerſ. & temp. præſcrip.Auth.multo magis. C. de ſacr.eccleſ.

Rationes iſtius regulæ.

Subregulæ Si vinco vincentem te, multò fortius vinco te.

Quæ

Quæ regula fallit in caſu. l. Claudius. qui pot. in pig. Item alio exemplo: Spurij in duabus vnciis abinteſtato agnatos excludunt: Agnati excludunt mulierem: Et nihilominus mulier legitima impedit, quominus ſpurij ſuccedant. Fallit tamen regula in cap. fin. de tranſlat. epiſ. vbi ad maiorem dignitatem licet accedere, nõ autem ad parem ſeu minorem: cuius ratio ſtatim redditur propter maiorem vtilitatem. Hęc regula multis etiam probatur per Azonem in Rubr. 46. qui aliam allegat exceptionem in l. ſi pupillorum. de reb. eorum qui ſub tutela. Aliter quoque dicit: Quod maius eſt fit, non tamen minus conceditur. Auth. epiſtolas. C. de epiſcop. & cler. l. tranſigere. C. de tranſact. Item quoad prius membrum regulæ multa iura, diſtinctiones & ſolutiones adferuntur à Damaſo in reg. 21. & 125. Quantum ad poſterius, fallit quando minora pro ratione excellentię ſeu dignitatis prohibentur. §. quod ſi delinquentis. Auth. de mandatis princ. Item alia eſt regula in contrarium: Cui quod plus eſt non licet, nec id quod eſt minus. l. ſolemus. de iudiciis. Quod ita demum procedit, quoties neutrum voluit valere, quia extincto principali, perit acceſſorium. §. literis. inſt. de vulg. Sed è contra regulariter magis procedit. l. 3. §. 1. de edend. l. vlt. C. de pat. pot. Quod & ipſum latius cum iurib. & diſtinctionib. declarat Azo in ead. Rubr. 46. Itẽ Omnipotens Deus quia minora conceſſit maiora, non prohibuit. can. ſunt qui 27. q. 2. At verò quod dictũ eſt valere argumentum à maiori

Exceptiões iſtius ſubregulæ:

Exceptiões primariæ regulæ.

Cui quod plus eſt nõ licet, nec id quod eſt minus.

Diſtinctio & intellectus regulæ.

ad minus affirmatiuè & è contra negatiuè, intelligi debet ſi maius aut minus ratione rei inſpiciatur, vt apud Dialecticos. Secus ſi ratione perſonæ, cuius exemplum eſt: Non poteſt Imperator vrbem expugnare, ergo nec miles. Item è contra: miles poteſt expugnare, ergo etiam poterit Imperator. Plus autem ſiue maius & minus genere, quantitate, qualitate, & multis aliis modis differunt vt notatur ſingulariter à doctore meo Lorioto in tit. de reg. iur. axiom.130. & ſeq. Item in ſpecialibus commentariis quos edidit ad illum titulum de reg. iur.

CAP. II.

MAior pars vel numerus, ſiue quid aliud minori præualet.] l. quod ſi fortè. §.1. de ſolut. l.3. §. vlt. de admin. tut. §. ſed ſi ex teſtamento. inſt. de ſatiſd. tut. l. & ſuum heredem. §. fin. l. maiorem. l. ſi plures. l. reſcriptum. de pact. Facit c. cum dilecti. de empt. c. quoniam. de iure patron. & tot. tit. de his quæ fiunt à maiori parte. cap. l. fin. C. qui bonis ced. poſſunt. c. prudentiam. §.1. de officio & pot. iud. deleg. l. fi. de bonis auth. iud. poſ. c. nec epiſcopi. de temp. ordin. c.1. de parœciis. c.3. de iure patron. l. nominatorum. C. de decur. lib. 10. Ratio eſt. Nã quod maior pars fecit, perinde eſt acſi omnes geſſiſſent. l. quod maior. ad municip. Vnde ſicut in poteſtatibus ſocietatis humanæ maior poteſtas minori ad obediendũ præponitur ita Deus omnibus can. quæ contra mores. diſtin. 8. can. inferior. & can. ſeq. diſtin. 21. Quæſtio ciuilis vt minor, criminali iure poſtponatur. l. fin. C. de ordin

Ratio.

Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata.

ordin.iudic.l.adulterij accuſationem. C. ad legem Iuliam de adult.& toto tit. C. quando ciuilis actio crimin. in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem facilius ſolet diſpenſari, ſed id tamen ſobrie non ſine magna ratione. cap.fin.de tranſlatio.epiſcop. Quemadmodum minorem maior præcedit honore,ita & crimine, cùm minor maiorum plerumque errata ſequatur,itaque quem maior ſequitur culpa,maiori plectatur vindicta.can.quia ſanctitas.diſt. 50. c.inter corporalia. de tranſlat.epiſcop. c.1. de pœnis.in cle. Quò à maioribus, id eſt, ſummis Pontificibus ſacramenta præſtantur, eò maiori cum reuerentia tenenda & veneranda ſunt.can.de his verò de conſecra.diſtin. 5. Adueniente maiori magiſtratu ceſſat minoris executio.cap. volentes.de offic.leg.Bono mediocri magnum eſt præferendum,vt inquit Hieronymus in can.non mediocriter de conſecr.diſtin. 5. Dignum eſt vt maiori minor & ſuperiori inferior deferat.cap.1.de priuileg.in extrauag.At verò è conuerſo nulla eſt iuſtitia, vt maior ſeruiat minori.can.eſt ordo 33.quæſt. 5. Quò fit vt maior non poſſit à minori iudicari, nec etiam obligari,aut accuſari. can. in Sancta can. qualis condemnatio.in fin.cum can.ſeq.2. quæſt.7. can.omnes. 6.quæſt.1. indignum eſt ſuperiores pati ab inferioribus quæ inferiores ab eis pati deſpiciunt.can.accuſationes.3.quæſtio.5. Inferior potiorem ſoluere vel ligare nequit, ſed econtra.cap.cum inferior. de maior.& obed. Et inferior iudex non poteſt ita legem imponere

ſuperiori vt intra certum terminum cauſam expediat:ſuperior verò poteſt. c.ex inſinuatione.de appel.Lex ſuperioris per inferiorem non tollitur.c.2.de electione.in Clem.Poteſt tamen maior iudex ſeipſum ſubmittere iuriſdictioni minoris. l.eſt receptum. de iuriſdictione iudic. Hinc naſcitur alia vulgaris ſubregula: Per minorem cauſam maiori præiudicium non adferri,ſed è contra.l.per minorem.de iudiciis. l.rei maioris.de except. l.vn.quæ eſt pulchra, Nihil nouari appellat.pend. Maior etiam cauſa maiori præiudicat,priuſque tractanda eſt,etiam ſi poſterius inſtituatur. l.1. & ibi notatur. C. qui accuſa. non poſſ. niſi quis ſuas ſuorúmve iniurias exeqüatur. l.neganda. C. illo tit. Quando autem maior pars poteſt præiudicare minori & quando non , oſtenditur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Ianuario,in reg.204.& 206. Medicæo reg.2.& Azone Rubr.91. Sed vt ad noſtram regulam redeamus,factum à maiori parte magis probatur,vt multis declarat Socynus reg.16. Quod obtinet primùm circa vniuerſitatem vel collegia non circa res communes , vt latè exponitur cum multis hinc inde iuribus allegatis & diſtinctionibus ab Azone in Rubr. 91. Extat etiam pulchra gloſſ. in cap. cum omnes.de conſtit.quæ diſtinguit : An aliquid pertineat ad plures tanquam ad ſingulos, an tanquam ad vniuerſos. Nam quod omnes tangit , vt ſingulos ab omnibus debet approbari.c.quod omnes.& ibi gloſſ. de reg.iur.in 6. Poſteriori caſu ſecus vt in l.Sabinus.commun. diuid

Per minorē cauſam maiori præiudiciū non infertur, ſed è contra.

Intellectus & diſtinctiones regulæ.

diuid.§.religioſum.inſt.de rer.diuiſ. Rurſus fal- lit noſtra regula in iis quæ de nouo imponun- tur,l.2.de ſeruit. l.per fundum.de ſeruit. ruſtic. præd. Item in odioſis, quales ſunt vſuræ, gra- uior minori ſupponitur. Eleganter in l. vlt. in princ.C.de vſuris rei iud.Item aliquando infe- riores in eccleſia quorum vita ſit probabilis, præferuntur iis qui propter occulta ſua pecca- ta ſe indignos ad maiores ordines eſſe faten- tur. Egregiè in cap. quæris à nobis. de ætate & qual. Item præualet id quod fit à maiori & ſa- niori parte.can.ſanè. diſt.62. c.in præſentia.de teſtib. Niſi minor pars rationaliter contradi- cat.c.1.de his quæ fiunt à maiori parte cap. ve- luti latè cum multis iuribus hinc inde allega- tis & diſtinctionibus declarat Damaſus regul. 13. Maior autem pars multifariam ſumitur. A- liquando videlicet in electione & vocum col- lectione non zelo aut meritis,ſed numero.Ele- ganter in cap.indemnitatibus. §. ſi ad electio- nem.de elect.in 6.Et pro quantitate debiti d.l. maiorem.& ſimilib. de pactis. Aliquando tam numero quàm dignitate.cap.ex ore.de his quę fiunt à maior. parte. Rurſus & minus ſolutum dicitur,vel tardius, vel nihil omninò ſolutum, & contrà amplius,magis ſolutum. l.ſi cui.12.§. minus.l.minus.32.l.amplius.82.l.ſi ita à te.150.l. non poteſt.117.l.hæc adiectio.192.de ver.ſig.fa- cit l.illud.§.1.de trib.act.§.non ſolum.inſt.de fi- deiuſ.l.decem.de ver.ob.l.decem. l.ſolidum.de ſolut.§.plus autem.inſt.de act.§.deinceps.auth. de nupt.collat.4. Cæterùm qui plus facit iuxta

Exceptiões & limitatiões noſtræ regulæ.

Quonam modo maior & minor numerus ſiue pars ſumatur.

Qui plus facit iuxta volũtatem defuncti nõ videtur cõtrà facere.

voluntatem defuncti non videtur contrà facere.l.cum in teſtamento.202. de verbor.ſignific. licet videatur aduerſari.l.qui aliena.§.1.de negot. geſt. Sed quia hæc tractatio ad verborum ſignificationem non ad inſtituti methodum ſpectat ſufficiet eam tanquàm digito tetigiſſe. Nam ſi quis acquiratius velit exquirere,ad Lexica iuris eum remittam. Sed vt exceptiones regulæ perſequar, aliquando minus offerendo meliorem offert conditionem..l.quicquid.de in diem addict. Ita videlicet, ſi alia concurrant, quibus fiat melior conditio, aliàs non, vt in l. licet.eod.tit.Ita explicat Azo in Rubr.91. Item de interpretatione, quæ fit ex natura ipſarum rerum puta de maiori & minori ex l.rerum miſtura.de acquir. rer. dom. vide elegantem tractatum cum multis iuribus & rationibus hinc inde allegatis apud Riſuicium in paratitlis. Item circa hanc noſtram gnoſin ſeu regulam vide amplius loquentem cum iuribus, ampliationibus & reſtrictionibus Petrum Duennam in regul.294.295.& 296.Diam reg.297.& Socynum in reg. 186. Item maior pars ad minorem reducitur, quando agitur de lucro captando.l. lege Leonis,C.de pact.conuent.

Aliæ exceptiones & intellectus regulæ.

CAP. III.

Minima ſiue exigua non valde conſiderantur.] Hoc eſt quod vulgo dicitur: De minimis non curat Prætor.l.omnino.de impenſis in rebus dotalibus.l.ſcio.de in integ.reſtit.l. ſi quis conduxerit.locati.l.ſi oleum. §.fin. & duabus legibus ſequent. de dolo. l. plenum. verſic

verſic.ponimus.de vſu & habitat. l.in rebus.§. poſſunt.commod.l.1.§.ſciendum. de ædil.edict. l.ſi fundum. de fundo dot. Pulchrum eſt huius rei exemplum in l.hanc venditionem.cum duabus ll.ſeq.l.res bona fide. de cont. empt. Vnde in minimo ſi æquitas ſeruetur nihil intereſt. l. item ſi precium. §. vlt.locati. l.ſi voluntate.C. de reſcind. vend. Remittitur cautio iis quibus minuta alimenta ſunt relicta : quod per Gloſſam interpretatur,decem aureorum.l.3. §.quanuis. ſi cui plus quàm per legem Falcid. Proceſſus negotij friuolis occaſionibus & minimis non retardetur. cap.cum ceſſante. de appellat. Item nihil & parum æquiparantur Baldus in Auth.præterea.C.vnde vir & vxor.Fiunt nonnulla ratione modici præiudicij, quæ aliàs non concederentur. Doctores notant in d.l.ſcio.& Auth.præterea.iſtud quoque latius tractat Medicæus reg. 1. & 5. Item Riſuicius & Donatus Fina lib. 5. Repugnat huic regulæ vulgatum theorema : in obſcuris minimè eſſe ſpectādum iuxta verſum: *Paraphraſes regulæ per multa themata.* *Exceptiões.*

Semper in obſcuris,quod minimū eſt ſequimur. l.ſi ita ſit adſcriptum. l.idem Iulianus.§.ſcio.de leg.1.l.qui concubinam.§.1.l.minimis.de legat. 3.l.inter pares.de re iud.l.ſi ita ſtipulatus fuero decem.de verb.oblig. cap. ex parte. de cenſib. Inde minor taxatio ſi ſit de conſuetudine ſeruatur,non autem maior ordinatio.Pulcher textus in cap.vnic.verſic. noſtra tamen.de cenſib. in extra. comm. iſtud quoque latius tractatur cum ampliationibus & limitationibus à Socy-

Intellectus regulæ.

E duobus malis minus eligendum.

no reg. 19. Riſuicio in paratitlis. Medicæo reg. 5. & Dia in reg. 464. Modicum autem ſiue minimum iudicatur arbitrio iudicis veluti ferè omnia, vt latè declarat ibidem Mediceus. Item alia quoque regula: E duobus malis minus eligendum. Id eſt, ſi periculi neceſſitas vnum ex his admittere impulerit minus eligendum, ſeu, vt Ariſtoteles in Ethicis lib. 5. cap. 3. melius ſcribit, maius euitandum: quod quidem puræ rationis acumine inueſtigandum eſt. can. duo mala. diſtinct. 14. l. diuus. de vſu & habitat. l. quoties. 201. de reg. iur. l. Sempronius. de leg. 2. cap. cum dilectus. cap. cum olim. de conſuetud. Quanquàm id in foro conſcientiæ vix admitteretur ex can. quod ait. diſtin. 14. Quæ regula alibi latius tractatur. Item differentia ſtatuitur inter paruam & magnam dotem. Authen. quod locum. C. de collat. Hæc enim etiam inuito patre a filia exigi poteſt. Item appellationibus quæ pro cauſa leui fiunt, non minus eſt quàm ſi pro maioribus fierent deferendum. c. de appellationibus, de appellat. Vnde dicit Paulus Caſtrenſis,

Aliæ exceptiones & diſtinctiones.

Pauperi vitulus eſt caſtrum. Et Iuſtinianus Imper. non ſolum bella, inquit, bene ordinamus, ſed & res ludicras. l. fi. C. de relig. & ſump. fun. Fallit item regula in caſu. l. ſi proprietarius. circa fin. de damn. infect.

CAP. IIII.

Par in parem non habet imperium, nec vtitur priuilegio.] l. ille à quo. §. tempeſtiuũ. ad Treb. l. nam magiſtratus. de recep. arb. l.

apud

apud eũ.de manum. Vnde Rex, Papa, ſiue alius Princeps nullum poteſt ſucceſſori ſuo præiudicium inferre, quia pari, imò eadem poteſtate functurus eſt.c.innotuit.de elect.Poteſt tamen maior iudex ſeipſum ſubmittere iuriſdictioni minoris ſiue paris. l. eſt receptum.de iuriſdict. om.iud.Neque item habens priuilegium eo vtitur aduerſus pariter priuilegiatum. l.2. & ibi Bald. C. de priuil. fiſci. l.verum. §.fin.de mino. Nam vbi concurrunt duo paria priuilegia, rediguntur ad ius commune. Sed nonnunquam tempore, aliquando ex cauſa & concurſu iudicantur abſque vlla prælatione. l.priuilegia. de priuil.cred.l.ſi hominem. §.fin.depoſiti.l.ex facto.de peculio.l.ſed & milites.§.1.de excuſ.tut. Auth.perpetua.C.de ſacroſ.eccleſ.l.aſſiduis.in fin.C.qui pot.in pign.At verò etiam ius prælationis locum habet, vt in Authen. quo iure. C. eodem. de quo iure prælationis infrà ſuo titulo latius tractabo.

Paraphraſes regulæ per varia ſchemata.

Reſtrictiones.

Regularum generalium Iuris,

LIBER TERTIVS.

In Tit. de Principio, Medio, & Fine,

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

IN comparatione primùm ſpectari diximus tempus. ſed quoniam in temporis ratione ineunda principium, medium & finis

Cõtinuatio.

ſinis maximè conſiderantur, ideò de iis paulò antè dicendum eſt. Non itaque inutilis erit hæc tractatio, qua de extremis duobus & mediis agitur: quandoquidem apud Iuriſconſultos magis quàm aliarum diſciplinarum profeſſores notabilis & frequens in vſu venit. Principij autem nulla eſt origo. nam ex principio oriuntur omnia, ipſum nulla ex re alia naſci poteſt, vt inquit Cicero lib.1. Tuſc. quæſt. & in ſomnio Scip. Quod principium, atque finem Deum ipſum veteres Ægyptij literis ſuis expreſſerunt. Conueniens eſt diuina illa & præclara vox Euangeliſtæ: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. *Iſtic tamen vulgari & trita interpretatione hos terminos accipimus, vt principium pro inchoatione, medium continuatione, & finis pro perfectione operis ſimpliciter intelligatur. Sed quod communi prouerbio dicitur:* Dimidium facti habere, qui cœpit. *Imò rectè Plato ſexto Dialogo de legibus corrigit, plus quàm dimidium eſſe, quia rectum principium nunquàm ſatis laudari poſſe exiſtimat. Media item ſemper beata philoſophi tenuerunt: ſed multò verius de fine dici putarim, qui teſte Apoſtolo, corona totius operis, omniumq́; rerum perfecta figura nuncupatur.*

Principii cõditiones.

Qui bene cœpit habet plus dimidio facti.

Mediũ & finis beata.

De Principio, Medio, & Fine. Tit. j.

CAP. I.

Appellatione cuiuſdam actus venit in dubio ille qui perfectus & cõſummatus eſt.] Quod

Quod Græci ἀποτέλεσμα ſeu τετελεσμένον ἔργον vocant.l.rei appoſitio.5.§.fi.l.ædificia.39.§.perfeciſſe.l.vrbana.166.§.pernoctare. de verb. ſig. l.1.de orig.iur.l.ſi is.§.quædam. ad legem Falci. l.1.§.vlt.Quod quiſque iuris.l.1.§.vlt.de edend. Huc pertinet.l.ſi cui legetur.de legat.1.l.librorum.§.ſed nec cœpti.de lega.3. l.is cui ita legatum.Quando dies leg.ced. l.item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. de iniuriis. l.ſi quis legatum.l.qui falſam.ad legem Corn. de falſis. l. aſſiduis.verſic.& ideo. C. qui pot. in pign.can. nihil contra.7.quæſt.1. Nam eo ſanè maius habebit perfectio ponderis,quòd per illam ad ſimilitudinẽ vetuſti illius operis redeamus,quod ſummus mundi fabricator abſque vllo vitio ſeu imperfectione conſtruxit. Vnde ſcitè dixit Apoſtolus: *Omne donum eſt perfectum deſcendens à Patre luminum.* Nihilq́; actum creditur, ſi aliquid addendum ſupereſt.l.fi.C.de his quibus vt indig.can.nihil.7.quæſt.1. gloſſ.in cap.1. de renunt.cap.quod autem.de iure patrona.§. ex eo.inſt.quib.mod.teſt.infir.§.id autem.inſti. de verb.obl.cum infinitis aliis iuribus, quæ ab Azone in Rub.1.allegantur. Perfecto autem & ſuis numeris abſoluto opere nihil poteſt addi vel detrahi.l.2.C.de vindic.liber.can.2. diſt.96. Suffragatur regula, quòd feciſſe non intelligitur, qui propriam formam quæ ex conſummatione contingit,non dederit.l.ſi is quadringenta.§.quædam.ad legem Falc. Accuſaſſe non dicitur niſi qui ad perorationem vſque ſuſtinuit. l.qui cum natu.verſic.accuſaſſe.de bon. libert.

Ratio.

Parophraſis regulæ multis iuribus & exemplis illuſtrata.

Magna

Diſtinctiones & intellectus regulæ. Magna eſt porrò differentia inter cœptum tantùm & id quod abſolutum & perfectum eſt: quemadmodum belliſſimè exéplis demonſtratur in l.alia cauſa eſt. C.de his quib.vt indign. can.inſtitutum.cum ſeq.27.quæſt.2. Elegans eſt quoque & notabilis regula in criminalibus, perfecto flagitio grauius punitur: imperfecto minus.l.1.in fi.de extra.crim. Et attentatio leuius punitur, tametſi perfectum non ſit delictum.l.is qui cum telo. C.ad legem Corn.de ſicar.l.quiſquis.C.ad legem Iul. maieſt. Quod vtique in grauioribus intelligitur & declaratur amplius per ampliationes & reſtrictiones à Socyno eiúſque interpréte in reg.xlx. Item quod cœptum eſt prodeſt, licet completum non fuerit,aliquando non vt pro diuerſis qualitatibus & reſpectibus diſtinguitur ab Azone in dicta Rubr.1.item nonnunquam quod ab initio non tenebar facere, ſi cœperim, perficere cogor.§. non autem. Auth.de here. & Falcid. §.omnem. Auth.de litig.§.ſi quis autem.Auth.de eccl.tit. Alia eſt quoque diſtinctio inter eum qui cœptum perficit,& qui nouum inchoauit. l. ſi pupillus §.1.l.ſi quis alicui.de acquir.hered. Hinc *Subregulæ* naſcuntur multæ ſubregulæ: Nihil cœptum imperfectum relinquendum eſt, ſed omnia debent ad plenum effectum perduci. l.vn.in prin. C.de emendando Cod.Iuſt. l.vlt.qui potior. in pignore.Item imperfectum nullum eſt, nec arbitrio iudicis perfectum fieri poteſt. l. bouem. §.ſi ſub conditione.de ædil. edict. can. ſi qui epiſcopi.1.quæſt.1. Item dimidium facti qui cœpit

pit habet, vt in præfatione dixi & Azo multis iuribus comprobat Rubrica prima. Verumtamen aliquando perfectum ſumitur pro nondum abſoluto. l. euictis. C. de vſuris. Quin & communi vſu loquendi vocatur inchoatum, etiamſi ad effectum ſit perlatum: verbi gratia: incepit eſſe doctor, & cœpit furere. §. illud. Et ibi notatur Auth. de æqua. dot. collat. 7. l. certè. de precario. Item nonnunquam cœptum habetur pro perfecto in fauorabilibus. l. à vobis. de annuis leg. l. etſi non ſunt. §. infecti. de auro & argento legato. Vt dicitur de poſthumis. l. qui in vtero eſt. l. qui in vtero ſunt. de ſtatu hom. l. vel viuo. de ſuis & legit. her. facit l. 1. de manumiſſ. l. ſi maritus. §. lex Iulia. ad legem Iul. de adult. l. ad rempublicam. de mun. & ho. l. 1. ſi quis cautio. Glo. & doct. in l. qua ætate. de teſtamen. multos alios textus ad hanc rem & doctores allegat Medicæus reg. 5. Facit etiam eleganter l. in vſucapionibus. cum ſeq. de vſucap. & l. pe. in prin. de diuerſ. & temp. præſcrip. vbi de præſcriptionibus odioſis agitur. Licet interdum & ſæpius oporteat expectare vltimum terminum quando ſcilicet fauorem continet. l. in omnibus. de act. & oblig. l. 3. de iure immu. l. non putabam. de cond. & demonſt. l. ex his verbis. C. quando dies leg. ced. qui eſt pulcher textus & quotidie allegatur. Huc pertinet quæſtio non infrequens. An ſcilicet dies vel annus cœptus habeatur pro completo, quam quidem infra appoſitius diſcutiemus in tit. de tempore. At verò quãdo cœptum habeatur pro completo

Exceptiões.

pleto,& quando non,tractat ſubtiliter Damaſus in reg.86.multa hinc inde iura allegans,vbi inter cætera diſtinguit in eo qui habet bonam voluntatem cœptum haberi pro completo.Sed id theologicè verum eſſe arbitror. Item notabile eſt quòd vſucapio finiri dicatur, licet non inchoetur.l.rerum.l.nunquam.§.vacua.de vſucap.Et deſinit qui non cœpit.l.ſi ſeruus.§.ſi calicem.ad legem Aquil. l.id quod ſub conditione.de conſtit.pecun.Sed id fit impropria vocabuli ſignificatione, vt cum multis aliis iuribus hinc inde allegatis & diſtinctionibus declarat Azo Rubr.9.

Notabilia

CAP. II.

VT vnaquæque tractatio omnibus ſuis partibus & numeris conſtet, ab origine ſeu principio incipiatur.] inquit Caius in l.1.de origine iur.l.quid ergo.in princ.de his qui not.infam.l.3.§.de mino. l. ſi tamen ſciente. ad Maced.l.Rutilia Polla.de contrah.empt.Ratio eſt,quia cuiuſque rei potiſſima pars principiũ, vt in præfatione dixi.Vnde illi verſus:

Ratio.

Ab Ioue principium Muſæ,Iouis omnia plena.
Et,Dimidium facti,qui bene cœpit,habet.

Facit ad regulam l. ſi voluntate. in fine. C. de reſcind.vendit. l.3. §.diui fratres. de iure fiſci.l.2.l.in pupillo.de ſolut.l.Cæſar.de Publicanis.l.is qui ſuis.§.1.de manumiſſ. §.non autem. Authent.de hered.& Falcid.canon. placuit. 3. quæſt. 10. Hinc primæuus contractui eſt inſpiciendus, vt ex eo omnis denominatio actionis ſumatur. l. 1. §.idem Pōponius.& §.non ſolum. depoſi

Expoſitio regulæ per textus & ſchemata.

depoſiti. l. ſi procuratorem dedero mandati. l. ſi id quod. §. ſi filiusfamilias. pro ſocio: ita in teſtimoniis conditio teſtium tempore lati teſtimonij inſpicitur. l. ad teſtium. §. 1. de teſtam. l. quoniam. C. de teſtib. cap. cum cauſam. & ibi gloſ. de teſt. facit l. 2. C. de iure cod. l. ſi alienum. §. in extraneis. de hęr. inſt. l. Rutilia. de act. emp. l. vſumfructũ. de vſu & vſuf. leg. l. vn. in fi. C. de impon. luc. deſcri. Idem in vſucapionibus. l. ſequitur. §. de illo. l. ſi is qui pro emptore. §. ſi quis bona. de vſucap. idem in ſtipulationibus & aliis contractibus. l. non omne. 187. in fi. l. quod quis. 189. l. ſi filius. de reg. iur. l. ſi filius. de verb. oblig. l. nouiſſima iudicatum ſolui. Idem in delictis. l. 1. de pœn. l. quamuis de furt. Idem in honorib. ſeu munerib. l. libertus. §. præſcriptio. ad mun. l. honor. §. 1. de mu. & ho. in obligationibus. l. 3. C. ad Maced. in poſſeſſione. l. 2. §. ſi ſeruus. l. qui fundum. §. qui bona pro emptore. l. clam poſſidere. de adq. poſſeſſ. Atque etiam in condemnatione prior lex, quæ tempore actus viguit. §. 1. & ibi notatur Auth. vt cum de appellat. cog. coll. 7. Iuuat etiam quod in fauorem filiorũ ſufficit tempus natiuitatis non teſtamenti inſpicere. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. de lib. & poſt. Itẽ quod valdè notabiliter ſcribitur à Doctoribus, quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, illud inſpici debere ex l. damni infecti. §. Sabini ſententia. de damno infecto. Item abſurdum eſt ipſa origine rei ſublata eius imaginem relinqui. l. 1. in pr. C. de latina lib. toll. Item quia ſtatus contractus non *Notabilis intellectus.*

m ſump

ſumpſit initium ab origine æquitatis,ideò non firmatur præſcriptione. can. ſacerdotes.16.q.3. Et omnia regulariter diſponenda ſunt, à quo ſumpſere principium. can.rogamus.24.q.1.Cauſa & origo non iudicij poteſtas præualet. l. qui id quod.de donat. Item in omnibus rebus certum debet ſpectari initium, itémque finis, vt euitetur confuſio. Pulchra l. vetus. cum l. ſeq. de tritico vino & oleo leg. Traduntur autem pulchræ diſtinctionis huius regulæ in l. Pomponius in 2. cum ſeq. de negot. geſt. l. 1.& l.qui balneum.qui potiores in pig.Item vbi cœptum eſt ſemel iudicium non diſquiritur eius origo. l.3.§.Idem ſcribit de peculio. l.in lege.de cont. empt. Item non originem ſed exitum inſpici habetur in l.1.§.item ſciendum.de aqua plu.arcend.Item etſi poſſeſſionis non contractus initium,quoad vſucapionem inſpiciatur,aliquando tamen non initium præſentis poſſeſſionis, ſed cauſam antiquiorem traditionis,quæ bonã fidem habuit, attendimus vt eleganter in l.iuſta.§.etſi.de vſuc.Sed & circa hanc noſtram regulam vide multas exceptiones, ſolutiones & diſtinctiones Azonem in Rubr.1.& 104.& Damaſ.in reg.94. Multa quoque de principiis notat Henricus Riſuicius. Item quando initium ſuſcepti iudicij & quando finis ſpectetur. itemque in contractibus multa adducuntur ab Azo Rubr. 2. Ad hæc non ſemper initium cuiuſque rei ſed ſingula momenta ſpectamus quantũ ad bonã fidem attinet. l.qui bona fide.de adq.rer. do.Item aliquando tempus partus, interdũ verò

Diſtinctiones & limitationes.

rò cōceptionis ſpectamus prout fauor liberorū dictat.l.fi.de adq.rer.do.l.nuper.C.de nat.lib.

CAP. III.

MEdia via ſequēda eſt quæ nemini noceat.l. l.1.ſi quis caut.l.antiqui. ſi pars hær. pe. l. cum quidā.C.de ver.ſig.§.vlt.inſt.quib. ex cauſis manum.§.illud quoque.Auth.de triente & ſemi. coll. 3. §. quoniam. Authent. de nupt. collat.4.§.1.Authent.de conſulib.coll.4. l.continuus.§.is qui.de verb.oblig.l. ſed hæc neque. de procurat. Ita dum concurrunt duo habentes tantùm probabilem rationem res controuerſa inter eos diuidatur.l.1.de ſtip. ſer. l.ſi paterfamilias.de hæred.inſt.gloſſ.in l.Neſennius. de neg.geſt. facit pulchrū Salomonis iudicium in cap.adferte mihi gladium.de præſumpt.Melius eſt per mediocritatem cauſam dirimere.l. filio.in fine.vt leg.vel fideic.no.cau. l.3.§.ſed & ſi quis optionem. C.communia de leg. vbi nedum , inquit , legatarium fouendum exiſtimamus , heredis commoda defraudentur, & l.ſi quis argentum.§.1.C.de don.Et medium quoddam in rebus lex diuina conſtituit. can. lex æterna.23.q.5. Item medium in ſententiis eſſe tenendum docet Azo Rub.1. nam media via in ſententiis præualet , vt quandoque admittatur, quandoque non ſecundum ſuas diſtinctiones ex cap.literas.de reſtitut.ſpoliat. Vnde extat illud Ouidij:

Explicatio regulæ per varia themata & authoritates.

Cum media ſemper gaudebam ludere forma,
Maior enim mediis gratia rebus ineſt.

Minor aūt pro medio interpretatur. l.qui lāc.

Subregula Media in tempore nõ nocent. de auro &arg.leg.Hinc emanat alia ſubregula: Media in tempore non nocere.l.ſed & ſi conditioni.§.ſoluemus.l.ſi alienum.§.fin.de hær.inſt. §.in extraneis.inſt.eod.tit.l.conficiuntur.§.1.de de iure cod.l.fi.C.de his quib.vt indig.Pulchrũ exemplum.l.in bello.§.captiui.de capt.& poſtl. reuerſ. Imò medium tempus habile aliquando prodeſt.Notatur l.2.§.in auo.de decurio. Iuuat quod ſ. notauimus de interuallo modico medij temporis quod non nocet. l. 1.§.præſens.l.ſi ita quis promiſerit.de verb.oblig.Item in conditionibus.l.1.§.exigit.de bon. poſſ.contra tab.

Diſtinctiones & exceptiones. Aliquando tamen medium tempus impedit. l. qui ex liberis.§.1.D.illo tit. item nonnunquàm maior,nunc minor,nunc mediocris ſumma intelligitur ex varietate rerum & circunſtantiis perſonarum, vt multis hinc inde allegatis iuribus probat,diſtinguit, ampliat & limitat. Azo in Rub.50.Qui etiam interdum medium,interdum finem eſſe ſpectandum multis iuribus, diſtinctionibus & rationibus docet, in Rub.1.& Rubr. 29. At verò medium eſſe ſpectandum in opinionibus, ſententiis & promiſſionibus generaliter factis cum multis hinc inde iuribus

Notabilia & diſtinctionibus tradit Damaſus reg.64. Medium porrò tam principium quàm finem reſpicit niſi ſit ab aliis ſeparatum. cap. ſecundo requiris.cap.inquiſitioni.de appel. Licet regulariter genus in medio poſitum per præcedentia & ſequentia reſtringatur.l.quæſitum.§.1. de legat.3.l.Seiæ.de fundo inſtr.

CAP

CAP. IIII.

FInis exitus cuiuſque rei ſpectatur.] l. 3. §. minorem.de minor.l.ſi procuratorem mandati.l.3.§.1.& ibi gloſſ.de iure fiſci. cap. cum dilecti.cap.cum cauſa.de cont.empt.iuncta l.2. C. de reſcind. vend. Ratio eſt. nam exitus acta *Ratio.* probat,& ex euentu quid in præteritum fuerit declaratur. l. ordinata. de lib.cauſa.l.qui res.§. rem autem. de ſolut. cap. fraternitatis.de frig. & malef.cap.2.de ſepult.in Clem. l.quidam. de reb. dub. l. cum Sylleianum. de his quæ vt indig. l.his qui.de pub.l.rem non nouam.§.fin.C. de iud.l.fi.C.qui accuſare non poſſ. Hinc fit vt *Paraphraſes regulæ multis iuribus & exemplis probatæ.* inſpiciatur tempus quo ſolutus eſt homo, non quo agitur. l. hominem mandati. idem in delictis, quod maxime in Gallia obſeruatur vbi euentum rei, in quo ipſa res manſit, ſolùm conſideramus. Nam licet ab initio animum occidendi non habuerit, tamen furor & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodiit, dãnatur vt ſingulariter notatur in can. ſtudeat. diſt.50. Item quæ vltimo loco dicuntur facilius memoriæ commendantur.can.liquido de conſecr.diſt.2. Item mora vltima nocet vt notatur eleganter in l.ſi ſeruum.§. ſequitur.de ver.obl. l.illud. de peric. & commodo rei vend. Quod amplius declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus per Socynum in reg.329.

CAP. V.

INdefinita locutio æquipollet vniuerſali.] l.ſi ita relictum.l.ſi pluribus.de leg. 2. l. ſi plures. de leg.3.l.quidam heredem.& ibi gloſſ.de tri-

tico vino & ol.leg.l.pluribus.de acceptil.l.1.C. de lib.præt.l.ſi quis ita.de teſtam.tut.can.ſi eos qui in fine. & ibi gloſſ.1.q.1.l.ſeruus. C.de pœn. c.1.de ſequeſt.poſſ.cap.relatum. in 2.de teſtam. cap. ſi quem ſub hac forma. de ſent. exc. l. ſeruitus. de ſeruit. vrb. præd. cap.in Geneſi & ibi Abbas nu.1.de electio.Bart.in l. omnes populi, de iuſt.& iur.& in l.1.de regul.iur. Ratio huius regulæ, quia quod indefinitè dicitur generaliter eſt intelligendum. can. decet. can. ſi.31.q.1. vulgata. l.de pretio. de public.Alia eſt quoque ratio: Cauendum ne dum in infinitum res reducitur pro ſua impoſſibilitate cadat. Singularis textus in l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Vnde cùm aliquid dicitur ibi eſſe, non intelligitur tantum de angulo vel loco, vbi quis fuerit, ſed de tota poſſeſſione, in odium ſcilicet vi deiectionis.l.1.§.quod autem ait prętor. de vi & vi armata. Hinc dependet ſubregula: Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. l.plane.in 2.§.vlt.de leg.1.Quæ quidem eſt norma Geometrica de his quas certas & indubitabiles vocamus. Sciendum eſt autem interdũ infinitum admitti. l. videamus. §. iurare.de in litem iur. Aliquando verò explodi. l.2.§.ſi quis decem.& ibi gloſſ.de leg.3.l.ſi.C.de ſacroſ.eccl. cap.cum multi.de reſcript.in 6.quemadmodum etiam fuſius oſtendit Riſuicius. Quod ita conciliatur, vt regulariter infinitas explodatur: tamen aliquando toleretur, vel ex præcepto Prætoris, vel ex voluntate partium, vel ex proprietate verborum generalium, vel ex permiſſione

Rationes.

Paraphraſis regulæ.

Subregula Finiti ad infinitum nulla eſt proportio.

Infinitas interdum admittitur interdum reiicitur.

ſione legis vt Azo docte diſtinguit multa iura pro huiuſce regulæ explanatione allegans, in Rub.102. Sed indefinita non ęquipollet vniuerſali, cum ab vniuerſali poteſt ſecerni. §. tua gratia inſtit. de mandat. Porrò noſtra regula latè declaratur cum multis aliis iuribus, diſtinctionibus, ampliationibus & reſtrictionibus alſegatis ab eodem Azone Rub. 17. & à neotericis puta, Ptateio reg. 423. Medicæo reg. 2. Damaſo reg. 112. & Donato Fina lib. 5. *Exceptiones.*

CAP. VI.

QVæ in principio ſeu pręfatione dicta ſunt, cenſentur repetita in ſequentibus vſque ad finem.] l. lecta. ſi cert. pet. l. item quia. §. vlt. de pactis. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. de edendo. l. cum ſeruus. de condit. & dem. l. Titia. §. idem reſpondet. de verb. oblig. §. et ſi ex diſparibus. inſt. de vulgari. §. illud. inſt. de ſociet. l. quemadmodum. §. vlt. ad legem Aquil. l. cum ſeruus. C. de hered. inſt. §. præterea. inſtit. de inutil. ſtip. facit ad hanc regulam l. ſi tibi & mihi. §. vlt. de legat. 1. l. legatorum. §. 1. de legat. 2. l. quoties. C. fam. erciſc. l. non iuſtam. C. ad Trebel. Iaſon in l. eam quam. C. de fideicom. Notatur in l. 1. C. de impub. & l. fin. ad Trebel. Ratio inde poteſt deſumi. Quia exitus conſonans debet eſſe principio. l. vbi cœptum de iudiciis. canone nil extra patriam. 3. quæſt. 9. can. ſi ex bono. in fine de pœnit. diſtinct. 4. Cicero de Oratore: Paria, inquit, debent eſſe extrema primis. Vnde difficile eſt vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. can. *Ratio.* *Paraphraſes regulæ.*

principatus.1.q.1.can.miramur.diſt.61.§.1.verſ. an certe.Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffrag. coll.2.can.in nomine.diſt.23. Pulcher & aureus textus in §.1.Auth.quomodo oporteat epiſcop. coll.1. vbi bene omnia & competenter geruntur ſi rei principium fiat decens & Deo amabile.

Intellectus regulæ. At verò principia cuiuſque negotij aliquanto dulciora eſſe debet, quàm extrema, ne ab incœpto metuendo auſteriora deterreant exẽplo Pauli Apoſtoli ad Chorinthios: necnon Gregorij ad Anglos, quibus ſpecialia quædam circa nuptias indulſit, ne bonum quod infirma radice plantatum erat, erueretur, ſed aliquantulùm firmaretur,& vſque ad perfectionem cuſtodiretur. can. quædam lex Romana. 35. q. 2. Multi etiam benè incipiunt,qui in malo vitam finiunt. can. multi. de pœnit. diſt.2. Sciſmatici ab initio feruent: incrementa verò habere nõ poſſunt,quòd illicitè cœperint,ſed ſtatim cum ſua praua æmulatione deficiunt. can.Nouatianus.7.q.1. Et è contra ſæpe ſiniſtra principia ad fœlices perueniunt exitus,can. nunquam 1,q.1.

Subregulæ Ex hac regula multa quoque deriuantur. Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, & è contra.l.3.de fundo inſt. vt ibi colligit Bartolus qui eſt verè magnum iuris lumen. Item generali verbo ab initio poſito etiam ſequentia comprehenduntur. l. Paulus.in fi.de pign.l. cum ſeruo.§.1.de cont.empt. Quod quidem latius declaratur cum multis iuribus hinc inde

Ampliationes. allegatis in Rub.94.Item vſque adeo iſta regula procedit, vt in contrarium oportet euiden-

tem

tem teſtatoris voluntatem exprimi. l.ſi plures. de vulgari. Vnde nihil intereſt, vtrum inhibeatur, primo, ſecundo loco, medio, an ſine: cùm (ſicut vtriuſque iuris argumenta nos docent) ea quæ in principio ad medium & ad finem: illa verò quæ in medio ad finem atque principium ſæpe referri contingat. Elegans caſus in cap. ſecundo requiris. de appellatione. Verum enimuerò multæ ſunt limitationes iſtius regulæ. Primùm ſi repetitio reddat præcedētia inutilia, tunc facta non cenſetur. l. Titia, §. idem reſpondit. l. ita. §. Chryſogonus. de verb. obl. Item ſi inter præcedentia & ſequentia nō modicum interuallum exiſtat. Qua de re multa hinc inde iura allegat Azo in Rub. 60. Itē quando articuli diſiuncti ſunt, vt in d. cap. ſecundo requiris, vt diſtinguit Damaſus multa hinc inde iura allegans in reg. 59. facit ad hoc l. niſi. §. item ſi ipſe. Si plus quàm per legem Falcid. l. per retētionem. C. de vſur. Item ſi aliqua ratio vel occaſio adſignetur ob quam non fiat repetitio, quòd potiſſimùm ex præſumpta voluntate loquentium apparet. l. licet. de leg. 2. vt cum aliis iuribus declarat Azo in Rubr. 55. Atqui è contra: Clauſula in calce poſita refertur ad omnia præcedentia, modò ſit cōtinuata ſcriptura. cap. olim. de reſcriptis. Bartol. ex l. fin. de reb. dub. Item ex oppoſito regulæ. Ex ſubſequentibus pręcedentia declarantur. l. 1. de feriis. l. heredes. §. ſed etſi notam. de teſt. l. qui non militabat. §. 1. de hær. inſtit. l. 2. §. mutui datio. ſi cert. pet. l. 2. de adm. rer. ad ciuit. pert. can. principatus 1. q. 1. *Limitationes & diſtinctiones.*

Quod

Quod quidem amplius cum multis limitationibus & diſtinctionibus explanatur ab Azone Rub.10.Item à Riſuicio & Medicæo reg.1. Fallit etiam regula noſtra ſi actus ſint diuerſi vt notat Panor.in cap.dudum.de conuerſ.coniug. Porrò quando dies appoſita in vno inſtrumento eodémque protocollo cenſetur in ſequentibus repetita cum ampliationibns & reſtrictionibus tractat Scipio Ianuarius reg. 57. Pro declaratione quoque regulę multas ampliationes,limitationes &diſtinctiones adferunt Donatus Fina lib.5.& 3.& Socynus reg.420.

CAP. VII.

Nouiſſima derogant prioribus.] l. pacta nouiſſima.C.de pact.l.tempore.C.de pact. inter empt. l. ſi ea quæ. C.de don.l.ſi iure. de leg.3.l.ſi mihi.§.in legibus. de legat.1.l.1.§.fi. de ſtipul. ſer. §.vlt.inſt.de iur.nat.§.poſteriore. inſt.quib.mod.teſt.infir.§.vlt. Auth. de defen. ciuit.coll.3.facit pro vltima voluntate. l.tutor datus.de teſta.tut.l.tranſlatio.de adim.l. quod traditum.cum l. ſeq. de condition.& demonſt. l.plane in princ.de leg.1.l.ſi quis eum. de vulg. l.liui.§.1.de iure codic.l.ſi idem ſeruus:de leg.2. Scitum eſt illud prouerbium: Δευτεραὶ φροντίδες σοφωτεραι. Nam præcedere potius hoc videtur, quod factum eſt nouiſſimè.l.ſi quis ante.de adquir. poſſeſſ. Exempla huius regulæ ponuntur in contractibus. l. ſi vnus. §.pactus ne peteret. l.emptor.de pactis. l.ſi quis cum procuratorio. §. fi. de procur.l.duobus.§.fi.de iurei.in edictis Prætoriis. l. ſi opus nouum.de oper.noui nunt.

Ratio. Declaratio regulæ per authoritates & exempla.

In

In teſtamentis & vltimis voluntatibus. l. in ipſius.C.famil.herciſ.l.3.C.de codic.l.clati.C.de fideicom. In iuramentis.cap.tua nos.de iureiu. in reſcriptis. cap.3.de reſcrip.in ratihabitione. cap.2. de his quæ fiunt à prælato. In votis. cap. qui poſt votum. de reg. & trãnſ. ad rel. in 6.in ſponſalibus. cap. 1. in fin.de ſponſ.& mat.in 6. Et priores leges ſecundum poſteriores intelliguntur, ſi aperte declarentur. l.fin. de conſtit. pec.Quin etiam nemo poteſt ſibi eam legem dicere ne à priore voluntate recedere liceat. l. ſi quis in principio. de leg. 3. Nouiſſimum autem ſic interpretatur vt ſit æternum , id eſt, quod perpetuo comprobatur &durat.cap.cum Marthæ de celeb.miſ. Sicuti is vltimus dicitur,quẽ nemo ſequitur : proximus quem nemo antecedit :primus poſtremúſque qui ſolus occurrit. l.2.§.legitima hereditas.de ſuis & legit. Multæ autem limitationes & diſtinctiones traduntur in hac regula & penè infinitæ , ſed celebriores & vtiliores apponendæ ſunt. Primùm itaque fallit in contractibus, qui quidem irreuocabilem vim habent poſt trãſlatum dominium, niſi contraria voluntate ſit inter contrahentes diſceſſum à priori. l.ſi id quod pure.de reſc. vend. l.pacta conuenta. in fin.de cont.empt. facit l.ſi te filium.inſt.de her.inſt.§.fi.inſt.de cod.l.ſi pluribus.de leg.1.l.1.de dote præl.Item poſteriores leges ad priores pertinent vt ſecundùm eas intelligantur niſi aliter apertè declarentur.l.non eſt nouum cum duabus ll.ſeq. & ibi notatur de legibus. Item poſterius inualidum non rumpit

Intellectus.

Limitationes & diſtinctiones.

prius

prius validum vt in iuramento. cap. veniens. de iureiur. cap. ſicut ex litera de ſponſ. & mat. Faciunt expreſſe cap. illud. cap. cum laici & cap. ſuggeſtum. de iure patron. Item per poſteriores literas ſeu conſtitutiones prioribus non derogatur niſi ita expreſſe cautum fuerit earum facta mentione. Non enim ſufficit indefinite loqui. Elegans textus in cap. 2. de dolo & contu. cap. inter monaſterium. de ſen. & re iud. cap. 1 & ibi notatur de conſtit. in 6. cap. 1. §. fin. de hered. in Clem. cap. oblatæ. in fine de appellat. cap. ex parte. in princip. de offic. & pot. iud. del. Item poſteriores literæ prioribus nõ derogant niſi aliquid malitioſe cautum in iſtis fuerit. ca. bonæ memoriæ. de confir. vtil. Item non derogant prioribus, quæ ad communem omnium vtilitatem ſpectant, niſi ſpecifica earum in vltimis fiat mentio. cap. vn. circa medium. de iud. in extrauag. commun. Item in diuerſis & contrariis conſtitutionibus non poſteriores ſed veteres apoſtolicę ſimplicitati & veritati propiores præualent, quod præclarè elucidatur contrariis iuribus hinc inde allegatis & diſtinctionibus à Damaſo in regul. 133. Item antiquiorib. priuilegiis non derogari per poſteriora probatur in 25. q. 2. per totum. item alia eſt pulchra diſtinctio vt regula locum habeat ſi res fuerint integræ, alias ſecus. l. ſi inæqualibus. & ibi gloſſ. de hær. inſt. l. 2. l. ſi quam. & d. l. ſi id quod. C. de reſcind. vend. vbi Bartolus aliam tradit diſtinctionem: Quod ſcilicet per contractum poſteriorẽ imperfectum nõ diſcedatur à priori.

Fallit

Fallit etiam regula,quando eſt adiecta in priori clauſula derogatoria.l.ſi mihi & tibi.§.fin.de legat. 1. Item in libertatibus directis leuiſſima ſcriptura ſpectatur,in fideicommiſſariis nouiſſima,quia ad volūtatis præſumptionem recurrimus.Pulchra.l.in libertatibus de manu.teſta. Item poſterior cōuentio,quæ in alterius perſona interceſſit,ſtatum & naturam obligationis, quę duos initio reos fecit,mutare nō poteſt.Elegāter in l.eandē.§.1.de duob.reis.Item quando ſunt inuicem compatibilia , vt dicunt, non derogant , niſi voluntate derogatoria aliquomodo comprobetur. l. 2.C.de teſta.tut.Sed ſanior & cōmunior eſt diſtinctio Azonis inRub. 94. vt quando agitur de vltimis voluntatibus, aut vero,vbi ſolo conſenſu poteſt diſcedi regula ſit vera. Non autem ſi de contractibus & aliis rebus vbi non poteſt diſcedi ſolo conſenſu: in cuius rei probationem multa iura allegat. De hac regula late tractat Donatus Fina. lib.5. vbi multæ etiam ſubregulæ traduntur & probantur ampliſſime quę ex hac proueniunt. Vide quoque declarationem ampliorem noſtræ regulæ cum ampliationibus & limitationibus apud Bernardum Dias reg.789.

In Tit.de Tempore & Termino,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ. *Continuatio.*

Non abſque ſumma ratione Ariſtoteles, vt ſ. dixi,primum comparationis locum incœpit à tempore. Quandoquidem multò potentius eſt *Temporis commēdatio & conditiones.*

legibus: res omnes generat, atque iterum viciſſitudine ſua mutat & deſtruit, diſſoluit regna, veritatem in lucem profert, denique tempore omnia fiunt & iudicantur. Vnde κρόνος Græcè dicitur ſine χρόνος. nam hæc duo idem ſignificãt: eapropter ſcilicet, vt veriſimile eſt, quod eiuſdem rei ortus dulcedinem & interitus aſperitatem præſtet, quæ quidem duabus primis literis earum dictionum repræſentantur. Sed vt cætera omittam, quæ de ipſo mythici & phiſici ſcriptores ſatis abundéque dixerunt, ſcitum eſt illud, Tempus apud veteres Saturnum nuncupatum fuiſſe, qui ex abſciſſis patris Cœli pudendis, ínque mare deiectis Venerem procreauit, ac deinde à Ioue filio è regno pulſus eſt, cuius mythologiam declarat Macrobius lib. Satur. 1. cap. 8.

Tempus in iuriſprudẽtia maximè attendi tur. *Cæterum ſi in aliis omnibus artibus diligenter attenditur, maximè in iuriſprudentia. De quocunque enim negotio incidit quæſtio, ad tempus primùm recurrimus, ſiue negotij inchoati, aut perfecti, ſiue legis ordinatæ aut promulgatæ, ſiue litis cõteſtatæ, aut ſententiæ dictæ, vt ex ſequentibus ſigillatim faciliùs apparebit.*

De Termino. *Terminum autem non hîc ita accipio, ſicut olim Deum finium vocitarunt, ſed eum qui tempus ipſum breui quodam momento includit & excludit.*

De Tempore & Termino, Tit. ij.

CAP. I.

Svb expreſſione præſentis vel præteriti temporis futurum non continetur, nec econtra: ſed oratio indefinita præſens tantum reſpicit.] l. ſi ſtipulatus fuerim. §. primo. l. eum

eum qui Calendas.l.continuus. §. cum quis. de verb.oblig.l.ſi ſeruitus.de ſeruit.vrb.præd.Lata eſt enim differentia inter ea. l.ſi à colono tēpora.l.2.de hered.inſt.l.Aurelius.§.teſtamento. de lib.legata. Vide Aulum Gellium lib. Noct. Att.17.cap.7.& amplam Gloſſam in c. in Chriſto verbo erimus.de conſecrat.diſtin. 2.facit. l. ſcribit.§.item ſcribit.& l.fin.in prin. de auro & argento legato.l.vxori meæ.§.1.de leg.3. Siue locutio ſit indefinita,ſiue vniuerſalis,l.in lege.de cont.emp.l.ſi ita ſcripſiſſet.& l.fin.§.1.de legat. 1.l.Iulianus.in fine de legat.3. Hinc eſt quod futurum, vel pendens non habetur pro exiſtente.l.is damnum 130.§.vlt.de regul.iuris.l.cedere 213.de verb. ſignif. l.vn. §. ſin autem.C.de cad. toll.§.ne in pendenti Inſt.de inuti.ſtip. Niſi tamen cauſa ſit admodum fauorabilis. Nam qui in vtero ſunt,pro natis habentur,quoad eorum commodum ſpectat.l. qui in vtero eſt. l. qui in vtero ſunt.de ſtat.ho.l.antiqui.ſi pars hær.pet. l.vel viuo.de ſuis & legit.l.ſed interim in fin.de donat.inter vir.§.cum autem.inſt. de tut. Item niſi id quod pendet,omnino futurum ſperetur, vt mors,fructus naſcituri,& alia id genus.l.1.de condit.& demonſtr.l.quod in rerum.l.ſeruo legato.§.1.de leg.1.§.ea quoque inſtit.de leg. Aliquando etiam ſub expreſſione preſentis & preteriti temporis futurum continetur.l. verbum oportebit.8.l.verbum erit 123.de verb.ſignif.l.ſi ita.de auro & argento leg. l. vlt.C.Quæ res pignori obl. quæ eſt de l. deciſionibus Iuſtiniani Nouis, vbi in hypotheca generali veniunt

Ratio.

Paraphraſes regulæ multis iuribus & exēplis cōfirmatæ.

Limitationes & exceptiones.

tam

tam præſentia quàm futura bona. facit ad hoc cap. quia circa. de priuileg. Item infinitum licet ſit aptum omnia tempora complecti, tamẽ futurum tantum reſpicit. d. l. fin. C. quæ res pign. Bart. in d. l. ſi ita. de auro & argento leg. gloſſ. in cap. 1. verbo ſuſtinere. 2. q. 3. & gloſſ. in §. 1. verbo imminere. Auth. de inceſtis nupt. Quod quidem cum ampliationibus & reſtrictionibus latius declaratur à Bernardo Dia reg. 335. Donato Fina lib. 5. Item a Socino reg. 304. Iacobo Nouello reg. 81. & Medicæo reg. 2. Item ex trãſacta vita ſæpe futura intelligitur. cap. mandata. cap. ſcribam de præſumpt. Interdum etiam verbum futuri temporis ad præteritum refertur. l. Glociana. C. de codicil. vt eleganter traditur in dicta l. verbum erit. Ad maiorem tamen ἀσφαλίαν ſæpius ambo tempora exprimũtur, vt nunc per omnia obſeruatur. §. eſt autem. inſt. quib. mod. tollitur obl. Hæc autem noſtra regula latè per ampliationes & limitationes explanatur à Socyno in reg. 537. Vide etiam Petrum Duennam in reg. 205. Nec tamen prætermittẽdum eſt de futuris quoad humana attinet. nihil certi iudicari poſſe. l. ſi ea lege. C. de vſur. Nam in futurorum euentibus ſic humani fallitur incertitudo iudicij, vt quod coniectura probabili ex nunc interdùm attentu conſideratio vtile pollicetur, reperiri damnoſum quãdoque contingat: nonnunquàm quod conſultè ſtatuitur ex ſenioris inſpectione iudicij con ſultius reuocatur. cap. vn. de torneam. in extrauagant.

Intellectus notabilis.

ÇAP

CAP. II.

Acta quælibet non trahuntur in præteritũ, ſed in futurum & præſens indeciſum.] l. doli.§.vlt.& l.ſeq.de ſeruo corrupto. l. Itẽ eorum.§.ſed ſi ita quod cuiuſque vniuerſitatis. l. non ſolùm.§.pr.de excu. tut. l. leges. C. de legib.§.1.& ibi Glo.in verbo referũtem. Auth.vt cum de appell.cogno.collat.8.l.vlt. C.de pactis pig.Sic & leges dant formam futuris negotiis & pendentibus indeciſis, non autem pręteritis, vt inquit Iuſtinianus in epiſtola ſcripta Senatui,& ad omnes populos,quæ eſt poſita in limine Pandectarum,& in §.1. Auth. Hæc conſtitutio interpret.collat.6.§.fi.Auth. vt factæ nouæ conſt. coll. 6. §. fin. Authent. vt liberti de cætero coll.6.§.rurſus. & §.legem Auth. vt ſponſal.larg.col.9. Idémque ferè ſub finem cuiuſlibet conſtitutionis nouellæ ſiue Authẽticæ ponitur.Ratio eſt:Quia præterita retractare periculoſum eſt.l.comparationes.in fi.C.de fide inſtru.l.iubemus.in fine. C.de teſt.§. hæc quidem Auth.de her.& Falcid.coll.1.can de inceſtis.35. quæſt.2.& 4. Huc pertinent infinita pene iura: maximè notabiles textus in §.1. Auth. de nupt. col.4.& l.ſi fideiuſſor mandati.§.vn.Auth.vt de cætero commuta.coll.5.§.1.circa finemAuth.vt qui ingrediantur ad appel.col.5.l.vn.§.fin. C.de rei vxo. act. l. vn. in fine.C.de Latina lib.toll.l. vn.§.fin.C.de cad.tol.l.pen.in fi.C.de legit.her. l.2.C.de liber.& lib.eorum. l. Iubemus in fine. C.de teſta. vbi quid, inquit,antiquitas peccauit,quæ præſentis legis inſcia,priſtinam ſecuta

Ratio.

Expoſitio regulæ per exempla & iura comprobatæ.

eſt obſeruationem?& l.fin.§.fin.C. de curat. furioſi.Locum autem habet regula præſertim in edictis.l.1.§.1.de noui op.nuntia.l. Prętor.§.hoc edictum de damno infecto. Item in legibus & conſtitutionibus d.d.leges. C. de legib. l.ab Anaſtaſia in fine. C. mandati.l. ſancimus in fine. C.de ſacro.eccl. Item in denuntiatione & prohibitione. l.fin.C.de neg.geſt. Item in abrogatione legis l.legem Anaſtaſij.C.de nat.lib.Item in reuocatoria legis quoad ius quęrendum non quæſitum.cap.ſi is cui de præb.in 6.c.fin.de cõceſſ.præb.in 6.cap.fin.de præb. & dig. in extra. commu.circa finem.& in decretis cap. ſi eo tẽpore de electio.in 6. Itaque non debemus quid factum ſit perquirere,ſed quid erit faciendum, cap.cum cauſam de elect. Vnde propter infirmitatem gentis de nouo ad fidem conuerſæ nõ abrogantur antiqui ritus Chriſtianæ fidei ſubſtantiæ non repugnãtes, ſed in futurum prohibentur cap.fin.de diuort. Atqui iuris eſt indubitati legem ad pendentia quoque negotia referri,quæ videlicet eſt vtilis & ſalutifera,cap.1. in fine.de ſen.exc.in Clem.cap.vn.in fine de iudic.in extra.commu.Modò non fuit per appellationem aut aliàs pendentia, necdum tranſactione: alióve modo ſopita. §. vlt. Auth.vt eccleſia Roma.collat.2.§.& hoc quidem Auth.de inceſt.& nef.nupt. coll.2.§.conſideremus circa fin.§.illud autẽ Auth.de nupt.coll. 4.§.1. Auth. de filiis ante dot.inſtit. coll.3.l.iubemus in fine. C.ad Velleia.Vel modò adhuc executio earum pendeat. l. pen.C.de vſuris.cap. diſpendioſam. de

Paraphraſes regulæ multis textibus exornatæ.

De pendentibus vide etiam infra tit. de imminẽti & ſuſpenſo.

de iudic.in Clem.cap.vn.in fine.de ſequ.poſſ.in Clem.cap.1.de probat.in Clem.cap.1.in fine de ſen.& re iud.in Clem. Item conſtitutio præcauet, quatenus præterita mala, quæ propoſito mentis appetita non ſunt,violenter non exigātur,& futuris cautè prouideatur. can. 1. diſt. 31. Alia eſt in hanc rem elegans ſententia:Quoties lex aliqua ſtatuitur, ita ſolet futuris formā imponere, vt diſpendiis præterita non commendet:ne detrimentum ante prohibitionē poſſint ignorantes incurrere,quod eos poſtmodùm dignum eſt vetitos ſuſtinere cap.2.de conſtit. At proculdubiò infinitæ quoque ſunt limitationes iſtius regulæ : Primùm intelligitur de lege aut cōtractu,alióve quouis actu,qui indefinitè diſponit:non reſpiciens ad præterita. Nam ſi diſponat de præteritis, non extenditur ad futura, ſed tantùm in præteritis obtinet.Veluti tranſactio generaliter facta non extenditur ad codicillos,ſi qui poſteà de nouo reperti ſunt. l.3. §.1. l.qui cum tutoribus.l.nō eſt ferēdus. De tranſact.l.ſub prætextu.C.illo tit. Idem de procuratore.l.ſi poſt datum.de procurat.l.non poteſt de iud.Item pro præteritis aut præſentibus culpis poteſt ſententia excōmunicationis pręferri,ſed non pro futuris niſi rationabilis cauſa ſubſit. Notabilis textus in cap. Romana. de ſent. exc. in 6. Reſcriptum ſuper beneficio vacaturo intelligitur de iā creato,non autē de creando, ca. vlt.& ibi Gl.de reſcr.in Clem.Itē in priuilegiis ſeu exemptionib.quę ad futura niſi nominatim expreſſum fuerit,nō extēdūtur c.1. de cen.in cl.

Limitationes, & intellectus regulæ.

n 2 Idem

Idem dicendum eſt de tranſactionibus & aliis ſimilibus.l.nec vllàm.§.fin.de peti. hered. Alia eſt porrò limitatio niſi expreſsè caueatur vt in præteritis locum habeat, quemadmodum ſæpe in legibus & reſcriptis dicitur,vt in fine Auth. Vt omnes obediãt coll.5.§.fi.Auth.de raptu mulier.coll.9.§.1.de prohib.feudi alien. per Freder. in vſib.feud.§. antenuptiali Auth. de non elig. ſecundo nub.collat.1.& in prima conſtitutione Extrauag.ad reprimendam.facit cap.vlt.de cõſtit. Nam aliquando ex plenitudine poteſtatis princeps vult propter notoriam æquitatem legem habere locum non ſolùm ad futura, ſed etiam ad præterita,& adhuc pendentia negotia, cap.pen.§.fin.de off.legat. Vel propter aliquam iuſtam cauſam d.l.fin.& ibi Glo.C.de pact.pig. *Exceptiones.* Item fauorabiliter vt in textu ſingulari,& à nemine notato in l.imperialis.§.fi.C.de nupt. Sũt alioqui nonnulla edicta,quæ pręteritis medentur,vt notatur in l. 1. §. 1.de noui oper.nunciat. Item ad præterita refertur ſtipulatio, quando quis iuſto impedimenro aut excuſatione occupatus non potuit ſtipulari. Pulchra l. hoc ampliùs in princip.& §.1. de damno infecto. Extat quoque elegans Pauli reſpõſum in l. damni infecti.§.ſi is qui vuas.& §.ſeq.D.illo tit.vbi cautio damni infecti non trahitur ad futura, ſed ad initium promiſſionis. Item lex trahitur interdum non ſolùm ad promouendos, ſed etiam ad promotos identitate rationis, ſi canones nõ obſiſtant cap.cum in cunctis. §. inferiora de electio. Item conſtitutio tantùm ad futura refertur

fertur

fertur, niſi ſit confirmatoria aut reuocatoria præcedentis cap. cum tu manifeſtos de vſuris. Quod quidem amplius cum multis iuribus declaratur à Damaſo in reg. 19. Item poſteriores leges aliquando ad priora trahuntur.l. ſciendũ. Qui ſatiſ.cog.l.auxilium de mino.Auth.offeratur.C.de litis cont. Quod latè declarat cum aliis iuribus Azo Rub. 94. Item æſtimatio præſentis temporis nonnunquam ad preteritũ trahitur, quoties non ſatis apertè conſtat de æſtimatione præteriti, vel cum modicum tempus interceſſerit.l.3. & ibi Gl. C.de probat.l.in lege fundi.de cont.emp.l.qui ſpadone.§.qui ſolutus. de excu.tut. Item aliquando factum taliter in preterito corrigitur, vt & in futuro ne fiat, prohibeatur, can. ſi quidam 10. quæſt.1. Item in interdicto, Quod vi aut clam, non ſolum preſens, ſed etiam præteritum tempus ſpectatur.l.is qui in puteum.§.quod ait Pretor.quod vi aut clam.

CAP. III.

Tempus in omnibus rebus valdè attenditur.] vt ne celerius, aut ſerius quàm par ſit, omnia agamus, iuxta oraculum Apollinis Delphici: σπεῦδε βραδέως. Quod certè nobis aliquid agentibus ſemper in mentem venire debet. Itaque tempore egemus, vt aliquid maturius agamus, cum nemo reſpiciens retrò aptus ſit regno Dei, vt Matthæus ſcripſit in Euangelio.can.ponderet. diſt.50. can.quicunque. 17.q.4. Et melius eſt occurrere in tempore, quàm poſt vulneratam cauſam remedia quærere. l. vn. C. quando liceat vnicuique ſine iudice. Latius enim

Explicatio regulæ per varia themata, & iureiur. allegationes.

Ratio. nim tempus maiorem adfert deliberationem l. qui interrogatur. & l. ſeq. de peti. hæred. l. quia poterat. Ad Trebel. §. neque tamẽ inſt. de auth. tut. At verò ſicut præcipitatio eſt nouerca iuſtitiæ. l. & quia de inter. actio. ita intempeſtiuè in re aliena miſericordiam exercere præſumptus dolus eſt. l. ſi hominem depoſiti. can. Deus omnipotens 2. quæſtio. 1. ſed cuncta ſunt iudici cum diſcretione rimanda, ca. 2. verſic. verùm de ſen. & re iud. in Clem. De modico & longo interuallo vide infrà latiùs cap. 6. Omnia ſiquidẽ ſuis conueniunt temporibus, can. ſi eccleſia 23. qu. 4. Vnde diſtingue, inquit, tempora, & concordabis ſcripturas, can. ſi peccauerit 2. quæſt. 1. Pro varietate temporum varia inuenitur diſpenſatio conditoris, & ſtatuta mutantur humana, vt exemplis docetur in can. recurrat 32. quæſt. 4. & per totam diſt. 31. aut verò lenitur rigor legis ſiue ſtatuti. can. fraternitatis. can. vidua. diſt. 34. cap. 1. de iudic. in Clem. cap. non debet. de conſang. & affin. feſtinandum quoque eſt, ne quid tardius iuſto fiat. can. qui oblationes 27. quæſt. 2. Licet celeritas actus inducat quandoque ſuſpicionem fraudis. l. ſi ventri. & ibi Bartolus de priuil. cred. Sed hæc omnia cũ mediocritate oraculi Delphici, vt prædixi, accipienda ſunt. Et ita interpretatur omnia iura, quæ in negatiuam & affirmatiuam adducuntur, Damaſus ſubtilis interpres in reg. 36. Compenſanda eſt hæredi libertatis celeritas prææmaturæ pecuniarum ſolutioni. l. ſi ita fuerit libertas relicta de manu. teſta. Inde loquuntur

Omnia ſuis conueniũt temporibus

no

noſtri de commodo repræſentationis. l. pr.de dote prælegata. §. ex contrario inſtit. de legatis. Ex hoc fonte infinitæ ſubregulæ prodiere. Primùm multa fiunt ratione temporis, quæ alioqui prohiberentur, l. omnes iudices.C. de feriis.l.pr.C.de condict. ex lege can. baptizari. diſtinct. 5. Item, Quantum tempus deſideretur, id omne pro variis circunſtantiis ad arbitrium boni viri reducitur.l.continuus.§.cum ita ſtipulatus ſum.de verbor.obligat. Quod autem tempus inſpici debeat, an ab ipſo contractu,an à citatione,an à lite conteſtata, an à die ſententiæ prolixius eſt quàm hîc breuibus poſſimus exponere. Nec verò id aſſumpſi oneris, ſed qui volet, repetat ex doctoribus in l. quod te.l.vinum.Si certum pet.l.ſi ex legati cauſa. de verb.oblig.l.quia autem. §. non ſimpliciter. Si quis omiſſa cauſa teſta.cum infinitis aliis. Id etiam leuiter tetigi in cap.2.ſuprà tit. de principio, medio & fine. Sciendum eſt tamen obiter id tempus frequentiùs inſpici, quo aliquid actum eſt,vt exinde æſtimatio,& reliqua omnia iudicentur.l.iniuriarum æſtimatio.,de iniuriis. l.quanquam de aqua plu. arcenda. l.ſi alius.§. eſt & alia exceptio. Quod vi aut clàm. cap. etſi quæſtiones.de ſimonia.ca.propoſuit. de cleric. exc.Sed quando præſens vel præteritum tempus attendi debeat in damno vel intereſſe petendo docet multis hinc inde allegatis iuribus AzoRubric.89.Item huc pertinent aliæ omnes quæ de mora,momentóque temporis tanquam arenæ littoris vbiq; longè latéq; diſperſæ ſunt.

Subregulę. Multa fiũt ratione tẽporis, quæ alioqui prohiberentur. Quod tempus inſpici debeat.

Minima mora nõ nocet.

Primum, illud eſt minima mora, nõn nocet, vt tractatur in l.ſi in lege.§.colonus. Locati.l.plerique.& ibi notat Bartolus de ritu nupt. l. 1.§.1. & l.continuus.de verb.oblig.Nam quod differtur non aufertur, vt vulgus ait. l.deberi. C. de fid. liber. Et in mora modici temporis non eſt maximum detrimentum.l.ſi debitori. de iudic. Quod latè tractat Medic.reg.5.Attamẽ in quibuſdam cauſis à formulis iuris receditur, vtimúrque feſtinatione, vbi longa mora magnum eſt periculum allatura. l. de pupillo.§.ſi quis riuos.de noui oper. nuntiat.capit.quoniam frequenter.§.1.Vt lite non conteſtata. Aliquando licet habitus non faciat monachum,longitudo tamen monaſtico conuerſationis efficit, vt regularem vitam obſeruare teneatur, cap.ex parte tua.de reg.& tranſ.ad relig. Ita cum diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed auget, tantóque ſunt grauiora crimina, quantò diutius infœlicem animam detinent alligatam, cap.cum haberet.de eo qui duxit in mat, capit. non debet de conſang.& aff.can. ſciſmá 25. qu. 2.can.flagitia.32.q.2.Quod latè declaratur,cum aliis iuribus,ampliationibus & reſtrictionibus à Damaſo,reg.122. Item in quibuſdam cauſis laxitudo temporis ſeu mora conſideratur,cur tãdiu tacuit,ſi proclamare potuit,cap.1.de frigid. & malefic. Vnde Ariſtoteles lib.3.Topic.in princip.diuturniora breuioribus præponenda eſſe ſcripſit. Item momenta temporũ ſpectãda ſunt in fauorabilibus, quanquam momentaneus actus non attenditur; nam illud modicum tempus

Aliquãdo vtimur feſtinatione.

Longinquitas temporis conſideratur.

Subtilis ratio.

pus adhuc ineſſe facit rem cēſeri,cap.cum cauſa de ſent.& re iud. Doctores communiter notant ex l.fin.§.fin.C.de bonis quæ lib.Iſtas duas regulas amplè declarat Medicæus reg. 5. Alias etiam de mora regulas tractant pleniſſimè Riſuicius in paratitlis. Socinus reg.328. 330.& 331. Azo in Rubrica 77. Donatus Fina lib. 3. Medicæus reg.9. Bernardus Dias reg. 475. & 476. & Chærianus.Coniunguntur tamen interdum tēpora ratione militiæ.l.quod dicitur.de mil.teſt. Et in præſcriptione quæ cœpit contra maiorē. l.auxilium de minor. §. diutiùs inſt. de vſucap. Spectatur autem maximè tempus ratione prioritatis,vt prior in tempore ſit iure potior,quod tum locum habet, vbi pariter priuilegiati concurrunt.l.3.§.1.l.interdum.l. potior. Qui potiores in pign.l.2.l.ſi fundum.l.diuerſis.& l.fin.circa finem.C.eodem.§.1.Auth. Vt ex actione dotis.coll.7.l.in bello.§.ſi pignori. de cap. & poſtlim.reuer. l. 2. C.de priuilegio fiſci.l.fin.verſic. belliſſimam.C.de teſtam.manumiſ.l.1. §. ſin autem.C. de communi ſeruo manu.l.qui prior. de iud.l.1.& 2.de albo ſcrib.facit ad hanc regulā.l. quoties 99.de reg.iuris.cap.qui prior.54.eodem tit.in 6. vbi multæ allegantur exceptiones per Gloſſam & Dynum,cap.1.de maior. & obed. c. duobus.de reſcript.in 6.can. epiſcoporum. diſt. 74.vbi etiam multi caſus fallentiæ allegantur. & in can.fin.& ibi Gloſſa,diſt.75. Sed innumeræ traduntur limitationes, vt in toto tit. D.& C.Qui potiores in pign. & apud compilatores regularum quilibet ex ſe poterit colligere, no-

Coniunctio temporum.

Limitationes.

tab

tabiliores tamen hæ ſunt: Primùm ſi à diuerſis poſſeſſio tradita eſt, vt ſcribit Bartolus in l. ſi non dominus. Qui potior. in pignor. Item aliquando priuilegia non ex tempore æſtimantur, ſed cauſa. l. priuilegia. de priuileg. cred. l. multum intereſt. C. Si quis alteri vel ſibi cap. quod autem cap. paſtoralis. de iure patron. Vnde qui tardiùs & aptiùs agit, præfertur: neque enim digna eſt præmio tam præceps feſtinatio prioris. l. edicto. §. cum ante apertum de iure fiſci. Item priùs propoſita actio priùs eſt terminanda: verùm quando in iudicium ambæ deductę viciſſimque ſunt tractatæ, eodem iudicio terminantur cap. 2. de ord. cog. Item in præſentatione facta à clerico prior tempore iure eſt potior: facta verò à laico iudicio epiſcopi relinquitur cap. cum autem. de iure patro. Item fallit, quando præſentati inæquali iure veniunt, cap. hi qui. & ibi Gloſſ. de præb. & dig. in 6. Item prior poſteriori pręferendus eſt, niſi de contraria mandantis aut diſponentis voluntate conſtet, cap. quia ſæpe. eod. tit. De his tetigi infrà, tit. de prælationis iure. Ad regulam alia quoq; referri poſſunt, quæ de opportuno & importuno ſcribũtur. Opportunitas, inquit Ioannes Papa in proœmio Clemẽtinarum, in omnibus captanda eſt. At verò per importunitatẽ nimiam non concedenda ſæpe obtinentur, cap. 2. de cõceſſ. præb. in 6. & c. vn. de relig. domib. in 6. Nouiſſimè quomodo ſit tempus ſpectandum ſeu accipiendum latè tractatur cum multis iuribus & allegationibus doctorum, & diſtinctionibus à

Per importunitatem multa conceduntur.

à Donato Fina lib.5.& Azone Rubr.2.

CAP. IIII.

Actus debent celebrari ſub certa die,anno, & Principe.] l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. De edendo.§.vn. Auth.Vt præponatur nomen imp. coll.5. Quod intelligi debet præcipuè in inſtrumentis & in reſcriptis ad euitãdam omnem fraudis ſuſpicionem. Nam & data literarum & tempus, vt ſuprà dixi,proxima regula, ſemper attendi debent. cap. eam te de reſcriptis.Quò fit,vt beneficia principis ſine die & conſule authoritate careant. l. ſi qua. C. de diuerſis reſcript.Olim verò fiebant certis cõſulibus,nunc verò ſufficit apponere nomen Papæ,Imperatoris, aut principis cum ipſa die Gl. in can.quoties pr.q.7. Sed tamen aliquando editiones ſine die & conſule fiunt, ne interea fraus excogitetur. l.1.§.editionem.& ibi Gl.& §.ſtationes de eden.Item exceptio eſt regulæ in pignorib.l.cum tabernã.§.idẽ quę ſunt de pign. Itẽ nõ exquiritur ad liquidum quo die & conſule,ſed ſi quis ſciat factũ eſſe.Quod vtiq;de ea poſſeſſione intelligitur,cuius memoria non extat, vt eleganter declaratur à Paulo in l.2. §. idẽ Labeo ait, cum quæritur de aqua plu.arc.

Ratio.

Expoſitio regulæ & ampliatio.

Exceptiones.

CAP. V.

Tempus non eſt modus inducendæ,aut tollẽdæ,ſiue minuẽdę obligationis,alteriúſve actus.] l. obligationũ ferè.§.placet de act. & obl.l. pleriq;.de rit.nup.l.ſancimus.C.de teſt. Hinc eſt ꝙ tẽpotis intercapedo iudicato dilatiõnẽ dare,nõ lucrũ adferre debet. l.3.de vſuris & tem

Paraphraſes regulæ per multa ſchemata & iura illuſtratæ.

temporis diuturnitas non minuit peccata, ſed auget cap.fin.de præſcrip. Quod ſuprà annotaui cap.3.hoc tit. Item diuturnitas temporis ſeu taciturnitas ſola ad præſcriptionem non ſufficiens in non petẽdo dotem,non inducit remiſſionem debiti, ſed donationem. Eleganter deciditur in l.libertis quos.§.manumiſſis.de alim. & cib.leg.Quod quidem ampliùs declaratur cũ allegationibus Doctorum & fallentiis per Petrum Duennam in reg.207. Atquè heredi nullum obſtaculũ temporis obiiciatur, cur in poſſeſſionem miſſus non fuerit, niſi tantum tempus effluxerit,quod poſſit vel poſſeſſori pleniſſimè ſecuritatem ſuper dominio præſtare. Pulcher textus in l.fin. C. de edicto diui Had.toll.

Exceptiones & intellectus.

Vnde deſumitur prima noſtræ regulę exceptio. Nam fallit in legitima præſcriptione vel vſucapione. Item intelligitur de ſolo temporis ſpatio,quod quidem per ſe nullas vires habet, ſed iunctum aliis rationibus & circunſtantiis multum efficit.Item interdum diuturnitas temporis à crimine excuſat,aliquando aggrauat.l.diuus.de ritu nup.cap.cum haberet.de eo qui duxit in mat. Mora item ſucceſſiui temporis antéacti probatione excludit. cap. ad id quod de ſponſ.& mat. Item modicam coactionem præcedentis temporis patientia & perſeuerantia ſequentis penitus profligat.cap.fin. Qui cleric. vel vouentes.Item tempus decennij ad libertatem vindicandam ei qui nunquam paſſus eſt controuerſiam ſtatus prodeſt, cùm aliàs leges prouinciales ei faueant, cap. licet de coniugio

ſeruo

ſeruo. Item veritas in lucem tempore prodit, quod quidem adinuenit omnia, vt in præfatione dixi.§.1.Auth.Vt determinatus ſit nu.coll.1. §.vlt.Auth.de monachis.coll.1.§.1. Auth.de reſtit.& ea coll.4.Sæpe etiam litterarum diſſimilitudinem tempus facit.§.1. Auth.de inſtru.cautela & fide coll. 6. Item in omni obligatione & ſtipulatione, ſi non ex verbis, ſed re ipſa ineſt tractus temporis, quo poſſit fieri, vt doctè Iulianus in l.quoties.de op.lib. l. ſeruus ſi heredi. §.fin.l.interdum.& aliis ſimilibus, de verb. oblig.idem etiam dicitur in l.ſi peculium ſeruo. §. quædam de ſtatulib. vbi nec præcipitatio temporis,nec tam longum tempus datur, ſed modicum, quo primum poſſit ſine magno incommodo adimpleri. Atqui poſtquam de diuturnitate temporis incidit ſermo, ſciendum eſt diuturnitatem regulariter pro viginti annorū ſpatio accipi.l.1.& ibi Gloſſ.iuncta l. 2. C. de longi temp. præſcript. quæ pro libertate. & l.1. in fine.C.de præſcript.longi temp.interdum tamen pro decennio.l.ſi cum fideicommiſſa. §. Ariſto. & ibi valde notabilis Gloſſa pro interpretatione vocabuli[decennio.] Qui & à quib. manum. Interdum etiam pro biennio.l. cùm domini. & ibi Gloſſa Locati.Sed id fit pro varietate actuū. Similiter & longum tempus accipitur pro decennio.l.1.& ibi Gloſſa. C. de pat.pot. Notatur in Rubr. Quæ ſit longa conſuetudo. Vide ibi Gloſſam & Doctores. can. placuit. 16.quæſt.3.l. longæ. l. reſcriptis. & ibi Gloſſa de diuerſis & temp.præſcript. Aliter ſanè per annum intel-

Diu, multum & longum tempus quomodo interpretentur.

lig

ligitur quòd eo conceptio hominis includatur. l.1.§.Iulianus.de liber. agnoſ. Ita multum tempus nunc pro triennio.l.1.C.de fideicom.Nunc vſque ad quinquennium protéditur. l.1.§.illud ſciendum.de ſeparat. Exiguum autem tempus vocatur intra decem menſes. l.ſi qua ex fœminis.C.de ſecund.nupt.

CAP. VI.

Enarratio regulæ per diuerſa themata.

MVltum intereſt, quid fiat incontinenti, an ex interuallo.] l. 1. §. quæ onerandæ. Quarum rerum actio nō detur. Vnde permittitur creditori, vel debitori conſtituere in quam cauſam ſolutum ſit,modò in re præſenti, hoc eſt, ſtatim atque ſolutum eſt conſtituant: non autem ex interuallo: quia tunc in duriorem cauſam cenſetur facta ſolutio.l.1.2.& 3. de ſolut.Et permittitur de nouo ſatiſdare pro ſeruo, modò ne poſt longum temporis ſpatium intercedat. l. ſi ſeruus de cuſtod. & exhib. reorum. Item ſi ex breui temporis interuallo neceſſitas poteſt tranſire veluti teſtium aut teſtatoris corporis infirmitas, iterum expectari & ſolennia peragi debent: Sin autem longiore ſpatio refectio fortuiti caſus indigeat, aliter conſulendum erit: quod quidem temporis ſpatium ex actu ipſo diſcerni facilè poteſt,vt ſubtiliter dicitur in l. cum antiquitas. C.de teſta. Qui illico ab initio factioné prodiderit,pręmio ac honore donabitur: qui autem ſerò, abſolutione tãtùm & venia dignus habebitur.l. quiſquis.§.fi.C.ad leg.Iuliam maieſt.ille dicitur ab

acc

accuſatione deſtitiſſe, qui longo interuallo annum accuſationis implendæ prorſus deſeruit, non qui aliquantulo ſilentio qualibet de cauſa moratus eſt l.fin.C.Ad Turpil.Ad hęc dicta teſtium ſi quandoque non ſtudioſè, ſed in proferendo errauerint, & ſe incontinenti correxerint reprobari non debent: ſecus autem, ſi correctioni ſuæ interpoſuerint interuallum, c.prętereà.de teſtib.cogēdis.facit etiam l.duos reos. §.fin.iuncta l.ſi ex duobus. de duobus reis. l. in bonæ fidei.C.de pactis.l.remittit.de iureiu. l. ſi cum dies.§.vlt. de recep.arb.l.heredes palàm. §. fin.de teſta.l.ſi libertus minorem in fine.de iure patro.Notat Accurſius in l.1.C.Vnde vi.

Incontinenti autem ſemper intelligi debet cum aliquo temporis ſpatio.l.1.§. Item ſi ita legatum ad legem Falcid.l.ſi quis filium. §. fin.& ibi Gloſſ.de coll. bon. ídque vocatur ἐν πλάτει, vbi nec minimum nec maximum tempus conſideratur, ſed quod magis intellectu poſſit percipi, quàm locutione exprimi. l.ratum.de ſolut. Et alio loco παρατατικῶς l.pr. vnde legitimi. Item dictionem hanc[incontinenti]Iuriſconſultus eleganter explicat, id eſt propè vno ictu, & impetu, durantéque animi calore, quando loquitur de patre cui licet impunè filiam cū adultero deprehenſam occidere.l.quod ait lex.§. fi. Ad legem Iul.de adul.Itē confeſtim accipiendū eſt, vbi primùm potuit, id eſt Prætoris adeundi copiam habuit. l.2. §. ſi mater in fine. Ad Tertilia. facit cap. cùm in veteri. de electio. §. fin. inſtit. de inutil. ſtipulat. Item & communiter

Incontinēti accipi debet cum aliquo tēporis ſpatio.

Item ſi ad alios actus non ſit diuerſum.

inter

interpretatur,ſi ad alios actus nō diuerterit.l.ſi ex duobus.de duobus reis.De hac dictione[incontinenti] quid profit & quomodo intelligatur , vide l. Antonius , & quæ ibi annotantur de fid. liber. l. fin.& ibi gloſſ.in verbo inconti- nenti. de lib. cauſa. Vnde dicitur interuallum medij temporis modicum non vitiare obligationem.l.1.§.qui præſens.de verb.oblig.Nec etiam obeſſe moræ purgationi,ſi non iam intereſſe cœperit.l.ſi ita quis promiſerit.§.1.eo.ti.de quo etiam modico interuallo ſupra tetigi in cap.3.& 5.huius tit. Item excuſationis tempus Reip. cauſa cum laxamento temporis rationabili cenſetur , vt neque otioſum neque præceps ſit,vt eleganter docet exemplis Neratiùs in l.tempus.de vaca.& excuſa.mu. Item quando loquimur de continuo actu nihil refert , etiam ſi aliquod momentum naturæ interueniat.lege,continuus in princip. de verb. oblig. aut ſi nullus interim adſit actus contrarius obligationi.l.duos reos.§.fin.de duob.reis.Secus ſi diuerterit ad alios actus vt ſupra dixi ex l. ſi ex duobus. illo tit. Nam continuitas temporis cum aliqua temporis intermiſſione int[illegible]igitur. Elegans textus in l. Paulus reſpon[illegible] §. fin.& ibi annotatur de libe.cauſa. Hinc [illegible]tur aliquæ ſubregulæ videlicet:Quod ſta[illegible] incontinenti fieri debet,habetur pro fa[illegible]liusfamilias.de mil.teſt.l.pen.quib. a[illegible] cla.non licet. l.ſi ventri.in fi. de priui[illegible] de proximo cingendus habetur pro cinct[illegible] quæ incontinenti facta ſunt videntur inc[illegible] l.

Interuallū modicum medii temporis non obeſt.

Subregulę

Quod incō tinenti fieri debet habetur pro facto.

Ratio.

iuriſgentium.§.quinimo.de pactis.Doctores in *Ratio.*
l.lecta.ſi cer.pet. Quod & amplius tractat Medicæus regul.5. Item: interuallum non recipit, quod pro forma ſtatuitur.l.furioſum. Cod.qui teſtam. facere poſſ. quod etiam declarat idem Medicæus reg.7. Item vltio non eſt differenda in criminibus ne detur materia ſupplicandi. l. cum reis.C.de pœnis. Item requiritur aliquod interuallum temporis, vt melius res peragantur:veluti cum creditor debitorem ad ſolutionem compellit. l. quod dicimus. de ſolut. vbi Vlpianus appellat παχυμερέστερον: ſed vide ne legendum ſit παχημερέστερον per η,id eſt,longiore die.& l.quo enim.§.Iulianus. rem ratam haberi. Vnde inſtitutum eſt vt ſponſæ non ſtatim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam ſuſpirauerit ſponſus dilatam can. inſtitutum.27.q.2. interuallum autem requiritur vnius horæ, vt dicatur conceſſio geminata vel diuerſitas actus.Gloſſ.in l.ſi ex pluribus. §.fi.de ſolut.Iaſ.in l.ſi certis annis. C. de pact. & cap. eam te.de reſcrip. Quod amplius declarat Medicæus reg.2.& 5.

Interuallũ tẽporis aliquando requiritur.

CAP. VII.

TErminus diei appoſitus pro varietate cauſarum nunc incœptus pro perfecto: aliquando incluſus in ſententia: interdum ſepoſitus habetur.] l.anniculus. 132. l. ſi quis. 133.l.anniculus.134. de verb.ſign. l.qui filium.§. 1.ad Trebell.l.in omnibus.de act.& oblig.l.3.de iure immun. Quod apertius exemplis demonſtratur, veluti: Anniculus moritur, qui extre-

Paraphraſes primi membri regulæ exemplis & iuribus illuſtratæ.

mo die anni moritur, ſiue incœpto, ſiue perfecto ſecundum vulgarem loquendi vſum. Nam anniculus non eſt proprie ſtatim atque natus eſt, ſed 365. die ſuæ natiuitatis, ita vt ſi expleuerit 364.& ingrediatur 65.diem anniculus dicatur, quia ſæpe dies, annus, vel menſis incœptus pro completo habetur, quoties de eorum commodo agitur, quorum in computandis terminis mentio fit:Secus ſi ad detrimentum ſpectet, vt ſupra latius dixi in tit. de principio & fine. cap.1. Notat quoque Gloſſ. in d.l.anniculus. 134. Annus autem non ad momenta temporum, ſed ad ſingulos dies connumeratur. l. qua ætate.de teſtam.l.ita vulneratus.§.æſtimatio.ad legem Aquil.l.cum heres. §. Stichus.de ſtatulib. Notat etiam Corraſius in l.precibus. num.17. C. de impub. At quando dies pro termino adiicitur incluſiua ſententia,veluti: Promitto dare tibi centum intra decem dies, ſi decimo die dedero parui promiſſioni perinde ac ſi decimo die dare promiſiſſem: ſecus autem ſi elapſis decem diebus dedero.Nam hę dictiones (in,&,intra) incluſiuæ ſunt, non excluſiuæ, id eſt,terminum includunt.l.1. §. decretalis.de ſucceſ.edict.Ideóque quando pœna adiecta eſt ſi intra annum id non fiat non poteſt peti, niſi integro anno elapſo. l. qui hoc anno. de verb. obl.cap.commiſſa. & ibi notatur de elect. in 6. Quin & termini iſta appoſitio multum confert impetranti,ſi intra terminum ſuam declararet aliquo modo voluntatem.Singularis eſt textus à me notatus in cap.vn.de conceſſ.præbend.in Clem.

Expoſitio ſecundi mẽbri regulæ tum exemplis tum iuribus probatæ.

Clem. Veruntamen ſciendum eſt has duas promiſſiones videlicet (intra decem dies, & decimo die) in eo differre, quòd ſi promiſero intra decem dies & dedero vltimo momento decimæ diei, non videor aliquid contra promiſſionem feciſſe, niſi elapſis diebus. Sin autem certo die promiſero totus is dies arbitrio ſoluentis tribuitur. Nec enim eo ipſo peti poteſt, cùm non certum ſit eo die in quem promiſſum eſt datum non eſſe priuſquam is pręterierit, idcirco videtur hîc latius eſſe terminum accipiendum, vt ſtatim poſt exceſſum decimę diei rectè ſoluatur. l. quod quis. de actio. & oblig. l. quicquid. §. ſi ſtipulatus. de verb. obl. §. omnis. in fin. inſt. eo. tit. l. quod die. de ſolut. Sed hæc omnia iura ex pręcedéti diſtinctione limitantur, quoties de commodo aut detrimento agitur, vt etiam apertiſſimè probatur in l. 3. §. minore. de minor. Excluſus autem dies eſt ab obligatione, veluti: Promitto tibi dare centum aureos ante decimum diem Calendarum, vel poſt diem decimum. d. l. anniculus. 32. Quam promiſſionem adeò obſcurā exiſtimant interpretes, vt videatur Iuriſc. magis immorādi & fatigandi lectoris cauſa quàm docendi appoſuiſſe. Si tamen benè aduertatur, nihil eſt ea clarius. nam ibi legédum eſt: Poſteà neutro ſermone decimus dies ſignificatur. Cùm. n. promiſſum eſt ante decimū diem Kal. qui eſt decimus menſis, teſte Accurſ. ſi decimo die dederit, pœna vel intereſſe ſtipulationis committetur: adeò vt hoc ſermone decimus dies nō includatur, nec cōprehédatur in

Differētia inter has duas locutiones: intra decem dies & decimo die.

Declaratio tertii membri exemplis & iuribus.

obligatione. Item ſi poſt decimum diem Calendarum promiſſio facta ſit, decimus dies non continebitur, quia non tenetur ſoluere niſi decimo die exacto. Quo nomine non videretur differre hæc promiſſio à ſupradicta: *Tali die promitto.* Sed reuerà illa eſt ſtrictior, cum peti quidem incipiat die ſtatuto, licet non teneatur promiſſor ſoluere: hæc verò latior cùm nec petitio nec ſolutio ante diem vndecimum debeat fieri, vt eleganter declaratur in l. ſi ita fuerit libertas relicta de manum. teſtam. Rurſus in hac promiſſione ſi verba inſpiciamus dies videtur adiecta in gratiam promiſſoris: in illa (ante diem) in gratiam ſtipulantis: at in ea (tali die) in gratiam vtriuſque promiſcuè. Licèt Doctores teneant ſemper attendi debere in cuius gratiam facta ſit ex voluntate contrahentium. In hoc tamen omnes conueniunt, vt dies ille appoſitus pro termino à promiſſione excludatur, vt notatur in l. qui ante. de verbo. obligat. Simile eſt exemplum in l. inter. 217. de verb. ſign. vti: Ibo Romam cum infans ille fari potuerit, tunc enim ſtatim atque fari potuerit debebitur. Si verò dixero (poſtquam) longius & vberius tempus deſignatur: nam cum certus eſt dies excluditur is dies quo promittitur: Secus ſi incertus. l. 1. ſi quis cautio. Cæterùm circa hanc materiam multæ oriuntur quæſtiones & pulchræ diſtinctiones cum limitationibus. Primùm itaque de intercalari die, id eſt biſſextili cui proficere debeat, vide l. 2. & quæ ibi notantur de diuerſ. & temp. præſcri. l. biſſextus. & ibi Alciat

Alia diſtinctio inter has locutiones: tali die, ante, & poſt diem.

Conuenientia notabilis.

Diſtinctiones, quæſtiones, limitationes & intellectus.

De intercalari die.

Alciat.de verb.ſignif.Item cùm terminus duos ſeparatim reſpicit, vnuſquiſque ad ſuam cauſam refertur. Pulchra eſt reſolutio Vlpiani in l.2.§.ſi primum. de bon.poſſ.ſec.tab.De hoc tetigi ſ. in tit.de eodem. cap.5. Diſtinguendum eſt quoque vt diei adiectio non differat exactionem, quando dies non differendæ actionis gratia inſertus eſt, ſed quod præſens oſtendatur eſſe reſponſum,vt hodierna die dare ſpondes.Elegans textus in l.liber homo.§.decem.de verb.obl. Iſtud ſanè non erit abſonum: ſecundum conſuetudinem & conſtitutiones legitimas more Romano diem à medietate noctis incipere, & in medio noctis deſinere ſubſequentis, vnde quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde ſanxit habendum legis authoritas, ac ſi qualibet parte lucis agatur. l. more Romano.de feriis. Bartol. in l. aut facta. §. tempus. de pœnis. & l. hæc verba. in fin. de verb. ſign. Nos tamen, inquit ſummus Pontifex, eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua poſſit ante noctis tenebras perfici quod incumbit.cap.conſuluit. & ibi notatur de offic.& pot.iud.delegat. Item licet ſcriptum ſit: *De veſpera in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra:* Feſtorum tamen principium & finis iuxta eorum qualitatem &diuerſarum regionum conſuetudinem debent attendi.c.2.de feriis quod ideò ad honorem Dei inducitur. Item non tam ſtrictè in iudiciis termini præfixionem habemus, quin etiam poſt terminum aſſignatum liceat etiam citato comparere, qui

Quomodo recipiatur dies & nox.

niſi iuſta excuſatione tutus ſit, ſaltem in expenſis modicis & legitimis condemnatur. cap. cum dilecti. de dolo & contumā. Ex hac regula dependet quoque alia ſubregula, veluti; In dubio omne tempus currit de momento ad momentum, niſi expreſsè contrarium caueatur. Innocentius in cap. cum eo. de appella. quod in odioſis locum habet, non in fauorabilibus, vt ſuprà dixi. Item quandoque dies termini computatur in termino. Glo. in l. Gallus. in princ. de lib. & poſt. Aliquando non computatur d. l. 1. ſi quis caut. Glo. in l. vbi. de reg. iur. & in c. quiſquis. de appellat. Atqui opinio eſt regulæ magis communis, vt non computetur Iaſon in illa l. 1. num. 10. Quod quidem cum multis ampliationibus & fallentiis cum iurium authoritate declaratur à Donato Fina lib. 3. Bernardo Dia regul. 130. Duenna regul. 196. & Socyno in regul. 124.

Subregulæ Temppus currit de momēto ad momētum. Dies termini computatur in termino.

In Titulum de Numeris & Menſuris.

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

Quia omnia tempora ſuis quoque numeris conſtare oportet, tum demùm neceſſaria fuit ad iſtius mundi fabricationem, diſpoſitionem, & conſeruationem numeri inſtituendi ratio. Vnde Plato Philoſophorū princeps, poſtquam è ſchola Pythagorea nullam eſſe poſſe ſine numeris iugabilem competentiam didicit, in Timæo ſuo mundi

Cōtinuatio

Numeri neceſſitas & perfectio.

animam per iſtorum numerorum contextionem ineffabili prouidentia Dei fabricatoris effinxit. Sed & Cicero in ſomnio Scipionis numerum omnium rerum ferè nodum eſſe exiſtimat. licet de ſeptenario loquatur. nam quid alios idem referri poteſt. De conuenientia & plenitudine numerorum, de perfectione item menſurarum ſi quis amplius ſcire deſideret, illum ad Geometras & Arithmeticos remitto, & ad Macrobium commentatorem ipſius ſomnij Scipionis lib. 1. c. 5. & 6. Item lib. 2. c. 1. & 2. cùm, quæ ad aliarum artium & ſcientiarum intelligentiam pertinent, noſtri non ſit inſtituti percurrere, ſed ea quæ circa noſtram iuriſprudentiam ſcitu ſunt neceſſaria, breuiter exponere. Animaduertenda igitur erit numerorum compoſitio cum diſtinctione tradita ab Ariſtotele lib. 3. Topic. cap. 1. vt quidam omninò per ſe, quidam alterius gratia per continentiã conſiderentur, quando de eorum comparatione agimus, vbi, quæ de iis ſigillatim explicat, vnuſquiſque politioris diſciplinæ auidus videre poterit, atque etiam quæ Cicero in Topicis paucis diſſeruit. Menſura quoque valdè attendenda eſt, vt directum, obliquum, altum, profundum, rotundum, quadratum, & cætera ſimiles, ſi quando vt neceſſaria cuilibet materiæ eius mentio occurrerit.

Numerorũ diuiſio.

Menſurarũ diuiſio.

De Numeris, & Menſuris, Tit. iij.

CAP. I.

SIngularis numerus interdum ſub plurali, & è contra pluralis ſub ſingulari continetur:

ſed pluralis duobus ſaltem conſtat.] l.non eſt. 148.l.in vſu.158.l.inter.217.§.vlt. de verb.ſignif. c.pluralis.de reg.iur.in 6.l.1.verſic.quanuis. de adſign.lib. Auth. Item ſi quis. C. de natur. lib.

Paraphraſes primi membri exemplis & & iuribus illuſtrata.

Primi membri exemplum eſt:Liberos habet etiam qui vnum filium habet.l.qui duos. §.nam & qui.de reb.dub.lex duobus de vulgari. l. iubemus.§.ſin autem. C.ad Trebell. Vide hac de re Aulum Gellium lib.Noct.Attic.2.c.13.Vnde pluralis locutio propter defectum alterius in vnoquoque locum habet.l.falſa demonſtratio. §.fin.de condit.& demonſt. Et familiæ nomine etiam vnus ſeruus intelligitur.l.1.§.deieciſſe.de vi & vi armata. Sub nomine vi bonorum raptorum ſingulare continetur.l.2.§.dolo. vi bo. rapt.l.ait Prætor.§.1.& ibi pulchra glo.de neg. geſt.l.1.de cond.inſert.l.2.§.exactis.de orig.iur. l.cum conſtitutio.in princ. C.de teſta.manum.

Declaratio ſecundi mẽbri per exempla & authoritates.

Secũdi exemplum : Promittis per te heredémque tuum non fieri.Item:filium meum inſtituo heredem. nam tunc ea dictione omnes ſignificantur.l.ſi plures. de pactis. l. 1. quod falſo tut. auth. facit etiam quòd ſub appellatione vnius omnes cõtinentur fauore libertatis. l. cum inter.& l.pen.C.de fid.lib.qui ſunt valde notabiles textus. Et generaliter notandum eſt ſingularem numerum non poſſe pluralem comprehendere, quia id eſſet contra naturam, niſi benigna & fauorabili interpretatione. l. placet. de lib.& poſtum.l.fin.verſic.quia ei.ad Trebel. vt infrà ſtatim in limitatione dicemus. Verùm tamen pluralis ſermo diuiſim acceptus gemi-

nat

nat ſignificationem ſingularis. l. qui concubi-nam.de legat. 2. fallit propter emergentem inæqualitatem. l.nam hoc. §.ſed ſi aliter. de vulgari. Quod quidem latius cum multorum allegatione iurium tractat & hanc regulam Azo. in Rubr. 17. & Rubr. 94. Interdum pluralis ſiue coniunctiuè poſitus pro ſingulari vel diſiuncto accipitur.d.l.falſa.in fin.& l.tales.§.de illa. de cond.& dem.Item pluralis numerus ſi indefinitè proferatur in ſingularitatem reſoluitur & è contra. Sin autem finitè ſecus vt in dicta l.pen.C.de fid. libert. cap. ſi is qui.§. ſi verò.de præbend. in 6. Gloſſa in l. quod & lex. §. hæc verba.de lib. exhib. & in l.cum his. §. ſi cui.de tranſact. iſtud amplius tractat Medicæus regul. 2. Item licet pluralitas dicatur de eccleſiis, non tamen ad eccleſias diuiſim ſed coniunctim ſano referendum eſt intellectu : ne ſcilicet contingat abſurdum. capit. vt priuilegia.de priuileg. Item in odioſis quæ potius debent reſtringi ſingularis non trahitur ad pluralem, nec è contra. cap.cum in illis.§.final.de præbend.& dignit.in 6.veluti ſi quis dixerit:filium exheredo, & ſint plures: nullus cenſetur exheredatus in odium exheredationis. l. 1.& 2. de liber.& poſthu.Quantum ad tertium membrum exempla ſunt ſatis familiaria. Nam pluralis locutio duorum numero contenta eſt, vbi ſcilicet amplior numerus non exigitur.l.vbi numerus.de teſtib.d.c.pluralis.& ibi Glo.cum Dyno in hanc ſententiam multa iura allegant. & §.ſi plures. inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.

Exceptiões & diſtinctiones primi & ſecundi membri.

Explanatio tertii membri exemplis & authoritatibus.

Ratio

Rationes. Ratio eſt, quia cum vnitas non ſit numerus, ſed principiũ numeri apud Geometras vt multis declarat Macrob. lib. 2. comment. in ſom. Scipionis.cap.2.neceſſariò numerus qui ſubſequitur vocabitur numerus. Vnde Græci dualem ſeparatum numerum inuenerunt. Facit ad regulam.l. libertas.de manu.teſta.l.fin.§.ſi plures.de bon. damn. can.hoc quoque.de conſecr. diſtinct.1.Alia eſt ratio:quia in ore duorum vel trium omne verbum conſiſtit.c.in omni.de teſtibus.c.cum eſſes. & ſeq. de teſtam. Item pluralitas conceſſionis debet ſolùm ad duo beneficia ſine cura reſtringi:quod fit ex eo quòd cõceſſiones beneficiorum tãquàm ambitioſæ reſtringendæ ſunt. c. is cui conceditur. de præb. in 6. Variæ ſunt autem iſtius regulæ exceptiones. Primùm pluralis locutio vt plurimùm in tribus,interdum in duobus verificatur.Accurſius in §.fin.inſt.de iure perſon.l.1.§.hoc reſcriptum.ad Sylla.l.2. §.ignominiæ. de his qui not. infam.l.licet Imperator.de legat.1.Quandoque in numeroſa multitudine.c.literis.de cleri.exc.

Exceptiones & diſtinctiones huius membri.

Notabile. Gloſſa autem ibi & Panormitanus dicunt certam hac de re non eſſe tradendam regulam,ſed iuxta ſubiectam materiam fieri interpretationem: quod veriſſimum eſſe puto. Item auctor ab vniuerſitate præpoſitus non dicitur quaſi à pluribus datus.Eſt enim pro Repub.vel vniuerſitate non pro ſingulis, de quo ſupra tetigi in tit.de toto & parte. cap. 1. Probatur in l.2.l.ſicut. §. ſi quid. quod cuiuſque vniuerſit. Item cum ſeruorum electio legata eſt, tres poſſunt

eligi

eligi. l.1. de opt. leg. Item lex ne quid falſitatis incurrat per duos fortè teſtes compoſitum maiorem numerum veluti quinque teſtium expoſtulat, vt per ampliores homines veritas perfectiſſima reueletur. l.fi.C.de fideicom. Item quia infinitas reprobatur, ſub verbo quidam, alij nō tamen plures tribus vel quatuor intelliguntur. cap.2. de reſcript. in 6. De plurali locutione latè diſſeritur à Viuieno & Riſuicio in tit. de regulis iur. Sed & per tranſennam notandum eſt in iure quaternarium numerum perfectum dici, quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis. Vnde exiſtimarim deductum, quòd qui ſcientia & literis præditi ſunt, pileum quadratum geſtant. c. non debet. de conſang. & affin. Alibi tamen ſenarius numerus perfectus eſt, vt in proœmio Sexti decretal. Aulus item Gellius de vi ſeptuarij numeri multa congeſſit. lib. Noct. Attic. 3. cap. 10. Item de triplici numerorum proportione quantùm ad tres ſcientias attinet, vide Petrum Crinitum lib. 14. cap. 9. de honeſta diſciplina.

De numerorum perfectione.

CAP. II.

SErmo ſimpliciter prolatus, de vno tantum intelligitur.] Id eſt, vno actu conſumitur, fit, & perficitur. l. duobus. §. ſi ei qui de iureiur. l. diuortiò. §. quod in anno. ſolut. mat. l. cum pater certā. de leg. 2. Nam vbi lex aut cōtrahentes aliquid ſimpliciter & indefinitè fieri requirunt, id ſemel ſufficit fieri. l. prohibere. §. illud.

quod

quod vi aut clam.l.fideicommiſſa. §. ſi quis decem.de legat.3. Vnde hac de re in tit. de repetitione infra. Sed multo fuſius iſtud declaratur cum ampliationibus, reſtrictionibus & diſtinctionibus ab Andrea Tiraquello viro eximio, qui integrum volumen de prima vice, iteratione, & repetitione cum pulchris allegationibus condidit, quod quidem animi gratia videri poterit. Singularis quoque locutio vno contenta eſt.l.boues.§.hoc ſermone.de verb.ſig. vt lepide & docte iuxta morem ſuum declarat cum multis authoritatibus Medicæus reg.3.

CAP. III.

Dvo vincula ſunt vno fortiora.] Auth. itaque.C.commun.de ſucceſſ. §.ſed hodie. inſt.de adopt.l.ſed & milites. de excu.tut. l.cum in adoptiuis.§.ſi verò.C.de adopt. cap.1. de treug.& pace.l.Pomponius. l.duo ex tribus. de re iudic.l.de inceſtu. cum l.ſeq. de quæſtio. cap.cum à nobis.cap.licet. de teſtib. l. balliſta. ad Treb. l. cum ſcimus. & ibi Bartolus & Alexander.C.de agric.& cenſit. lib.11. Notatur in l.re coniuncti.de leg.3. facit etiam §.fin. Auth. de conſang.& vter.colla.6. §.ſi igitur.Auth.de her.ab inteſt.venien.coll.9. §.ſed omnia.inſtit. de hered.quæ ab inteſt.Hinc eſt quòd graduatus in vtroque iure præfertur inſignito vno tantùm licet antiquiori Panormit. in cap.1. de conſan.& affin. cap.clerici. de iudic. & ibi Decius. Iaſon. in l. coheredi. §. qui diſcretas. de vulgari. Melius eſt etenim duos eſſe quàm vnum: quia ſimul & fidelius & tutius res geritur

Paraphraſes regulæ exemplis illuſtris ornatæ.

tur,can.in omnibus & ibi glo.diſt.81.Scriptum eſt quoque, *Væ homini ſoli, vulgare prouerbium, Ne Hercules contra duos.* Qui nuptam rapuit quia duplici tenetur crimine tam adulterij quã rapinæ acerbius ex hac adiectione punitur.l.vnic. C. de raptu virg.Item:legitimis & idoneis teſtibus non debet mulieris ſimplex aſſertio præualere.c.conſultationi. de ſponſ. & mat. in diuerſitate articulorum ſententia duorum præualet vnius ſententiæ.c.1.& ibi glo.de arbit. in 6. Quin etiam triplicatus actus plus operatur quàm binus, cùm videatur eſſe maior deliberatio.§.hoc deo.Auth.quomodo oporteat epiſcop. de hac regula tractat Mediçæus regul.2. Conſequens eſt, vt quod cæteris paribus pluribus placuit,id obtineat.l.maiorem.de pactis. l.fin.C.qui bonis cedere poſſunt. c. 1. de parœciis. quod locum habet in iudiciis cano. extra. diſtin. 64. Item in electione can.1.& per totam diſtin.65.Item in conciliis Nam maius eſt prouinciale cõcilium,quàm ſingularis prælati prouinciæ, ac iudicium integrum, quod plurium ſententiis confirmatur.c.1. de ſent.excomm.in Clemen.Et quanto facilius & fortius quod per vniuerſæ eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel vnius epiſcopi authoritati vel vnius prouinciæ concilio præferendum eſt. can.puto 2. quæſt.7. At verò non ſolùm inſpicitur maior numerus ſed ſanior conſilio:nam melior zelus in eo præſumitur, ſi alij male aut contra decretum egerint. cap.2.de poſtul. prælat. cap. ſcriptum eſt. cap. quia propter diuerſas. cap.eccleſia veſtra. cap.

Ampliationes & intellectus.

Limitationes.

cap.bonæ memoriæ.& multis aliis eiuſdem tit. de electione. Item non ad multitudinem teſtium reſpiciendum eſt, ſed ad eorum qualitatem & depoſitionem vbi lux potius veritatis affulſit, vnde motum animi ſui iudex informat niſi omnia ſint æqualia ex vtraque parte, vt eleganter ſcribitur in cap. in noſtra præſentia. de teſtib. Item in aliis dignitatibus aliquando minor & ſanior pars maiori præualet, quia quod eis in dubium venerit, ſuperioris poterit iudicio definiri: in Romano verò pontifice eligendo ſemper maior numerus prȩualeat, ideóque ſpeciale aliquid conſtituitur, quia non poterit ad ſuperiorem recurſus haberi. cap.licet. de electione. Vide circa hoc ad tit.de maiori & minori.ſupra cap.2.

CAP. IIII.

VBi multitudo, ibi plerunque confuſio eſt.] l.2. C.quando & quibus quarta pars. Bartolus in l. ſi tamen. §. ſi arbiter.de recept. arb.Baldus in l.ſolam. C. de teſtib. & l.data opera.C.qui accuſ.non poſſ.Panorm.in cap.1. de iudic.hinc verſus:

Segnius expediunt commiſſa negotia plures:
Quiſque etenim culpam reiicit in ſocium.

Paraphraſes regulæ multis iuribus & exemplis cõprobatæ.

Qui repetietur à glo. in l.ſi plures.de admi.tut. Multitudo etiam onerosa nil habet honeſtũ, quoniam in paucis ex multis, quæ ſecundum virtutem eſt, vita ſaluatur. §.1. verſic. multitudo. Auth. de referend. ſacri palat. cap.2. & ibi gloſſ.de reſcript.in 6. Melius eſt domini ſacerdotium paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè

dignè opus dei exercere,quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adferant. can.tales. diſt.23.Nam curioſè proſpiciendum eſt, ne honor,cui debent excellentiora committi, ſui numeroſitate vileſcat.c.vnde priuil. & exc. priuil. Quamobrem dictum vnius ſapientis facilè ſequitur multitudo.c.cum in iuuentute.de purg. can. Atqui integrum & ſanum eſt iudicium quod plurimorum ſententiis confirmatur.cap. prudentiam.de offic.iud.deleg.Et per teſtes numero plures lux potius veritatis aſſiſtit. c.licet cauſam.de probat.vt etiam ſupra dixi proxim. cap.Quod intellige modò ne ſit effrænata multitudo populi ſano iudicio & conſtanti carentis,vt expreſſit Horatius:

Bellua multorum es capitum.nam quid ſequar aut quem ? Aliquando tamen minus ſeuerè agitur,quando multitudo deliquit,quàm ſi pauciores quadraginta. Egregius textus in cap.latores.& ibi Glo.de cler.exc.Quid ſit autem diſcriminis inter turbam & rixam,vide in l.prætor ait.in prin.Vi bo.rap.vbi turba multitudinis hominum eſt turbatio & cœtus, veluti decem ad minus, rixa verò duorum. Ex hac quoque regula multæ aliæ de multitudine poſſunt deſumi veluti: Qui verbum multiplicat,mutat ſubſtantiam obligationis. l. ſi ſtipulatus. de vſuris. Alię quoque traduntur cum ſuis ampliationibus & reſtrictionibus à Riſuicio & Ianuario reg.179.

Exceptiões

Differentia inter turbam & rixam.

Subregulæ

CAP. V.

QVod directo fieri non poteſt,illud nec per indirectum.] Quia aliter dolo & fraude fieri

Ratio.

fieri videtur.cap.2.verſic.facturi.de ſepulturis. in Clem.§.eos.Authen.vt iudices ſine quoquo ſuffrag. cum aliis multis iuribus Authenticorum quæ quidem allegantur plenius per Azonem in Rub.104. Sicut è contrario obliquè data pro directo habenda ſunt. Textus ſingularis in l.Iulianus ait de manu.teſt. Vnde paria ſunt directè quid fiat ſiue obliquè.l.2.§.in rem.de in rem verſo. Sunt tamen in iure multi caſus, in quibus quæ directò non fiunt, obliquè & per alium modum recipiuntur. l.quidam.de acqui. rer.dom.l.tutor rem.de admin.tut.Item quando directa actio vtili præferatur,& è contra docet Azo Rubr.15.

Declaratio regulæ.

In Titulum de Loco & Memoria,

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

Metiuntur propriè,ponderantur,& numerantur res corporales, id eſt,quæ locum aliquem occupant: impropriè autem & κωτακρηςικῶς incorporales.Eapropter de loco congruè ſit mentio, quem quidem hîc intelligimus non pro argumenti ſede, vt Dialectici & Topici vſurpant, ſed communi vſu loquendi pro eo quod aliquid aliud continet.Porrò ex ipſis numeris,menſuris, locis atque aliis quibuſdam adminiculis memoria potiſſimum coaleſcit, fulcitur & conſeruatur. Hæc veluti rerum theſaurus non modo philoſophiam, ſed omnis vitæ vſum omneſq; artes vna maximè complectitur. Niſi enim ea cuſtos inuentis cogitatiſq; rebus & ver

Locus.

Memoriæ commendatio.

Elegans comparatio inter Iuriſconſultum

& verbis adhibeatur, exploratum erit omnia (etiamſi præclariſſima fuerint) in oratore peritura, vt inquit Cicero lib.1.de oratore,& ſecũdo Acad. quæſt. An minus fortaſſe in Iuriſconſulto? ex cuius mente & opera tanquàm è promptuario mnemoſynes elegans, concinna & bene diſpoſita oratio prodire ſolet. Siquidem huius præcipuum munus eſt callere omnes artes, illius de omnibus præclarè dicere: hic vitam ſalutémque ciuium informat, ille ſumma vi dicendi tuetur: hic cum regulis & terminis iuſtitiæ bona in lucem emittit, mala compeſcit, & vlciſcitur, ille verò cum magno verborum apparatu nunc pro bonis, nunc contra malos aciem ingenij ſui exercet: denique iuriſprudentia materiam abundè ſuppeditat, ars oratoria exornat.

& oratorem contra Tullii dictum in oratione pro L. Muræna.

De Loco, & Memoria, Tit. iiij.

CAP. I.

Vicinus magis præſumitur ſcire facta vicini.] cap.quoſdam.& cap.quanto.de præſumpt. Hinc in dubio fama viciniæ & teſtimonium debet attendi. cap.illud.& cap.tertio loco, de præſum.l.filium.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Bart. in l. de ætate. Ad Syllan. Item propter locorum viciniam idem ſtatuitur.cap.ſuper eo.de cenſib.inde prouerbium apud Gallos: *Qui fait comme ſon voiſin, il ne fait ny mal ny bien.* Et graue eſt circuniacentium ciuitatum conſuetudinem contemnere. cap.3.de cog.ſpir.Item non ita de cõtiguo ac de remoto iudicatur.c.vn.de conſec.eccleſ.in 6. Et locorũ

Explicatio regulæ per diuerſa themata.

vicinitas minus temporis ſpatium exigit quàm diſtantia, vt in confirmatione ab electo petenda. cap. cupientes. de elect. in 6. Vicinia autem interpretatur intra duas legales dietas, viginti millibus pro vna computandis. cap. pręſenti. & ibi gloſſ. de præb. & dignit. in 6. At verò ſi duo loca contigua ſint diſtincta pariete, violato vno non cenſetur aliud violatum. cap. vn. de cõſec. eccleſ. in 6. Item ſi vnum eſt acceſſorium alterius, violato acceſſorio non violatur principale. Exemplum in eccleſia & cœmeteriis. d. ca. vn. & cap. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6.

Viciniæ acceptio.

Exceptiones.

CAP. II.

EX differentia locorum aliquod non inducitur diſcrimen.] l. fin. quæ eſt de quinquaginta nouis à Iuſtiniano conditis. C. de tẽp. in integr. reſtit. l. cum interdum. de inſtit. act. Ratio eſt, Non pro locis res, ſed pro rebus loca amanda ſunt. can. nouit. diſt. 12. Vnde virtute vnuſquiſq; ſibi gratiam cõparet, non loco: Præſules non ex locorũ dignitate, vel generis, ſed ex morũ nobilitate innoteſcere debent. ca. nos qui præſumus. can. illud. & ferè per totam diſt. 40. Non enim locus hominem ſanctificat, ſed homo locum. can. ſi. ead. diſt. Vbicunque virgo Dei eſt, templum Dei eſt, nec lupanaria infamant caſtitatem, ſed caſtitas, etiam loci abolet infamiam. can. tolerabilius. 32. q. 5. Et vbi iudex eſt tribunal vocatur item is cui mandatur aliquid certo loco inquirendum, ex iuſta cauſa in alio facere poterit. ca. ſtatuimus. de offi. & pot. iud. deleg. in 6. Locus etiam ad omnium poſſeſſion

Ratio.

Enarratio regulæ per diuerſa ſchemata.

ſionem refertur,vnde quis vi deiectus eſt.l.1.§. quod autem ait Prætor.de vi & vi armat.Hinc naſcitur alia ſubregula : locus non determinat vulgariter,ſed genus vſus.l.quemadmodum.de ſupel. legat. At verò nonnunquam ſecundùm vtentis propoſitum, aliàs ex natura loci diſtinguitur aqua quotidiana & æſtiua.l.1.in princ.l. de interdicto.de aqua quotid.& æſt.Item fallit regula quando aliquid certo loco promiſſum eſt : vel ſi interſit magis in vno quàm in alio vt tractatur in tit.de eo quod certo loco,&in tit. Vbi de hereditate vbi de ratiociniis cum ſimilibus,Item in l.vinum. l.quod te.ſi certum per. l.centum Capuæ.de verbor.obligat. inſpicitur quoque quis habeat ius ſiue dominium in territorio quo ædificatur eccleſia.cap.1.& per totam 16.quæſt.5. Et ratione loci ſiue domicilij ſortitur forum ac iuriſdictionem. cap. 1.de priuileg.in 6.cum multis ſimilibus interdùm valet conuerſis pro ſalute animæ mutatio loci : nam vbi quiſque prauè vixerit in aſpectu mentis apponit quod ſæpe ibi vel cogitauit vel geſſit. Iſidorus in can.valet.diſtinct.81.Aliquando de vno loco ad alium vtilius transferuntur perſonæ, vt qui vni loco minus ſint vtiles, alibi valeant vtilius exercere exemplo Domini noſtri & Saluatoris, Ieſu Chriſti eiuſque Apoſtolorum , qui parum in eodem loco morati totum ferè orbem ad prædicationis euangelicæ firmitatem peragrarunt.cap.quæſitum.de rer.perm. Item conſideratur diſtantia locorum , quando agitur de veriſimili notitia. cap. 1. de iudiciis.

Subregula

Locus non determinat ſed genus vſus.

Exceptiones & diſtinctiones.

in Clem. cum aliis ſimilib. Conſuetudo etiam loci & Regionis vbi aliquid actum eſt, ſpectatur. l. ſi fundus. & ibi late gloſſ. & Doctores. de euict. Multa eſt differẽtia propter locorum diuerſitatem. l. ideoque. de eo quod certo loco. l. 1. & 2. de of. procon. nam diuerſitati locorum ſe accommodant regulæ vt in can. ſi. diſt. 29. & ca. fin. diſt. 30. Quamobrem conſultè prouidet Põtifex ne ex diuerſi acceptione quam in diuerſis regionibus vocabula babent, hęſitandi materia relinquatur. cap. 1. verſ. cum verò de ſtatu monacho. in clem. Item locus reſtringit diſpoſitionem generalem. cap. vt animarum de conſt. in 6. gloſ. in l. 1. de eo quod certo loco. Quod latè declaratur per Medicæum in reg. 1. Quomodo autem locorum appellatio intelligatur & determinetur, vide etiam Medicæum ibidem, Donatum Finam lib. 5. & Nouellum reg. 86. Situs quoque loci aut patrię vtilis propter fructuum collectionem & venti auxilium impediri non debent. l. fin. §. cum autem. C. de ſeruit. & aqua: quod ſanè vtilitatis publicæ gratia receptum eſt. Item exempla punitionis ſeu vindictæ publicæ in loco plerumque fiunt vbi commiſſum eſt delictum. l. vn. C. de Nil. agg. non rump. Et cum inquiritur de vita alicuius, quia melius poteſt vbi cõuerſatus eſt cognoſci, inquiratur. cap. 3. de electio. Ad hæc poteſt ad hanc regulã alia deſumi exceptio ex reg. 1. in c. 1. huius tit.

Locorũ appellatio & determinatio.

CAP. III.

NAtio & ortus cuiuſque regionis ſpectandi ſunt.] ӡ l. quod ſi nolit. §. ſi plures. verb.

quia aſſidua de ædil.edicto. Ariſt.lib.3.Polit.c. 10. & Cicero in oratione de prouinciis conſul. Id autem communi vocabulo patria nuncupatur, quia ſit omnium noſtrum parens. Vnde eleganter idem Cicero lib.1. de oratore, *Noſtra patria*, inquit, *delectat, cuius rei tanta eſt vis ac tanta natura, vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam ſapientiſſimus vir immortalitati anteponat.* Sed & infinita propè de amore patriæ humaniorum literarũ ſcriptores rationabiliter tradiderunt. In iure id notatur extra patriam ſiue prouinciam rem nõ eſſe producendam,vt in 3.cauſa q.6. per tot.& can. nec extra patriam. 3. q. 9. Cum de vita & moribus alicuius ſciſcitatur,ibi debet inquiri, vbi natus fuerit, aut verò diutius conuerſatus cap.3.& cap. ſcriptum eſt.de elect. Laudandus autem nõ eſt pater, qui filium ſuum ciuem patriæ vtilitatibus aufert, vt egregiè traditur in l.3.§.quod pater.de mu.& ho.Qui textus interpretationem recipit ex l. honor. §. plebei. eod. tit.vbi reſiſtere non poteſt pater,quo minus filius patriæ obſequatur, ſaltem periculò eius qui nominauit, ſi ipſe non vult ſubire. Veruntamen non erit alienum hos textus Euangelicos pro exceptione adducere. In omni gente qui facit iuſtitiam acceptus eſt Deo, nec ſanctuarium Dei conuenit iure hereditario poſſideri,ſed indiſtinctè ex vnaquaque natione,dũmodò Chriſtiani & orthodoxi ſint in eccleſia Dei clerici recipiantur.cap.ad decorem.de inſt. Et rurſus: homines vndecunque venerint gra-

Paraphraſes regulæ multis autoritatibus illuſtratæ.

Exceptiões

tia diuina vocati, dum laudabiliter exequantur officium ſui ordinis fruſtra eis requiritur ſuæ notio nationis. cap. cum deputati. de iudic.

CAP. IIII.

Cvius donum vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur.] cap. 1. verſ. huius memoriam. de reliq. & vener. ſan. in Clem. Memoria enim, quæ eſt præcipua pars ingenij, modicè exercendo, quod maximè per intuitum accidit, fit acrior: nimio autem exercitio obtunditur inſtar ferri vt ſcribit Gellius. Quanquam Plato accutiſſimus rerum omnium æſtimator dicere ſolebat literarum vſum memoriæ obeſſe. nam quæ ſcriptis reliquimus, in mente habere deſinimus, quemadmodum ea quæ in ſcriniis aſſeruamus, neglectui & interdum obliuioni nobis ſunt. Nihilo tamen ſecius eas putarim ad fouendam memoriam multùm prodeſſe, cum ſine ipſis omnia hominum penè ferinis geſtis ſimilia viderentur.

Ratio.

Platonis dictum & intellectus.

in Titulum de Opinione, Fama, & Infamia.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

SI anima memoriam rerum diuinarum, quarũ in cœlo erant conſciæ, ad corpora vſque deferrent, inquit Macrobius lib. 1. de ſomnio Scip. capit. 12. nulla inter mortales eſſet de diuinitate diſſenſio. Sed quia, vt Platonicè loquar, anima in corpus trahitur noua trepidans ebrietate, tunc etiam

Continuatio.

Diuina vox Platonis.

tiam comes ebrietatis obliuio incipit latenter animis obrepere. Iſtam obliuionem omnes quidem deſcendendo hauriunt, aliæ verò magis, aliæ minus. Et ideò in terris, cum non omnibus verum liqueat, tamen opinantur omnes: opinionis enim ortus eſt memoriæ defectus. Hinc eſt quod antiquus ille philoſophus dicebat noſtrum ſcire nihil eſſe aliud quam reminiſci. Opinionum quædam ſunt ſtabiles, quæ quadiu perſeuerant, omnia bona opera perficiunt: aliæ ex hominis animo confeſtim aufugiunt, donec ratiocinatione à cauſis ducta ligentur. Apud Iuriſconſultos item opinio ſiue exiſtimatio multiplex eſt: vera, quæ in hominem frugi cadit, & falſa, quæ tametſi per famam vires aſſumat eundo, nihil officit veritati, quod indicat Sillius Ital. his verbis: Opinionis diuiſiones.

Vera & ficta ſimul ſpargit ſua fama per vrbẽ.

Sunt & aliæ diſtinctiones, quæ ex regulis ſubſequentibus poterunt decerpi. Planè ex opinione ſingulorum, fama vel infamia veluti conſentiens totius populi deſcendit. Quantùm autem momenti adferant tam in theoreſi quàm praxi, facilè eſt ex iis quæ mox ſubiiciemus, deprehendere. Id ſolum obiter menti tenendum eſt, famam in duo potiſſimum genera diuidi: Bonam ſcilicet, & malam. Illa à Græcis vocatur εὐδοξία ſeu ἐπιτιμεία quod malè interpretatur à Gloſſa in l. ſcire. §. 1. de tutor. & curatorib. datis. Sed melius exponit Antonius Auguſtinus. vt ſit illæſæ exiſtimationis ſtatus. Hæc autem communi vocabulo infamia nuncupatur, & in alias partes rurſus ſubdiuiditur: videlicet, iuris, facti, leuis, magna, publica & priuata.

Ex opinione fama vel infamia deſcendit.

Diuiſiones famæ & infamiæ.

De Opinione, Fama, & Infamia. Tit. v.

CAP. I.

Ratio.

EA demum opinio ſeu exiſtimatio ſequenda eſt, quæ in hominem frugi cadit.] l.Seruius. quod vi aut clam. Rationem ibi ſubdit Iuriſconſultus ne melioris conditionis ſint ſtulti quàm periti: nam ea opinio excuſat quæ iuxta ſubnixa eſt ratione. l. plagij. in 2. C.ad l. Fla.de plagia. Exiſtimatio autem eſt illæſæ dignitatis ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, quæ ex delicto noſtro authoritate legum aut minuitur aut conſumitur vt aptè traditur à Calliſtrato in l. cognitionum. de var. & ext. cognit. vbi ſingulorum verborum explicationem perſequitur. Porrò ſæpe inſpicitur, cuius exiſtimationis quis ſit in ſua ciuitate. l. de minore. verſ.tormenta.& ibi pulchra gl. de quæſtio. Atque idonei plerunque non tam patrimonio quàm fide quoque, id eſt, opinione æſtimantur. l.ſi quis ſtipulatus ſit.§.fi.de verb.obli. Nec tamen debet quiſquam temere vagari cũ diſcrimine alienæ exiſtimationis. Calumniator enim intelligat ſe iacturam infamiæ ſuſtinere, vt damno pudoris & exiſtimationis diſpendio diſcat ſibi alienæ verecundiæ impunè inſidiari ſaltem de cætero non licere, vt eleganter dicitur in l.Prætor.de iniur.& can.2.2.q.3.Et potius in odore bonę opinionis coepiſcoporũ noſtrorum, quàm eorum infamia delectari debemus,

Definitio exiſtimationis.

Paraphraſes regulæ multis moribus & exẽplis ornatæ.

mus.cap.licet. de accuſat. Quò fit, vt aduerſus eos qui minendæ opinionis gratia aliquid feciſſe dicuntur, more ſolito iniuriarum agi poſſit.l.1.verſ.etſi forte.de iniur.l.3.C.eodem. Sed propter dicta paucorum infamatus reputari non debet,cuius apud bonos & graues læſa opinio non exiſtit.cap.inquiſitionis.§.fi.de accu. nec etiam teſtes facile admittuntur aduerſus eum cuius vita & opinio antè probata ſemper extitit.can.in primis.circa fi.2.q.1.facit ad hoc elegans dictum M.ÆmylijScauri,qui cum proditionis accuſaretur ita crimen diluit,& innocentiam ſuam excuſauit. Varius Sucronenſis ait,Scaurũ pecunia corruptum P.R.prodidiſſe. M.Æmylius huius culpæ ſe affinem eſſe negat. Quid è re ſit iudicate Quirites. Nam cognita vtriuſque exiſtimatione, ſtatim populus accuſationem repulit.Hinc etiam dependent multę ſubregulæ,veluti:Communis opinio debet ſeruari licet in minimis. Quocirca pene infinita à Doctoribus ſcripta ſunt. Sunt & aliæ,quæ latè declarantur à Medicæo in reg.5.6.9.& 10. Item à Bernardo Dia reg.514.&Donato Fina li.5. Vide multa quoque alia de exiſtimatione apud Loriotum,qui de ea librum conſcripſit.

Intellectus regulæ.

Subregulæ

CAP. II.

Exiſtimatio nihil veri immutat, nec ei officit.] l.fi.de crimine expil.her. l.vero procuratori.de ſolut.l.2.l.quod vulgo. pro emptore.l.regula.§.qui ignorauit. de iuris & facti ignor. can. infamis. §. tria ſunt.3.q.7.can. illud peræque.15.q.1.c.conſultationibus.de iur. patr.

Quod

Explicatio regulæ per varia themata. Quod vtique de vana & falſa opinione ſeu exiſtimatione intelligendum eſt, de qua ſuprà in præfatione verba fecimus. Nam falſa opinio ſiue mutata non mutat cauſam vt expreſſe dicitur in l. ſi à te. §. ſi quis fundum.l.ſi mater.§. & ſi ex alia de except.rei iud. Nec etiam ad accuſatorem inſtituendam poſt compertam veritatem marito nocet.l.ſine metu. C. ad leg. Iul. de adult.Item quadriennij tempus quod denũtiandis bonis vacantibus præſtitutum eſt non ex opinione hominum,ſed ex ſubſtantia rerum vacantium,id eſt,veritate dinumeratur. l.intra quatuor.§.quadriennij.de diuer.& temp.pręſc. Regula quoque de opinione quæ communis non eſt intelligitur. d.cap. conſultationibus. Nam communis facit ius vt tractatur quotidie in l. Barbarius Philippus. de offic. proconſ. Quod alibi quoque late tractaui in tit.de errore.Hinc etiam deſcendunt aliæ ſubregulę:Plus eſt in re ſeu veritate quàm in opinione. Id eſt, magis inſpicere debemus veritatem quam opinionem.l.cum falſa.C.de iuris & facti ignor. §.ſi cum rem.inſtit. de legat. Quod latè declaratur cum multis hinc inde iuribus allegatis. ampliationibus, reſtrictionibus & diſtinctionibus ab Azone in Rubr. 58. Præcipua autem eſt diſtinctio circa hanc regulam. Opinio alicuius ſingularis perſonæ non præiudicat veritati,ſed omnium opinio,quæ vtique emendari facile non poteſt pro veritate habetur. ca.cum inter.qui filij ſint legit.Secus autem ſi de facili poſſit emendari. can. ſi conſuetudinem. 8.diſt.

Subregulæ Plus eſt in veritate, quàm in opinione.

Diſtinctio.

Hanc

Hanc diſtinctionem tradunt & latius explicãt Azo in eadem Rubr.& Damaſus in reg.115.Verùm proculdubiò potius id ſpectatur quod in opinione eſt quàm quod in veritate, quando ſcilicet factum à ſola voluntate &animo gerẽtis dependet, veluti in hereditatis aditione & ſimilibus.l.pupillus.l.ſi is ad quem.l. is qui putat.l.heres inſtitutus.de acq.her.Loriotus notat ſubtiliter in tit.de aditione.cap.30. *Exceptio.*

CAP. III.

FAma veluti conſentiens confirmat rei de qua quæritur fidem.] l.teſtium.§.1.de teſt. cap.literas.in fin.de reſtit. ſpol. Sed & præſumptionem violentam inducit. cap.præterea. de teſtibus.& maximum pondus facit, præſertim cum plurimi graues aduerſus aliquem ſcripſerint, nec vllus pro eo defendendo vel aliquatenus excuſando. cap. cum olim.de dolo & contum.Nam quando grauis perſona docet de fama fidem facit.cap.in tua.de ſponſal. & mat. Vnde non ſolùm cùm ſubditus, ſed etiam cùm prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis, non ſemel tantum, ſed ſæpe, quod clamor innuit & diffamatio manifeſtat, debet iudex coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius inquirere: vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtractio culpam feriat delinquentis,non tanquam idem ſit accuſator &iudex,ſed quaſi denũciante fama vel deferẽte clamore officij ſui debitum exequatur vt elegãter dic *Ampliatio* *Paraphraſes regulæ. exemplis & iuribus exornatæ.*

Intellectus & exceptiones regulæ.

dicitur in cap.qualiter in 2.de accuſ. Intelligitur autem regula de fama communi ſeu publica, non autem paucorum cap. 2. de conſang. & aff.cap.ſi iudex laicus de ſen.exc.in 6.non enim propter famam,& deponentium credulitatem, niſi ſit vox & fama publica eſt aliquis damnandus,cap. inquiſitionis,§.fin.de accuſat. Rumor item viciniæ non eſt ita validus, vt niſi probationes rationabiles & fide dignę accedant,poſſit bene contractum matrimonium irritari, ca. ſuper eo de eo qui cognouit conſang. vx. fallit quoque regula.nam piè creditur famæ communi, cùm res poſſit ſecundùm rerum naturam contingere,vt ſingulariter notatur in can.ſanctum eſt baptiſma de conſecrat.diſt.4. Item ad condemnationem criminis,quod non eſt notorium, ſola teſtimonia de fama non ſufficiunt, ſed teſtibus opus eſt ca.tua nos.de cohab. cler. & mul. Cæterùm de fama quando probat, aut non probat,& quomodo probat, tractant Medicæus reg.1.5.& 10. & Petrus Duennas in reg. 283.300. & 301. vbi de criminalibus loquitur. Atque etiam de fama multis modis tractat cũ iurium allegatione, ampliationibus & reſtrictionibus,Socinus in reg.187.& 188. Item Donatus Fina lib.4. Quinimò famam regulariter nõ facere plenam fidem probatur in l.3. §.eiuſdem & ibi Gl.de teſtib.c.ſi teſtis.§.ſæpe etiam. & ibi Gloſſa, & in cap. illud de clerico excom. Quod etiam latiùs tractat cum ampliationibus & reſtrictionibus idem Duennas in regula 299.

CAP

CAP. IIII.

BOna fama iuſto vnicuique ſeruari debet.] l.ſcire.§.1.de tut.& curat.datis.can.nolo.12. q.1.can.non ſunt.11.q.3.can.iubemus.de cóſ. diſt. 5. cap.ſuggeſtum.de decimis.l.infamia.C. de decur.lib.10. Hæc regula adeò vera eſt, vt ſi fama noſtri prædeceſſoris laceſſatur, iniuriarũ actio nobis competat. Semper enim heredis intereſt defuncti exiſtimationem purgare..l. 1. verſic. idemque. de iniur. Nec ſufficit aliquid boni agere,ſed oportet aliquando præſenti teſtificatione prædicari,commendari,& bonę famæ præconiis non taceri,vt inde cæteri exemplo inuitentur. can.quatuor autem.12.q.2. Cuſtodienda itaque eſt bona conſcientia propter noſmetipſos,ſed fama propter proximum. Vnde dicit Apoſtolus: *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco,&c.* vt eleganter ſcribitur in can.non ſunt audiendi.11.q.3.cap.1.de ſacra vnct. Et qui confidens conſcientiæ negligit famam crudelis eſt atque impius.can.nolo.12. q. 1. Intelligitur autem regula de eo quod fieri poſſit. Nam ſi homines ſint ita ſuſpicioſi, vt nullo modo à corde ſuſpicionem remouere poſſint, tunc ſufficit bonam conſcientiam habere. can. cui eſt illata. can. ſentit.& ſimilibus.11.q.4. Quam diſtinctionem rectè tradit Damaſus in reg.81.

Ampliatio.

Paraphraſes regulæ iurib. probatæ.

Intellectus regulæ.

CAP. V.

INfamia nullam recipit æſtimationem, atque omni mulctæ pecuniariæ præfertur.] l. ſi in duabus.105.de reg.iur.cap.infamibus.87.eod. titul. in 6. l. 2. C.de dign.l.1. C.de ſecund.nupt.

Enodatio regulæ per diuerſa themata.

Vnde vbi æquiparantur famoſa iudicia, licet diſparem pecuniæ mulctam contineant, pro paribus habentur:Item argumentum de famæ ad vitæ amiſſionē rectè deſumitur.l. ſi adulterium cum inceſtu.§.pen.Ad legem Iul.de adult.Quapropter infames ab omni gradu dignitatum & honorum, atque etiam cœtu publico excludūtur,vt tractatur in d.cap.infamibus.Quin & liberi eminentiſſimorum virorum vſque ad pronepotes gaudent ſpeciali priuilegio,vt non torqueantur,niſi ſubſint liberi, per quos id priuilegium ad vlteriorem gradum tranſgreditur,aliqua violati pudoris macula aſperſi,vt eleganter traditur in l.diuo Marco. C.de quæſt.Conuenit vt puritas ſpiritualis cognationis ab omni labe & infamia conſeruetur immunis can. fin.30.quæſt.4.Eis,qui malæ famæ ſunt, aut leuis opinionis,nulla vel modica fides adhibetur ca. licet cauſam de probat. Quoad eccleſiaſticos verò,ſi neque conuicti,neque confeſſi fuerint,ſed tantùm publica laborant infamia, poſt diligentem inquiſitionem eis canonica purgatio indicitur:in qua ſi defecerint, tanquam authores tanti ſunt ſceleris puniendi,& pro conuictis habentur,cap.hoc autem, cap. inſinuatū de ſimonia, cap. ex literis in primo. de homicidio,cap.nos inter alios, & ca.ſeq.de purga.can. Inquiſitio tamen non procedit niſi contra infamatum,cap.cum oporteat, cap.inquiſitionis. de accuſat.Diſtinguitur autem infamia ex qualitate perſonarum.Nam licet nulla ſit in aliquo caſu infamia, tamen apud bonos & graues viros

Diſtinctiones.

ros

ros opinionem lædit.l.ea quę.C.de his qui not. inf.Et è contra vilibus perſonis damnum famę non eſt iniuria,ideóque grauius in eos animaduertitur.l.2.C.vt intra certũ tẽpus crim.quęſt. Nõ autem omnes lege canonum fiunt infames, quos leges ſeculi infames pronunciant vt exẽplis docetur in can. Euphemium. 2.q.3. Sed & qui ſint infames latè declaratur in ca. infames, & ſeq.6.q.1. Et quæ circa infamiam ſtatuantur vide in tit. de his qui not.infa.& l.infamèm.de pub. iud. Porrò, vt iam ſupra dixi,alia eſt infamia iuris,alia facti. Infamia iuris eſt, quæ procedit ex aliquo delicto, eaque propter lex tanquam infamem condemnat: in quo & cauſæ cognitione opus eſt l.1.in pr.de his qui not.inf. Infamia facti, quãdo lex aliquod factum, quod aliàs repræhenſibile non eſſet reprehendit.Tũc enim eo ipſo quòd factum eſt abſque vlla cauſę cognitione infamis eſſe dicitur.d.l.1.§.qui eam & l.2.§.ignominiæ.D.eo.Illud tamen procoronide annotandum eſt, aliquando factum adeò infamare,vt licet ſententia ſit abſolutus, infamis tamen remaneat,quia factum lex non ſententia notat.l.palam.§.fin.de ritu nupt. Interdum verò infamia criminis per indulgentiam principis non tollitur licet pœnæ gratiam faciat.l.fin.C.de generali abol. lib. 12. §. cum autem inſt.quib.mod.ius pat.po.l.1.l.ſi ademptis. l.generaliter.& l.vlt.C.de ſent.paſſis. Quod ſignificat Ouidius in Ponto:

Pœna poteſt demi,culpa perennis erit.

Sed & qui plura de infamia cupit videre,eũ ad

Infamia iuris & facti.

Notabile.

Lorio

Loriotum remitto in tit. de exiſtimatione axio. 2. & aliis ſeq. vſque ad finem libri.

In Titulum de Scientia & Ignorantia.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõtinuatio

Scientia opinione præſtantior.

QVi opinantur abſque vlla ſcientia, nihil prorſus ab illis differunt, qui licet cæci ſint, recto tamen tramite gradiuntur. Propterea ſcientia recta opinione præſtantior eſt, ab eáque vinculo diſcrepat. Nam qui ſcientiam habet ſemper aſſequitur: qui vero rectam opinionem, interdùm quidem conſequitur, nonnunquam etiam fallitur, vt Plato notauit in Menone & Dialo, de Repub. 5.

Conuenientia earum.

& 6. In hoc tamen conueniunt, quod neutrum natura hominibus ineſt, neque ſunt aduentitia. Ad hæc quæ fortuna contingunt, imperio hominis nequaquàm fiunt: duo autem ſunt, quibus homo præditus dux eſſe aliis verè poteſt: videlicet opinio vera atque ſcientia. Plurima quoque diſſerit idẽ Plato in Menone de comparatione vtriuſque inter ſe & ad alia. Sed hoc loco notandum eſt de illa ſcientia non agi, quæ multa literarum & diſciplinarum cognitione acquiritur, ſed quæ ignorantiæ

Ignorantiæ diuiſio.

tanquam lux tenebris oppoſita eſt. Porrò multiplex eſt ignorantia apud Iuriſconſultos veluti: facti & iuris: Craſſa, ſiue ſupina & leuis. Hæ ſingulæ partes quos effectus pariant in iure, paulò poſt dicemus. Apud Philoſophos tamen ignorantia vitio nõ imputatur. nam, vt Cicero lib. 3. Tuſc. poſt Socratẽ

ſcripſit, optimus & grauiſſimus quiſque confitetur ſe multa ignorare, & multa ſibi etiam atque etiam eſſe diſcenda.

De Scientia & Ignorantia, Tit. vj.

CAP. I.

QVi cum alio contrahit, ſcire debet conditionem ipſius: alias ſibi imputet.] l. qui cum alio 20. de reg. iuris. l.3. §. fin. l. cum mandatu. de minor. Ratio eſt, quia cum nemo contrahat inuitus vel obligetur ex contractu, poſtquam neglexit eius conditionem ſciſcitari cum quo contrahit, vel ſciuit, & ſibi non proſpexit, omne detrimentum quod ex eo contingit, ſibi non aliis imputet. Exemplum in Senat. Velle. & Maced. cum ſimilibus. Item in §. pen. & vlt. Inſt. quib. alien. non licet. l.2. §. hi qui de cap. dimin. l. diem proferre. §. ſtari de receptis arb. Cæterùm de proprij imputatione facti vide quæ latè ſuprà ſcripſimus in tit. de Suo & alieno, cap.4. Hinc eſt quod ſciens indebitum ſolutum non repetit, quia donaſſe videtur l. indebitum. C. de condict. indeb. iuncta l. Campanus de operis lib. cum aliis ſimilibus. Qui meliùs ad teſtificandum recipi debent quam illi, qui meliùs ſciunt: quorum ſanè intereſt, ita vt ſine his aliquando nihil agatur can. videtur 35. quæſt.6. cap.3. Qui mat. accuſ. poſſ. Veruntamē poſſeſſor dicitur bonæ fidei, qui ignorauit conditionē eius cum quo cōtraxit. l. bonæ fidei no. de verb. ſignif. & potiùs excuſatur quam is qui

Ratio.

Expoſitio regulæ per exēpla & authoritates.

Exceptiones & intellectus regulæ.

ſciuit, & ſibi cauere noluit. Quod idcircò locũ magis obtinet in bonæ fidei contractibus, vt ignorantia quandoque excuſetur. Fallit etiam regula in delictis, & ſuceſſionibus. Puta: Si hæres ſoluerit legatum pupillo ſine tutoris authoritate: non enim cum eo contraxit, ſed quaſi §. hæres inſt. de obligat. quæ ex quaſi contractu: licet aditione hereditatis etiam inuitus obligetur: ideóque iuſtam prætendit cauſam ignorantiæ, an id quod petitur debeatur: non item ſi agat. Idem dicitur etiam in fideiuſſore, vt copioſè tractatur in l. qui in alterius 43. de reg. iuris.

CAP. II.

Scientiæ ſeu notitiæ tempus inſpicitur.] l. annus de calumniat. l. quidam decedens. §. fin. de admin. tut. l. non ſolùm. §. conſequens in fine. de excuſ. tut. huius quoque regulæ varia traduntur exempla: ſcilicet in l. 1. §. fin. Quando appellat. ſit. l. quinquaginta. C. de excuſat. tutor. l. 3. l. quandiu. C. Qui admitti ad bon. poſſ. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. l. pr. C. de temp. appellat. cap. ſuper eo in 2. de appellat. cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. Ratio eſt, quia qui neſcit, is videtur experiundi poteſtatem nõ habere. Idque maximè in materia præſcriptionum obſeruatur. Alia eſt ratio: Quia quę animi deſtinatione agũtur, vera & certa ſcientia perfici debent. l. in totum 77. de reg. iuris. §. conditione inſt. de verb. obl. l. ſed & ſi. §. vlt. de iudic. l. cum ad præſens. l. reſpiciendum. *Si cert. pet.* Alioqui ſi imperfecta ſint, non valent, vt elegan

Rationes.

ganter notatur in l.ſi quis cum teſtamentum.l. ex ea ſcriptura. de teſta.l. cum de bonis. C. de donat. Atqui tempus notitiæ non inſpicitur, cùm non eſt neceſſaria notitia:nam etiam ignorantem mandatum afficit, vt alibi diximus in hoc titulo, ex cap. pr. verſic. non obſtaret. de conceſſ. præb. in 6. Pulchra eſt quoque diſtinctio circa hanc regulam inter tempus vtile & continuum. Tempus enim vtile non currit, niſi ei qui copiam habet experiendi, agendíve. l.pr. de diuerſis & temp. præſcript. non autem currit ignoranti. l.cum ſex.de ædil.edicto. At verò continuum currit ignoranti l. genero. de his qui not.infam. Quod vtique locum habet in vſucapionibus & præſcriptionibus, niſi minor ætas aliud inducat.l.fin.C. Quibus ex cauſis in integ.reſtit.vel patria poteſtas.l.pr.C.de annali except.vel alia quæ in caſibus à iure notatis præſcriptionem impediunt, vt latè tractat cum multis iuribus, ampliationibus & reſtrictionibus ſubtilis Damaſus reg.59. Sciendũ eſt proculdubio tum demum impetrantem videri notitiam vacationis habere, ex quo ipſa vacatio in loco vel eccleſia beneficij publicè nota eſt ca.vn.de conceſſ.præb.in Clem. Itẽ notitia vndecumq; veniat, ſatis eſt, dũmodò parti nõ pręiudicetur: nec arctatur is cui fit intimatio. Alioqui debet cũ ſolennitate fieri, de qua in Cl. cauſa de elect. Hanc regulã tradit Felinus, & limitat in cap.cum cõtingat.de reſcript. Duplex eſt autem notitia alicuius rei: alia per conuerſationem: alia per famam ſecundùm Baldum in

Exceptiones & diſtinctiones regulæ.

Intellectus ſingulares.

Quotuplex eſt notitia.

conſilio 447.mon.16. Quod latè tractat Nouellus reg.113.Item quaudo ſcientia vel ignorantia contrahentium obeſt vel prodeſt, multis hinc inde iuribus allegatis probatur cum diſtinctionibus & limitationibus per Azonem in Rubr. 3.Vide etiam quæ circa hoc ſcripſi in tit.de cõſentiente & inuicto infrà.

CAP. III.

IGnorantia eius quod omnes intelligunt, aut debent intelligere, latæ culpæ annumeratur.] l.cedere 213. §. vlt. l. latæ 223. l.magna 226.de verb.ſign.l.aliud 121.§.refertur.l.imperitia 174. de reg. iuris. & cap.ignorantia eod.tit. in 6.l.ſi quis fundum.§. Celſus.Locati. l.2.§. ſi à pupillo pro emptore:id autem de omni eo quod ſecundùm legem, æquitatem & bonos mores, fieri debet,interpretatur.Nam certũ eſt, ſacratiſſimas leges à nemine ignorari debere, vt prohibita declinent & permiſſa ſequantur.l.leges ſacratiſſimæ.C.de legibus.l.conſtitutiones. C.de iur.& facti ign. Maximè verò à Iuriſconſulto,iudice,&oratore:cum turpe ſit ius,in quo verſamur,ignorare.l.2.§.denique.§.Seruius de orig.iuris.&.in prin.Auth.de iudicib.coll. 6. Et iis quibus ſumma Reipub. commiſſa eſt.l. municipes Ad municip. Imò etiam ſcire ius quiſq; præſumitur.l.regula.§.fin.de iuris & facti igno. Alciat.in tractatu præſump.reg.3. Quod latiùs declaratur per ampliationes & reſtrictiones à Prateio reg.447. Alioqui ſciẽtiam accipere debemus,non quæ cadit in iuris prudẽtes aut callidiſſimos homines, ſed quam quis aut per ſe aut

Ratio.

Ampliationes.

Enodatio regulæ cũ multis authoritatib.

aut per alios aſſequi potuit, conſulẽdo peritio- *Ignorantia*
res,vt diligentiorem patremfamil.conſulere di *ex culpa no*
gnum ſit.l.in bonorum.de bon.poſſ. l. 2.in fine. *cet.*
Quis ordo in bon.poſſ.ſeruetur. Et generaliter
dicendum eſt omnem ignorantiam quæ eſt ex
culpa nocere , Auguſtinus in can.omnes dein-
ceps 28.qu.1.facit ad regulam. l.ſi quis domum.
§.pen.Locati.l.2.Quod quiſque iuris.§.1.inſt.de *Subregulæ.*
oblig.quæ ex quaſi delicto.l.ſi putator. §. 1. Ad *Ignorantia*
legem Aquil.l.genero.l.liberorum. §. ſi qua er- *iuris nemi-*
go de his qui not.infa.l.2.C. de in ius vocando. *nẽ excuſat.*
Hinc aliæ manarunt ſubregulæ, nempe, Igno-
rantia iuris neminẽ excuſat,ſed facti. l.2.l.cum
quis de iuris & facti igno.can.eccleſia 1. quæſt.
4.nec etiam formæ à iure impoſitæ ignorantia.
l.fin. C. de teſta. Medicæus reg.7. Cuius expli-
catione omnes tituli D.& C.de iuris & facti i-
gno.referri ſunt.l.error.C.ad legemFalc.l.ſicut
in fin.C.de præſcript.30.vel 40. annor.Imò nec
mulieres. l.regula.de iuris & facti ignor. l.fin.
C.Qui petant tutores. & l. iuris ignorantiam.
C.qui admitti ad bon. poſſ. Gloſſ. & Doctores
in cap.2.de conſtit. Cæterùm de facti ignoran-
tia proximo cap.agemus:nunc de ignorantia iu *Diſtinctio-*
ris perſequamur. Prima igitur eſt huius regulæ *nes.*
diſtinctio inter ius naturale & poſitiuum , de
quibus abundè ſuprà diximus. Naturalis enim
iuris ignorantia nemo excuſatur , vt non fura-
ri,non occidere.niſi adeò modicæ ſit ætatis, vt
id ſcire non poſſit d.l.regula. Sed aliquando i-
gnorantia iuris poſitiui excuſatur, nec obeſt, ſi
ea perſona ſit quæ ius ignorare ſuum propter

ruſticitatem,ſexus,ætatis,vacationis, aut alterius rei defectum poſſit, de quibus latiùs in tit. de ætate & animi,corporíſve infir.infrà tractabimus.Probatur tamen iſtud ſpecialiter in d. l. regula.& l.2.§.fin.de iure fiſci can. innocens 22. quæſt.4. Elegans eſt edictum Iuſtiniani Imper. circa milites,quos arma magis quàm iura noſſe oportet,ideóque iis multa de iuris ſolennitate & ignorantia remittuntur.l. fin.in princ. C. de iure delib.l.1.C.de iuris & facti ignorantia.Vnde eſt illud Ouidij:

Scilicet arma magis quàm ſydera, Romule noras,
Curáque finitimos vincere maior erat.

Hæc quoque diſtinctio fuſiùs tractatur cum multis diſceptationibus in can.turbatur. pr. q. 4. Item per Doctores videlicet Damaſum in regula pr. qui eam multis iuribus comprobat, atque etiam aliter diſtinguit; An veriſimiliter ignorare potuit: an non.Nam hæc regula de edictis publicis intelligi poteſt, quæ publicata per præconem, tametſi ab omnibus non exaudiantur,debēt cuſtodiri quia ab aliis vnuſquiſque facile ediſcet.Si autem nōdum fuerint publicata,excuſant.§.1.Authent.Vt nouæ conſtit. coll.5. Aut verò ſi poſt publicationem nondum ſatis fuerint vſu cōprobata. nam ita demū pro lege teneri & cuſtodiri debere aliàs ab egregio viro Baptiſta Manlio aduocato Regio in Senatu Pariſienſi audiui. Quapropter dicitur ignorantiam noui edicti excuſare, modò ne ex ea ignorantia nullum percipiat commodum in detrimentum alterius. l. 3. C.de his qui ſibi ad-

Ignorantia noui edicti excuſat.

ſcrib

ſcribunt.Nec obeſt ignorantia legis municipalis cum ſit particularis.l.fin. de decretis ab ordine faciẽdis.Et venia facilè impetratur à principe,quando quis magis errore aut ignorantia, quàm malitia in crimen incedit, vt ibidem & l. pen.C.illo titulo.Dummodo in poſterum abſtineat,can.propoſuiſti.can. quia aliquanti diſtin. 82.Sed ignorantia nõ prodeſt, ſi clandeſtinè vel contra interdictum eccleſiæ matrimonium ſit contractum : cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientię,vel ſaltem adfectatores ignorantiæ videantur , vt præclarè dicitur in cap.3. §.1.de clandeſt.deſp. Item ignorãtia te non excuſat,ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter contingere poſſe vel iacturam:Secus in illo,qui vt non occideret de contingentibus nihil omiſit,cap.fin.de iniur.& damno dato. Item conſtitutio aliquando ligat ignorantes:interdum non ligat. Poſterius probatur in can. lectum 33.quæſt.2.cap. ſi verò in 2.de ſen. exc. l. ſi ignorans. iuncta gl.Locati. Sed & iſtud amplius declarat cũ ampliationibus & reſtrictionibus Petrus Duenna.reg.119. Item nocet iuris ignorantia acquirere volentibus, non autem damnũ euitãtibus.l.iuris de iuris & facti ignor. Item nõ nocet iuris ignorantia, ſi res adhuc eſt integra.l. 3. Quod falſo tut.autho. l.pr. Vt in poſſeſſ.legatorum. Ratio autem eſt,cur iuris ignorantia excuſet,Quòd iuris error omnem dolum excludit, vt notant doctores in l. ſi quis id quod,& ibi Decius de iuriſd. omn. iudic. Iſtam quoq; ſubregulã late tractant cũ ampliationib. &

Exceptiones & aliæ diſtinctiones.

Ratio cur iuris ignorantia excuſet.

& reſtrictionibus Scipio Ianua.in regula 121. & 125.Donatus Fina lib.5.Medicæus reg.7.Bernardus Dia.reg.224. & Prateius reg. 418. Item aliquando ignorantia excuſatur, id eſt, non punitur. l.ex maleficiis. §.1.de act.& oblig. l.generali.C.de tabel.lib.10.Bartol.in l.1.§.nunciatio.de noui op.nuntiat. interdum verò prodeſt, interdum non prodeſt,ſed nocet,vt omnia iſta latiſſimè declarantur à Prat.rub.418. Azo.rubr.104. & rubr. 3.vbi multas alias quoque de ignorãtia regul. ſubiicit , atque etiam differentiam inter ignorantiam,errorem,& titubationem ſtatuit, de quibus infrà videbimus cap. proximo. Alia eſt item ſubregula : Scire debent omnes quod eſt ſui muneris & officij , vt nihil contrà in detrimentum tertij admittant , veluti ſi medicus ignarus malis aliquem porrectis remediis interfecerit. §. prætęrea inſt. Ad legem Aquil. nã fragilitatis humanæ prætextu decipiens in periculo punitur.l.illicitas.§.ſicuti.de offic.præſidis.l.idem iuris.§.idem dicitur.Ad legem Aquiliam.l.filiusfam. de iudic. Quamuis Cicero lib. 3.de Orat.eos aliquãdo excuſabiles eſſe aſſerat.

Alia ſubregula.

CAP. IIII.

IGnorantia facti excuſat.] l. genero.l.liberorum.§.ſi quà ergo.de his qui not.infam. l. regula.de iuris & facti ignor.§.vlt.Auth.Quib. mod. nat.eff.ſui coll.7.§.rectè inſt. de mandato. l.ſi fideiuſſor.§.non malè Mandati.l.ſi ad dominum.de furtis. Diuerſitatis ratio inter hanc & priorem regulam eſt huiuſmodi : Quia ius quidem finitum eſſe poteſt , facti autem interpretatio

Rationes.

tatio plerumque prudētiſſimos fallit. l.2.de iuris & facti ignor. Item alia facti quæſtio in poteſtate iudicantis eſt,non iuris:ideóque iuris ignorantia nocet.l.ordine. Ad municip. Quamobrem ſi quis ius ignorauerit, ceſſat repetitio ex lege Falcidia,ſed error facti non impedit repetitionem.l.error. C.ad legem Falcid.Item domino ſciente & non contradicente, ſeruus ad clerum ordinatus eo ipſo fit liber.at verò ſecus ignorante. nam licet intra ſpatium vnius anni eum recipere can. ſi ſeruus ſciente diſt. 54. Qui ſcienter ab eo cui non licet conferre, ordines receperit,indignum ſe fecit,ideóque executionem officij non habebit. Vbi autem ignoranter poterit diſcretus pontifex diſpenſare cap. 1.de ordinatis ab epiſcopo iuſta vtriuſque contrahentis ignorantia actui non nocet. l. vlt. §. vlt.de legat.2.l.fin.in fine Pro ſuo.§.vlt. Inſt. de hær.inſt.Item qui ignorat,à mora vel experiūdi poteſtate excuſatur l. quod te. Si certum petatur.l.1.§.vlt.Quando appell.fit.nec etiam pœna propter factum tenetur l.ſi plagij.in 2. Ad legē Flauiam.de plagia.l.vlt.C.de rei vindic. ca.1. de conſtit.in 6.cap.ſi beneficia.de præb.in 6. Item excuſat à dolo.§.hinc nobis Auth.de her.& Fal cid.nam dolus & imperitia diuersè puniuntur. l.ſi filius. de iudic.l.ſi quis aliquid.§.abortionis. de pœnis. l. 3. Ad leg.Cornel. de ſica. l.ſi putator. Ad legem Aquil. Item excuſat à crimine. Nullius enim crimen maculat neſcientem. l. Prætor.§.1.de pig. act. can.2.& 3. & reliquis pr. quæſt.pr.Multæ autem ſunt diſtinctiones & limit

Explicatio regulæ per exempla cū multis authoritatib.

Diſtinctiones & limitationes.

mitationes iſtius regulę. Nam primum licet excuſet à crimine, non tamen excuſat ab actione d.l. Prætor. §.1. imperitia enim coheredum formam iuriſdictionis non mutat. l. ſi filia. famil. herciſc. Item non excuſat à dolo quando affectata eſt ignorãtia, quæ dolo comparatur, quia culpa ſua neſcit. l. mulier. §. ſed enim ad Trebel. l. quod contra. C. de inceſtis nupt. Vide in hanc rem Ariſtotelem lib. 3. Ethicorum. Item in doliis vitioſis locatis culpa domini neſcientis nõ excuſatur, ſicut nec in aliis rebus. l. ſed addes. iuncta Gloſſ. Locati. Fallit item in caſu l. 2. Si is qui teſta. liber. Quin & aliquando ignorãtia extra ordinem punitur ſine dolo, qui eſt vnicus caſus in criminalibus, vt à D. Nereo Torueone doctiſſimo Proprætore criminali Lugduni didici. l. 2. in fine de termino moto. Item nonnunquam ignorantia iuris nõ nocet, ſed facti. Singularis textus in l. multùm intereſt. de condict. & dem. Item notabilis eſt caſus, in quo ſciens magis excuſatur quàm ignorans in l. is qui vſumfructum Quib. mod. vſusf. amittatur. Licet ſint peccata ignorantium minora quàm ſcientium can. quemadmodum 32. quæſt. 7. Item circa eos qui facti memoriam, aut ignorãtiam vel iuris peritiam non habẽt, abbates poſſunt moderata iniuncta pœnitentia diſpenſare, niſi graue fuerit aut notabile factum, aut is qui fecerit adultus ſit, & diſcretus, vt violenter contra obliuionem vel ignorantiam præſumatur, cap. cum illorum de ſen. excom. Item diſtinguitur, An ſit probabilis ignorantia an non, vt in declar

claratione tituli de iuris & facti ignorantia tractatur. Prior quidem excuſat, non autem alia.l.ſub prætextu in 2.C.de tranſact. cap. apoſtolicæ. de clerico excom. Item & ſeçundùm theologos multiplex ſtatuitur ignorantia, quæ etiam apud Iureconſultos diuerſo tamen intuitu conſideratur: Leuis ſcilicet, ſeu voluntaria, item craſſa & ſupina: de leui regula noſtra loquitur. Si autem nimis ſit ſupina, non excuſat l. 1. l. iuris.de iur.& facti ig.c.quãuis 10.de reg. iuris in 6.l. etſi cõſenſum.de cont.empt.l.cùm ſex menſes.de ædil.edicto,c.pr. ac pleniùs tractat gl.& doctor. in c.2.de conſtit.in 6. Tamen aliquando etſi ſupina & erronea fuerit, ex benignitatẽ apoſtolica indulgentia tribuitur dicto cap.apoſtolicæ. Nam ignorantia non intelligitur deperditi & nimiùm ſecuri hominis, ſed frugi. Neque negligentia, inquit Iuriſconſultus, craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita eſt, neque dilatoria curioſitas exigitur l. 3.l. nec ſupina.de iuris & facti ignor. Atque etiam tutoris non negligentiæ remiſſioris vitium, ſed iuſtæ ignorationis ratio, quam probare tenetur, ei remittitur l.ſi tutor petitus. C. de peric. tut. Item ignorantia cui culpa comes eſt præiudicat, vt ſuprà dixi in proximo capite, cap. ſi beneficia.de præbend.in 6. Item aliquãdo factum alicuius ignorantia excuſat.l.qui foueas. Ad leg.Aq.l. ſi certis annis.C.de pact.Quod habet locũ propter errorẽ facti, nõ autem in delictis, vt multis iuribus hinc inde alleg.cõprobat Azo rub.101.Itẽ ignorãtia facti alteri⁹ nõ debet im

Intellectus notabilis.

imputari.l.qui in alterius.de reg.iuris. Doct.in cap.ignorantia.eod.tit.in 6. Quod amplius declarat Medicæus reg.8. & Riſuicius in paratitlis exponendo. l. quod in alterius. de reg.iuris. Quia ignorantia circa factum alienum regulariter præſumitur.l.verus.de appellat.Quod latè declarat cum ampliationibus & reſtrictionib. Soc.reg.220.& 221.& poſt eum Benedictus Vadius.Atqui ignorantia facti proprij non ita facilè præſumitur.Ideóque nec excuſat l. fin. Pro ſuo ca.ab excõmunicato de reſcript.in 6. Quod etiam latè cum ampliationib.& reſtrictionibus declaratur à Soc.in reg.126. Vide etiam Loriotum in tit.de reg.iuris.c.56.Item cùm quæritur an ignoranter contrahens teneatur. diſtinguit Azo in Rub.3. Vbi ignorantia mecum contrahentis decipior, nihilominus tenetur qui contraxit,vt in ſeruo,fure, & prædio tributario. l. Iulianus.& l.ſi ſterilis.§. ſi prædij. de act. empt. Si verò decipior ſcientia contrahentis mecum, ſine dubio agam: Sin autem vterque noſtrûm ſciat,neuter alteri tenetur, quia non videtur alteri celatum.l.1.§.vlt. D.illo tit.Si vterq; ignoret, ſubuenitur læſo, vt ibidem Azo latiùs exponit. Item quia ſuprà de iuſta cauſa ſcientiæ vel ignorantiæ mentionem fecimus, ſciendum eſt iuſtam regulariter cauſam dici in eo qui veriſimiliter ſcire poteſt vt ſuprà hoc quoque capite diximus. Cæterùm ea poteſt eſſe vel circa factum alienum, ſiue cùm debitum liquidum non eſt, aut cùm temporis diuturnitas, ſeu negotiorum allegatur frequentia, ſeu aliis multis de

Notabile. Quando ſit iuſta cauſa ignorantiæ.

de cauſis quæ alicuius veriſimilem ignorãtiam arguunt: quod totum in religione & arbitrio iudicantis poſitum eſt, ídq; probatur amplè per Loriotum in tit. de mora, c. 5. ex l. nõ poteſt videri de reg. iuris. l. peregrè. de acq. poſſ. Bartolũ in l. 2. §. obſeruari. C. de iura. calum.

in Tit. de Authoritate,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Maximum pondus & vim habet inter homines proborum & doctorum authoritas, quæ partim ex opinione & fama vulgi, partim ex certa ſcientia, quæ à ſignis indubitatis procedit, acquiritur. Quapropter non immeritò anteponenda ſunt ea quæ prudentibus, viris bonis, iuſtitiæq; & æquitatis peritis placuerunt: ſed multò magis iis qui in aliqua re ſeu ſcientia excellunt, hoc ipſo, quòd tales ſunt, vel qui in vnoquoque genere ſciẽtes ſunt, vel pluribus, vel omnibus. Nam quæ quiſque nouit, de iis verè iudicat, éſtq; eorum æquus æſtimator. De quaque ergo rerum ſingularum verè iudicat is qui vſu rerum ſingularum valet: omnino verò qui doctrina eruditus eſt, vt refert Ariſtoteles lib. Topic. 3. cap. 1. & Ethic. pr. cap. 3. Sed quoniam humanæ vix eſt ſagacitatis & memoriæ, vt omnes artes ac doctrinas vnà perdiſcat, & ad vnguem ſemper teneat, idcircò bene iuris authoribus viſum eſt, vnicuique in aliqua arte perito, quantum ad illam attinet, credi oportere, ſicuti in iure paſſim cautum reperitur, atque etiamnum in praxi quotidiè obſeruari videmus.

Cõtinuatio. *Virtus & excellentia authoritatis.* *Cuique perito in arte credendũ.*

De

De Authoritate, Tit. vij.

CAP. I.

AB authoritate optima deſumitur probatio.l.3.§.fin.de lib.exhib.cap.de regularib. de ſimonia.cap.cum dilectus. de fide inſtr. Notant interpretes in l. 1. ſi certum petatur, vbi Celſus ab Vlpiano allegatur. Sed cùm vterque Iuriſconſultus fuerit, non multa fortè erat vis eius authoritatis, quandoquidem Iuſtinianus Imperator omnia Iuriſcõſultorum reſponſa æqualiter confirmauit, ſuámque impertitus eſt authoritatem.l.1. §. ſed neque. C. de veteri iure enucl. Volens etenim eximiam haberi legibus fidem, clariſſimos illos ſelegit Iuriſconſultos & nominauit, ex quibus illę emanarunt. l.2.§. iuris ciuilis. de orig. iur. Quò ſanè ſtatim effectum eſt, vt omnia reſponſa Iuriſconſultorum, quæ in noſtris Pandectis habentur, pro legibus ab omnibus obſeruarentur, atque exinde reſcripta Imperatorum & ordinationes Principum: nempe propter magnam, quæ ipſa ineſt, inter homines fiduciam & authoritaté: nóſque ipſi in huiuſce voluminis congeſtione idem ſecuti ſumus, ſicut in præfatione diximus. Cicero in lib. de Oratore Bibliothecas, inquit, omnium philoſophorum vnus mihi videtur xij. tabularum libellus & authoritatis pondere & vtilitatis vbertate ſuperare. Nemini etiam liceat alia recitare aut oſtendere præter

Explicatio regulæ per diuerſa themata iuribus ſubnixa.

ter iuris noſtri volumina. l. 2. verſic. nec in iudicio. C. de veteri iure enucleand. Notum eſt illud vulgare prouerbium, quod brocardicum vocant: *Erubeſcimus ſine lege loqui.* §. conſideremus. Authent. de triente & ſemiſſe. l. illam. C. de collat. §. optimum. Authent. de non elig. ſecund. nuben. canon. Romanorum. diſtinct. 19. Licet in Gallia ſpecialiter iure Romanorum vtamur, non tanquàm legibus, quæ neceſſariò adſtringunt, ſed veluti quadam rara & optima authoritate, quæ eò melioribus & ſanioribus iudiciis rationibúſque fulta eſt, quò ſapientiores & probatiores habuit conditores. Nam & ſine ratione authoritas plerunque obeſt, vt idem ipſe Tullius in lib. de Natura Deorum. Et quo quiſque magis ratione nititur, maioris authoritatis eſt. canon. 1. diſtinct. 20. Iuuat hanc noſtram regulam pulchra. l. ſi quis ſeruum. C. de condit. indebit. quo loci Iuſtinianus variis Iuriſconſultorum opinionibus perlatis, tandem concludit iuxta Papiniani ſententiam, quæ nimirum Saluij Iuliani ſummę authoritatis hominis & prætorij edicti perpetui ordinatoris erat ſuffulta ſuffragio: ideò in criminibus ſubſcriptiones inuentæ ſunt, vt alterutra partem digna legum poſſit terrere authoritas. l. in cauſis. C. de accuſ. Illa quoque ſententia fauorabilior videtur, quę pluribus roboratur authoritatibus & euidentiori ratione firmatur, can. 1. de pœnit. diſt. 2. can. qui recedit de pœnit. diſt. 4. In ambigua q̃ſtione ſequi debemus eorum ſentẽtias quoru merita & autoritas præcellũt; niſi

Erubeſcimus ſine lege loqui.

Autoritas ſine ratione nulla eſt.

niſi alia ratio euidentior contrarium ſuggerat, vt eleganter dicitur in can. ſolet. iuncta Gloſſ. de conſecrat.diſt.4.Quin etiam diuus Hieronymus ad ſuæ confirmationem ſententiæ authoritate Hippocratis & Galeni vtitur, in can. ne tales.de conſe. diſt. 5. Item ſæpius deſumuntur exempla ab hiſtoriis.l.1.de off. præf.præt. l.1.de offic.quæſt.cap. cum cauſam. de probat. Quod quidem latius declarat cum ampliationibus & reſtrictionibus Franciſcus Purpuratus eximius interpres.numer.156. Quocirca quæſtio eſt,An reliquis authoribus,nempe oratoribus,poëtis, hiſtoricis,ac philoſophis fides in iure adhibeatur, vt eorum teſtimonium pro lege ſit. Quod magis eſt vt plurimum. Námque paſſim citant Iuriſconſulti Homerum.l.1.de cont. empt. Ciceronem.l.Cicero.de pœn.Platonem.l.2.de nũdinis. Ariſtotelem.l.ſi pater.de ſol. Salluſtium. l. in quæſtionib. ad leg. Iuliam maieſt. Hippocratem.l.ſeptimo menſe.de ſtatu hom. Ego autem indiſtinctè id non puto tenendum.Cùm enim ius noſtrũ vera ſit philoſophia.l.1.de iuſtit. & iure.in moralibus aliorum teſtimonia non recipiuntur neque in verborum quidem ſignificatione:quia quælibet ars ſuas peculiares voces habet vt oſtendit Cicero lib.3.Offic. dicés: Aliter leges, aliter philoſophos tollere iniurias. Item verbum vſucapionis aliter Iureconſulti,aliter oratores vſurpant.l.2.de vſucap. Et ſi quando Iuriſconſulti Platonis, Ariſtotelis, aliorúmque authoritate nituntur, id faciunt ex abundanti,cùm alioqui ſuo marte legem facere

Pulchra quæſtio cũ ſolutione.

Elegans diſtinctio.

cere potuiſſent, quemadmodum d. Paulus authoritate vtitur Arati, Menandri, Epimenidis, vt refertur in can. turba & ibi Glo. diſt. 37. Nec propterea ſequitur, horum poetarum authoritatem in omni loco pro euangelio eſſe. Ideò ab Vlpiano reprehenſus eſt Martianus. l. in tantum. §. vlt. cum l. ſeq. de rer. diuiſ. quia putauit cœnotaphium religioſum eſſe, id eſt, ſepulchrũ honorarium, quod erigitur præclaris viris alio loco quàm vbi reuera inhumati ſunt. Nõ enim vnius hominis duplex poteſt eſſe ſepultura. l. cum in diuerſis. de relig. & ſumpt. fun. Sed Martianus ſecutus fuerat Virgilium lib. 3. Æneid. vbi Andromacha alterum tumulum inanem ſacrauerat, id eſt, dicauerat. At verò in reliquis philoſophiæ partibus extra mores cuilibet experto in ſua arte credendum. l. ſeptimo menſe. de ſtatu homin. l. ſi irruptione. §. fin. finium regund. & d. l. in quæſtionibus. nam & libris cenſuum & lapidibus ſcriptis fides adhibenda eſt, vt antiquitas generis vel agri menſura dignoſcatur, l. in finalibus finium regund. cap. cum cauſam. de probat. Sic etiam diuinæ authoritates in rebus ſpiritualibus tanquam leges obſeruantur. §. 1. Authen. vt iudices ſine quoquo. coll. 2. & §. quanta. Auth. quomodo oporteat epiſc. coll. 1. Nihilò tamen ſecius ex multitudine authorum quod melius & æquius eſt iudicandum, ſed ex põdere ſententiarum, cùm poſſit vnius forſan & deterioris ſententia & multos & maiores in aliqua parte ſuperare, vt inquit Iuſtinianus in epiſtola Triboniano ſcripta pro *Intellectus & limitationes regulæ.*

pro limine Pandectarũ. Scitum eſt illud Paphnutij qui in Nicæna ſynodo aliorum omnium epiſcoporum opiniones in ſuam ſolus conuertit. At verò damnato authore, damnantur eius ſcripturæ & opera cap. fraternitatis de hæret. Vbi tamen ſola inſpicitur ſcribentis authoritas neque omninò ſpernenda eſt, neque obſeruanda: ſed interuentu iudicis omnia debent ad effectum perduci. l. Quintus Mutius in fine de annu. legat. Verũenimuero authoritas Doctoris eſt probabilis duntaxat, non neceſſaria Bartolus in l.pr.nu.ij.Si cert.petat. per textum in l.pr. C.de profeſſo. & med.lib.xij. & per notata in l.pr. C.de legib. & l. ſi interpretatione. D. illo tit. Franciſcus Curtius Iunior in conſilio cxxxvj.nu.viij.& conſ. clx.nu.iiij.Hæc item regula diuerſas ampliationes & limitationes recipit, vt per Purpuratum in dicta l.pr.numer. cxxxiiij. Si cert.pet.

CAP. II.

Paraphraſes regulæ iuribus ſuffultæ.

ABſque ratione à communi opinione recedere temerarium eſt.] Maximè cùm illa validis ſit rationibus firmata. l.pr. §.ſed neque.C.de veteri iure enucle.Panorm.Feli. & Decius in c.pr.de conſt. Nam communem opinionem doctorum ſequi debet iudex in iudicando c.nouimus de verb.ſig.l.pr.de off.Quæſt. & in prin.tit.de hær.inſtit.in inſtitut.Tradunt Bartolus & doctores in l.ij. C. de pœna iudicis qui malè. Latius Iaſon in Auth. nouiſſima. C. de inoff.teſt.Item Bernardus Dias reg.cvj.Sed & de hac regula ſ.mentio agitata eſt tit. de opin.c.1.& 2.

In

In Tit. de Coniectura, Suſpicione, & Circumſtantiis.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Sicut authoritas quid tale aſſerit, non neceſſariò quidem, ſed probabiliter, ita coniectura & ſuſpicione ad veri cognitionem accedimus. Nam quotieſcumque de vero quid ambigitur, quæri coniectura ſolet, vt ait Cicero in Oratore. Coniecturæ ratio in quatuor partes diſtributa eſt. Vna, cùm quæritur, ſitne aliquid: altera, vnde ortum ſit: Tertia, quæ id cauſa effecerit: Quarta, in qua de mutatione rei agitur. quæ ſingula latiſſimè Cicero in Topicis explicat. Vnde contingit, vt frequens ſit admodùm apud oratores coniecturalis ſtatus. Conſideratur autem maximè iuxta temporum & cauſarum qualitatem diuerſo modo: certius in præteritum, in futurum verò incertius: Rurſus & certius, quando non poteſt niſi ad vnum ſenſum rectè intelligi, ſed multò incertius, quando in varias partes & nonnunquàm contrarias duci poteſt. Cæterùm non ſolùm ex iis rebus, verùm etiam ex loco, perſona, ipſo facto, & variis circumſtantiis rerum coniectura capienda eſt, quemadmodum diſertè ſcripſit Claudius Saturninus in l. aut facta. de pœnis. Non enim omnis fortuna, non omnis honor, non omnis authoritas, non omnis ætas, nec verò locus aut tempus, eodem aut verborum genere tractanda ſunt, aut ſententiarum: Sempérque in omni parte orationis, vt vita quid deceat, eſt conſide-

Cōtinuatio. *Coniecturæ diuiſio.* *Quonam pacto conſideretur.* *Circūſtantiarum vtilitas.*

randum, quod & in re de qua agitur poſitum eſt, & in perſonis eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Quod & in noſtra iuriſprudentia multò magis obſeruabitur vbi nimirùm & perſpicaciſſimus Iuriſconſultus eſſe debet, atque ſtudioſiſſimus iudex, vt nunquam à talibus circumſtantiis tanquam ſignis atque indiciis recedat: imò cuncta ita diligenter & accuratè rimetur, ne fortè pro æquo iniquum, pro iuſto impium & iniuſtum, pro bono malum, denique pro virtute errorem in ſuis opinionibus atque ſententiis cogatur aſſumere.

De Coniectura, Suſpicione, & Circumſtantiis. Tit. viij.

CAP. I.

Explicatio regulæ per varia themata.

Coniecturis legitimis etiam quod non apparet conſtare dicitur.] l. licet Imperator. in princ. de leg. 1. l. ſi quis locuples. in fi. de manu. teſtam. Coniecturæ autem ex modo & genere plerunque ſumuntur. l. vtrum negotium. de donat. inter vir & vxor. Pulchrum eſt exemplum in l. 3. C. de inoffic. teſtam. Legitimæ item probabiles dicuntur, vnde dolus probatur. cap. 2. & ibi Gloſſ. de renuntia. in 6. Sed ex certis articulis coniecturæ præteritorum eliciuntur firmius quàm futurorum, vt ſuprà in præfatione huius tituli diximus. c. ad decorem. de inſtitut. Nam futurorum eſt quaſi diuinare, quod prohibetur, vt infrà oſtendemus. Quin etiam ſapientis eſt prouidere futura. Quod de eo in

Coniecturæ præteritorũ ſunt propriè, non futurorum.

eo intelligitur quod ſæpius in animo ſuo abſque diuinatione reuoluit, vt Azo eleganter diſtinguit & confirmat multis iuribus in Rub. 79. Item quæ difficilis ſunt probationis & clàm fieri conſueuerunt, per coniecturas probantur Alexand. conſil. 77. Latius quoque declaratur per ampliationes & reſtrictiones à Iacobo Nouello reg.162. Atqui coniecturę vel diuinationes de quibus veriſimiliter non conſtat, reiiciendæ ſunt. l. fin. C. de contrah. empt. l. ſi putator. in fin. ad legem Aquil. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum Mandati. l. apud. §. illam. de doli mali & metus except. Vnde Imper. Iuſtinianus leges, quæ per coniecturas, vt fallaces editæ fuerant, abrogauit. l. apud antiquos. C. de furtis. Item in eo quod tempore & facto finitum eſt, nullus eſt coniecturæ locus. l. continuus. §. ita ſtipulatus. circa fin. de verb. oblig. c. ad audientiam. & ibi gloſ. de homicid. Quantùm autem ad diuinationes attinet, regulariter ſciendum eſt ab omnibus rebus explodi debere, vt ex pœnitentiali Theodori patet in c. 1. de ſortil. Solius enim Dei eſt futura præſcire, qui in ſui contemplatione etiam Angelos illa præſcire facit. can. 1. & per totam 26 quæſt. 5. Quò fit, vt diuinatio nunquàm in bonam partem accipiatur, puta quæ malis artibus comparatur nõ prophetia. can. nunquam. 1. quæſt. 1. Imò & ipſi diuini ſunt excommunicandi, ſi ceſſare noluerint. Diuini autem dicti videntur, quaſi deo pleni: diuinitate enim ſe eſſe plenos ſimulant & aſtutia quadam fraudulenta hominibus fu-

Exceptiões.

Diuinationes prohibentur.

Qui ſint diuini.

tura prædicant. canon.igitur 26. quæſt. 3. & 4. Quo loco multa de diuinatione &eius exordio ſcribuntur.Iaſon tamen in l.2. §.fin. num.22.de vulgari interdùm admonet licere diuinare, vt iura iuribus concordentur. Sed & noſtram regulam latius idem Iaſon declarat & limitat in d. l. licet Imperator. Item quando in certis rebus ſeu incertis locus ſit coniecturæ, exponitur cum textibus ab Azone in Rub.81.

CAP. II.

EX ſola ſuſpicione temerè iudicandum non eſt.] l.abſentem.de pœnis.can.1. & ibi gl. quæ tria genera ſuſpicionum allegat. 2. q. 1. can.fin.32.quæſt.5. *Ampliationes.* Quantumuis ſit vehemens cap.literas.de præſumpt. Omnis enim ſuſpicio potius eſt repellenda quàm approbanda ſeu recipienda.cano.oues.6.quæſt.1. Sed nec crimen læſæ maieſtatis in occaſione ob principalis maieſtatis venerationem habendum eſt:imò in veritate. l. famoſi. ad legem Iul. maieſt. Quanquam illo caſu ob tanti criminis atrocitatem ex leui cauſa vel ſuſpicione torqueantur. *Exceptiões & intellectus regulæ.* Cæterùm qui metu pœnę data pecunia pactus eſt, pro conuicto habetur & fit infamis. l. furti. §. pactus. de his qui not. infam. l. non damnato. C.ex quib.cau.infa.irro. Item ex ſola ſuſpicione recuſatur iudex. l. apertiſſimi. C. de iudic. Tamen iure canonico cauſa ſuſpicionis allegãda & probanda eſt. cap. ſecundo requiris. de appellat. Sed iſtud omne iuxta ſequentem diſtinctionem intelligitur: Vt ſcilicet non fiat iudex qui aliquomodo ſuſpectus eſt. nam periculo

culoſum eſt coram iudice ſuſpecto litigare, ac ſuſpectis ſedes apoſtolica cauſam de certa conſcientia non committit. c. cum inter priorem. de excep. Sed poſt acceptum iudicium, non tantùm recuſatione, ſed & oblicis probatione opus eſt, vt in d.c. ſecũdo requiris, itaq; in Gallia vidi ſæpiſſimè obſeruatum. Sanè vitanda eſt in totum quoad fieri poſſit, præſumptio, ſeu ſiniſtra de ſe opinio, quam ſuſpicionem vocant. can. generalia. diſtin. 54. can. in omnibus. diſtin. 81. cap. dudum. de conuerſ. coniug. l. 2. & l. ciuile. C. de furtis: nam ſuſpicio ſeu diffamatio violentam præſumptionem inducit. c. 3. de hæret. in 6. Item in crimine hæreſeos, ſi quis fuerit ſola ſuſpicione notabilis, niſi ad arbitrium epiſcopi iuxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatémque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerit, ſimili pœnę tanquàm hæreticus ſubiacebit. cap. ad abolendam. c. excommunicamus. §. qui autem. de hæret. Item ex cauſa ſuſpectæ perſonæ remouendæ ſunt: nempe quos ſit veriſimile colludere vel calumniari. l. 3. §. hoc interdictum. de libero ho. exhib. Item ſuſpicio plerumque perpenditur cùm vt ſcribit Cicero in Verrem, iudex bonus eſſe nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non mouetur. Pulchrà traditur diſtinctio inter ſuſpicionem grauem & leuem. in cap. accuſatus. de hæret. in 6. Et de definitione ſuſpicionis in l. quæ omnia. §. ſed ſi aduerſarius. de procur. l. 1. §. vlt. quem. teſt. aper. & cap. 1. de verb. ſignific. in Clement. Aliquando etiam tanta eſt conie-

Vitanda eſt ſiniſtra de ſe opinio quam ſuſpicionem vocant.

Diſtinctio inter ſuſpicionem grauem & leuem.

cta ſuſpicionum multitudo, vt eas refutare veritas vix poſſit. Ita tradit Cicero in Topicis.

CAP. III.

Circumſtantiæ ſunt in omnibus magnopere inquirendæ.] cano. occidit iuncta ibi. Gloſſ. 23. quæſt. 8. cap.fin.de tranſact.cap. licet cauſam. de probat. cap. cum cauſam. de teſtibus. can.de his verò 26. quæſt.7. cap. 1. de voto & voti redempt.cap. ſicut dignum. de homicid.cap. deus. cap.omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. cap. quoniam frequenter. *Ratio.* §. 1. vt lite non conteſtata. Nam, ex circumſtantiis pluribus res definiuntur, vt eleganter oſtenditur in l. nonnunquam. de iudiciis. *Expoſitio regulæ per diuerſa themata iuribus comprobata.* Circumſtantiæ verò ſumuntur pro dignitate cuiuſque: nonnunquàm ex cauſa, tempore, & bona fide. l. at ſi quis. §. æquum. de relig. & ſumpt. funer. Item ex perſona, loco, euentu, qualitate, & quantitate, vt ſuprà in præfatione huius tituli expoſui ex l. aut facta. de pœnis. Summus etiam Pontifex cauſas & continentia, necnon conditiones illorum, à quo & in quem lata fuit ſententia diligenti & debita conſideratione perpendit. cap. 2. verſic. eiuſdem.de ſentent.& re iudic.in Clement. Multa ſcripſit pro confirmatione huius regulæ Medicæus in regul. 1.

In Tit

In Titulum de Fortuitis caſibus.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

*Q*VIA *non ſemper contingit, vt veræ ſint coniecturæ, quinimò vt plurimum in varias, aduerſas, & repugnantes partes ambiguè trahuntur, quemadmodum ſuprà notaui, idcircò de iis proximo loco nec oſcitanter poſitum eſt, quæ non ſemper accidere ſolent: quales ſunt in primis fortuiti caſus, teſte Cicerone in lib. de diuinat.* Cõtinuatio. Quid aliud, *inquit*, eſt ſors? quid fortuna, quid caſus, quid euentus, niſi cùm ſic aliquid cecidit, ſic euenit, vt non cadere atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? *Vnde fortuna conſilio & rationi opponitur, vt idem Cicero ad Atticum ſcripſit. Alioqui virtuti & conſtantiæ contraria eſt. quod indicat Cornificius ad Herennium his verbis:* Ei non multum poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmius in virtute quàm in caſu præſidium collocauit. *Sed vt omnia alia, quæ de fortuna Ethnici prædicauerunt, taceam, notandum illud eſt à diuino poeta Homero fuiſſe contemptam, adeò vt de τύχῃ nullum verbum in ſuis ſcriptis reliquerit: ſoli autem decreto, ſiue prouidentiæ, quam μοῖραν vocant, omnia regenda committat. Cæterùm in iure hæc veluti fictitia & fabuloſa reiiciuntur, nec fortunæ aliquis locus tribuitur, præterquam*

Fortuiti caſus definitio.

Fortuna ab Homero contemptui fuit.

quam quòd ſucceſſibus inopinatis largius aliquando fauemus: atque conſultò, id eſt præmeditatè, & ex certa ſcientia geruntur, validius nos obligant: nimirum quia non ex rapido, ſed prouido & ſtabili animi motu proficiſcuntur.

De Fortuitis caſibus. Tit. ix.

·CAP. I.

FOrtuiti caſus non ſolent in negotiis gerendis computari.] l. contractus. 24. l. ea quæ. 65. de reg. iur. l. iura. cum tribus ll. ſeq. & l. neque leges. de legib. l. quæ fortuitis. l. pignus. C. de pign. act. §. cum autem. inſtit. de empt. & vend. §. ſed nos. inſt. de S.C. Tertyl. l. verum. §. ſciendum. l. minor. de minor. §. 1. Auth. de tabel. coll. 4. l. Thais. §. Titius Sticho. de fid. lib. l. ſi is qui in aliena. §. quod ſi ſeruus. de acquir. rer. dom. l. pen. C. de condit. ob cauſam dat. cap. Iohannes. de homicid. *Ampliatio* Quæ igitur fato vel fortuna contingunt, non accommodantur humanæ voluntati. l. ſed & ſi ſic. de legat. 3. l. 2. in fin. de cond. & demonſt. Et cuilibet vel diligentiſſimo patrifam. occurrunt d. §. ſciendum. & l. licet. cum l. ſeq. de recept. arb. Et pro quodam miraculo cenſentur. §. 1. Auth. de conſul. coll. 4. §. 1. Authent. vt ſine prohibi. matres. coll. 7. Exemplum in partu liberorum. l. antiqui. ſi pars hered. petatur. Item in hippocentauro. §. 1. inſtit. de inutil. ſtip. aliiſque id genus. Ratio eſt regulæ: *Rationes.* Quia rarò contingunt. l. nam ad ea. de legib.

Alia

Alia eſt ratio, quia fortuitos caſus nullum conſilium humanum præuidere poteſt. l. 2. §. ſi eo tempore.de admin.rer.ad ciuit.per. Vnde fortuiti caſus impedimentis non adſcribuntur. l. cum à matribus. C.qui petant tutores. Et quæ ex improuiſo caſu potius quàm fraude accidunt, fato plerunque non noxæ imputantur. l. 1.C.ad legem Cornel.de ſica. Creditor non tenetur de vi maiore in materia pignoris.l.ſicut. C.de pignor.Commodatarius quoque & is qui rem depoſitam ſuſcepit, de caſu fortuito non tenetur, ſed domini eſt periculum.dicta l.contractus.& §.item is.§.præterea. inſt.quib.mod. re contra.oblig.cap. 1.de commodato. l.vlt. C. de nautico fœno.iuncta l.1.C.depoſiti.& cap.2. de depoſito. Caſus cui reſiſti non poteſt, in locatione non venit. l. in iudicio. C. de locato. Perindignum eſt fortuitas ob cauſas vel caſus humanos nepotes amita ſucceſſione defraudare.l.vnic.C.de his qui ante apertas tabul.Subuenitur etiam hominibus propter inopinatum euentum, ſiue aliam magnam cauſam. l. tale pactum.de pactis.l.cum hereditatem.de acqui. hered. Quod quidem amplius declaratur multis hinc inde allegatis iuribus ab Azone Rubric. 104. Et generaliter dicendum eſt ad ea quæ fortuna nec opinatò contingunt, legem non reſpicere, vt ſupra in præfatione huius tituli dixi. Quòd ſi eueniant, boni iudicis arbitrio, vt alia multa in iure examinanda conceduntur. At proculdubiò humanitatis, ſicut hyemis & nauigationis, aliarúmque rerum, ſi quæ

Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.

Exceptiões & diſtinctiones.

quæ caſu humano ordinario, ſiue per conſuetudinem contingunt, ratio haberi ſolet. l. ſi cui. §. fin. Ex quib. cau.maiores.l.ſi vt certo.§. nunc videndum Commodati.l.fiſtulas.§.fin.de cont.empt.l.ex conducto. §.ſi vis locati. l. quis commeatus. de re milit. Nam in omnibus inſpiciamus quod ſæpe euenire poteſt: aliter nobis erit imputandum.l.ſi quis donum. §.1.& ibi gloſſ. locati. Item alia pulchra diſtinctio circa hanc regulam traditur in l.ſi merces.§.vis maior D.illo tit.vbi latè ſcribunt Doctores. Item maiores, id eſt, fortuiti caſus ab obligatione excipiuntur niſi culpa interueniat, quæ luxuriæ aut dolo ſit proxima.l.1.in princ.de action. & obligation.l.penult.de incendio, ruina, naufrag.l.3.& 4. C.de peric.tutor. Vide Loriotum in titul.de regulis iuris axiomat. 153. Aut verò pacto vel mora intercedente dicto cap. 1. de commodato. & cap. 2. de depoſito. Item intelligitur hæc regula de iis quæ præuideri non poſſunt: Aliter ſi potuiſſent præuideri. Tunc enim tenetur quis de caſu fortuito. l. ſi putator. & multis aliis ad legem Aquil. Si tamen eam diligentiam & præmonitionem, quam diligens homo & ſagax, poterat adhibere, adhibuit, extra culpam eſt. cap. Iohannes. & cap. fin. de homicid. Item caſus fortuiti non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione niſi de his ſpecialis fiat mentio Bartol. in l. Cæſar de publicanis. Fallit quoque cùm in ſe aliquis illorum periculum ſuſceperit. d. l. quæ fortuitis. & l.1. C. de commoda. Quando autem quis

ſe obſt

ſe obſtrinxiſſe periculo dicatur, tradit Laureotus in tit. de regulis iuris. axio. 152. Hinc etiam naſcuntur aliæ ſubregulæ: Fortuiti caſus non continentur appellatione periculi in dubio. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & ibi Gloſſ. Bart. & Doctores. ſi quis cautio. Quod quidem cum diſtinctionibus, ampliationibus & reſtrictionibus declarat Petrus Duenna reg. 380. Item fortuitorum caſuum generalis renunciatio facta non valet, niſi in ſpecie notentur: præſertim in iudiciis vt tractant Doctores in d. §. quæſitum. Medicæus regul. 1. Item multi caſus varij incidunt rebus mortalium qui nec dici nec numerari poſſunt. l. naturalem. §. 1. de acqui. rer. dom. l. inter antiquam. l. corruptionem. C. de vſufruct. l. fin. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. fin. in princ. C. de temp. appell. Sed & alia quoque de caſibus fortuitis traduntur ab Azone in Rubr. 5. Medicæo reg. 1. & Donato Fina lib. 5.

Subregulæ.

Fortuiti caſus non continentur appellatione periculi.

Fortuitorũ caſuum generalis renunciatio non valet.

CAP. II.

Non debemus prẹſtolari inopinatam calamitatẽ, aut aduerſam alterius fortunam. l. ſ. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. oblig. l. ſi in emptione. §. omnium. de cont. empt. Neque etiam voto matris opponi debet tam ominoſæ mortis interpretatio. l. cum tale legatum, de condit. & demonſt. Quapropter cauit Iuſtinianus, ne luctuoſum monumentum & plenum calamitatis aut verò reminiſcentiæ calamitoſæ læta ſecula inumbrare videatur. l. 2. verſic. ſed in his. C. de veteri iure enuclean. Sufficit tutori benè & diligenter negotia geſſiſſe

Paraphraſes regulæ cùm exemplis tum iuribus exornatæ.

geſſiſſe, tametſi euentum aduerſum habuerit, quod geſtum eſt l.3. §. quid ergo. de contra. tit. & vt act.l.1.§. ſi magiſtratus. de magiſt. conue. E contrà verò proſpera alicuius fortuna alterutri parti nocere non debet.l.fin.C.de nup. Tamen aliquando fortunæ inſidias releuat Imperator.l.fin.in prin. C.de temp. appel. Hinc verſus ille Iuuenalis:

Magna quidẽ ſacris quæ dat præcepta libellis,
Victrix fortunæ ſapientia.

In Tit.de Potentia,Impotentia,& Difficultate,

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Cõtinuatio *PORrò ab iis quæ fortuito caſu accidunt, longè differunt, quæ in cuiuſque poteſtate ſita ſunt, quemadmodum de conditionibus ſpecialiter notat Vlpianus in l.2.& plurimis aliis eius titulis. de cond.& dem.D.Sicut enim illa ex quodam facto & fortuna, aut potiùs certa Dei ordinatione deſcendunt: hæc ex animi cuiuſque libera electione, ideóque de illis quàm de his parciùs iudicandum erit:ſiquidem Dei notiones ac præſcientiæ nobis ſunt abſtruſæ: hominum verò ſenſa tum affectibus ſingulorum,tum experientia,vtilitate,honeſtate, potentia, multiſque aliis modis facilè iudicantur,& dignoſcuntur. Sed animaduertẽdum eſt hîc potentiam non accipi pro magnis opibus & fortunæ bonis,(vt paſſim apud Ciceronem & alios liberalis diſciplinæ authores vſurpatur) at pro facultate*

Potẽtia & impotentia quomodo ſumantur.

aliq

aliquid agendi vel patiendi, & ex diuerſo impotẽtiam pro eo quod ipſi facultati penitus repugnat. Ducitur autem argumentum huius loci in confirmatione, id eſt affirmatiuè, nõ in refutatione, id eſt negatiuè, quod ſubtiliter explicat Ariſtoteles lib. Top.5.cap.5. Ego iſto familiari exemplo demõſtrabo. Si poſſim ire Romam: ergo etiam non poſſum. At è contra non poſſum præterita reuocare. Ergo etiam poſſum. non enim iſtud poſterius bene conſequitur, ſicut priùs. Denique medium inter hæc duo ponitur difficultas: quæ quidem pro capacitate humani ingenij intelligitur, non quoad naturæ effectum. nam aliquando ita difficilis res eſt, vt nobis quaſi impoſſibilis iudicetur.

Quomodo hîc argumẽtatio procedat.

De Potentia, Impotentia, & Difficultate, Tit.x.

CAP. I.

QVæ ex voluntate noſtra pendent, intelliguntur fieri meliori modo, quo fieri poſſunt.] l.ſi miles. de milit. teſt. l.pr. & ibi notatur. de iure codic. can. quærit à me de cõſecr. diſt. 4. veluti. Si non valet teſtamentum iure communi, valeat iure militari. Item ſi non valet tanquam teſtamentum, valet iure codicillorum vel cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis. Hoc eſt quod vulgari brocardico dicitur: Si quod ago non valet, vt ago, valeat, vt poterit valere, & tractatur in d.l.1. Hinc fit, vt pareri debeat conditioni, quoad fieri poterit, licet pro parte tantùm. l.qui dotem in pecunia. de dote

Paraphraſes regulæ exemplis & iuribus decoratæ.

præ

Si quod ago non valet, vt ago, valeat vt valere poterit.

præleg. Quoties ſeruus communis duobus acquirere nō poteſt, ei ſoli acquirit cui poteſt, vt ex Scæuola tradit Vlpianus in l. qui bona fide. §.fin.de acquirendo rerum dominio.In ſtipulationibus tempus quo fieri poſſit, tacite ineſt l. interdum.& multis aliis eiuſdem tituli de verbor. obligat. Quin etſi ſtipulatus fuerim ab eo qui facere nō poteſt,modò fieri poſſit,valet ſtipulatio: ſed illud ſanam recipit interpretationem ex variis figuris cauſarum & circumſtantiis,vt notatur in l. continuus. §. ſi ab eo ſtipulatus ſum.de verbor.oblig. Currit tempus pręſcriptionis,ex quo quis agere poteſt:vnde eſt illud vulgatum: *Non valenti agere, non currit præſcriptio.* Quis enim incuſare eos poterit, ſi hoc non fecerint,quod etſi maluerint, minimè adimplere lege obuiante valebant?l.ſi ſeruus hæreditarius. de ſtipul. ſeruo. l.cum notiſſimi. C. de præſ. 30. vel 40. an. l.1.§. vlt.C.de annali excep.cap.quia diuerſitatem.de conceſſ.præb.ca. fin.de electio.l.quod autem.§. fin. Quæ in fraudem credit. Verba contractuum ſemper referri debẽt ad poſſibilem non ad impoſſibilem intellectum, vt probatur eleganter in l.fin.C.de cont. & com. ſtip. Item quoad ius Pontificium attinet homo,quod poſſit, tenetur conſulere alterius ſaluti, modò ne in peccatum cadat can. faciat. & ibi Gloſſ.22. quæſt. 2. Decet eum, qui præbendam,quam de iure non potuit, adſignauit,quam de iure poteſt,adſignet, ne præbendā fraudulenter ei videatur adſignaſſe. cap. inter cætera.de præb.& dig. Mulier quæ diſcedens à

Non valẽti agere,nō currit præſcriptio.

viro

viro promiſit monaſterium ingredi, quantùm ad ipſam quod videlicet in eius poteſtate ſit marito conſentiente aut defuncto tenuit votum, ſed renuente non tenet, quod non in eius ſit poteſtate. cap. cum ſis. de conuer. coniug. Ad hanc regulam aliæ referuntur ſubregulæ: *Qui poteſt aliquid facere, intelligitur facere.* can. error. diſt. 83. iuncta l. qui poteſt. 135. de reg. iur. Pro cuius declaratione multa alia iura adfert, cum fallentiis & diſtinctionibus Azo Rub. 11. Et quod euenire facile poteſt, intelligitur eſſe, non autẽ ſi magna cũ difficultate. Quocirca multa etiam iura ibidem Azo allegat cum diſtinctionibus. Item Mædicæus reg. 1. Poteſtas autem non importat neceſſitatem affirmatiuè ſumpta, immo negatiuè. l. ſæpe. l. generaliter de officio præſidis. l. non quidquid. de iudic. Bart. poſt gloſ. in l. Gallus. in pr. de lib. & poſth. gl. in c. 1. verbo non poteſt. de reg. iur. in 6.

Subregula Qui poteſt aliquid facere, intelligitur facere.

CAP. II.

IMpoſſibilium nulla eſt obligatio.] l. verum. 32. l. quod nullius. 143. l. impoſſibilium 145. l. vbi. 149. §. vlt. l. ea quæ. 178. de reg. iur. cap. nemo. 6. eod. tit. in 6. l. cum heres. §. 1. de ſtatulib. l. continuus. §. cum quis. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. & §. fin. l. ſi ſtipuler. de verb. oblig. Nam ad impoſſibile, vt vulgò dicitur, nemo tenetur. l. in tantum. §. ſacræ. de rerum diuiſ. §. non ſolum. inſt. de legat. §. ſi eum. & §. ſi impoſſibilis. inſtit. de inutil. ſtip. §. impoſſibilis inſtitut. de hered. inſtit. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. Hinc pactio impoſſibilis de iure vel de facto non valet

Ratio.

Expoſitio regulæ per diuerſa themata & authoritates.

let. cap. fin. de pactis. Et impoſſibilis conditio teſtamento aſcripta nulla eſt &pro non ſcripta habetur.l.ab omnibus.§.1.de legat.1.l.mulier.§. 1.de condit.inſtit. l.ſi Mæuia.l.ſi alienum.§.ſi in non faciendo. de her. inſtit.l.3.l.multa.§.vlt.de condit.& dem. Adeò ſanè, vt nec pœna ei adiecta valeat. l. ſi homo.de verb.obligat.etiamſi à ſciente inducta ſit impotentia. l.ea quæ. C. de donat.ante nupt. l.ab hoſtibus.§. in teſtamento.de legat. 2. Item in ſtatulib. impoſſibilis aut ita difficilis conditio, vt eo tempore qui manumiſſus eſt viuere non poſſit vitiatur. Ratio, quia inde colligitur animum dandæ libertatis non habuiſſe.l.cum heres.§.1. de ſtatul. Et cum quis ſcit, rem alicuius eſſe, & non poſſit denunciauit, aut vero denunciauit, extra culpam eſt. l.ſi ancillam. pro ſuo. Huc refertur illa ſubregula, quam ſuprà cap. prox. expoſuimus: *Non valenti agere præſcriptionem nō currere.* Nam cōtraria contrariis oppoſita facilius eluceſcunt, vt Dialectici dicūt. Non eſt autem ſapere, velle quod non poſſis: can.primo.13.q.1. Sed hic obiter notandum impotentiam in genere prolatam tam de iure quàm de facto intelligi. cap. ſciſcitatus.de reſcrip. Et generaliter omnis impotentia ſiue impoſſibilitas, vt ita loquar cum Doctoribus, quę eſt in faciendo ſiue de natura, ſiue de iure, ſiue de facto, ſeu propter intricationem verborū (quæ ſunt quatuor ſpecies impoſſibilitatis, vt traditur in explicatione tit.de cond.inſt.) vitiat actum & improbatur.l.in teſtamento.in prima. l.Lucius Titius.de cond.&

Quatuor ſpecies impotentiæ.

dem

dem.l.impoſſibilis.l.eum qui.§.vlt. l.interdum. de verb.obl.l.non ſolum. de act. & ob.l.inſulā. §.1.locati.l.ſi.quæ ſent.ſine appel.reſc.l.1.l.conditiones.in pr. & 2. l.filius.l.quæ ſub conditione.§. quoties de cond.inſt. Verùm enimuero iſta diſtinctio adhibetur, vt illud ſit verum de affirmatiuè poſitis, veluti: *Si cælum digito tetigero*. Secus in negatiuis. nam reſoluuntur in purū contractum, veluti: *Si cœlum digito nō tetigeris*. l.in illa ſtipulatione. de verb.oblig. Quędam tamen propter impoſſibilitatem in totum impediuntur, l.ſi mulier.§.1.de iure dot.l.quoties.de vſur. vt multis aliis iurib.& rationibus probat Azo Rub.68. Iſtam ſubregulā plenius cum ampliationib.& reſtrictionib.tractat Prat.reg.419. Aliquando verò obligatur quis etiam ex impoſſibili, vt notatur in iuribus allegatis ab Azone rub.11. Hanc item noſtrā regulam latè declarat cum additione iurium, ampliationib.& reſtrictionib. Viuiennus in reg. Riſuicius in paratitl. Medicæus reg. 1. Prateius reg.420.& Donatus Fina lib.5. de impoſſibili conditione quomodo diſponatur, vide que tractantur à Petro Duenna reg.115.Soc.reg.87.& Bernardo Dia reg.115.

Diſtinctiones & limitationes.

C A P. I I I.

DIfficultas alicuius rei longiorem exigit diſputationem.] can.ventum eſt.1.q.1.cap. non debet.de conſanguin.& affin.can.ante omnia, diſt.40.can. fin. diſt.59. Quæ difficultates multùm in obligationibus conſyderantur. Non enim facilis eſt nominis emptio, cùm numeratio totius debiti non ſit inexpedito.l. ſi

Paraphraſes regulæ iuribus cōfirmata.

dubitet in fi. princ.de fideiuſſ.Item in eo quod intereſt difficilis eſt plerumque probatio,& ad exiguam ſummam deducitur: ideoque pœnam commodius eſt ſtipulari.l. fi.de Præt.ſtipul. Atque etiam in aliis quibuſdam actibus, quibus, vt ſupra in præfatione tetigi, magis iudicium humanum quàm Dei ſeu naturæ ſpectamus.

Intellectus Sciendum eſt ſanè cauſam difficultatis ad incommodum promiſſoris non ad impedimentum ſtipulatoris pertinere niſi aut natura, aut iure aliunde ſit impoſſibile,vt eleganter exemplis illuſtrat Venuleius in l.continuus. §. illud, de verb.oblig. Ad hæc quod vix fit tamen fieri poſſe cenſetur.l.vix eſt.de iudiciis.l.intra vtile. de minor. cap. 2. & ibi gloſſ. de crimine ſpir.in 6.Quandoque illa vox impoſſibilitatem, quandoque difficultatem denotat, ſed primo modo καταχρηστικῶς. Quod quidem latius declaratur cum multis iuribus, ampliationibus, reſtrictionibus & diſtinctionibus ab Azone Rub. 98. Sicut ex diuerſo non præſumitur commiſſum fuiſſe crimen falſi in iis literis (ſcilicet quæ de iuſtitia vocantur) quæ de facili obtineri poſſunt.cap. accedens. de crimine falſi. Poſſibile autem pro eſſe habetur, ſi facile poſſit contingere: non ſi cum magna difficultate. Quocirca multa hinc inde iura allegat cum rationibus & diſtinctionibus, Azo in Rubr.11. & Medicæus reg.1.

Quod vix fit, fieri cenſetur.

In

In Titulum de Voluntate & Verbis.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

EX potentia ſeu facultate deſcendit voluntas tanquàm filia à matre: nam abſque facultate, quam nobis Deus ab ipſo mundi primordio ingenuit, noſtrum velle atque nolle pro nihilo duceretur: quemadmodum in primo cap. huius tituli declaratur. Sed harũ rerum perſcrutatio ad philoſophos magis, aut verius theologos pertinet, quàm ad ius noſtrum. Sufficiet igitur hic paucis dicere: Quotieſcunque & de quacũque re inciderit quæſtio, voluntatem in primis inſpiciendam eſſe. quæ interdum pro effectu ipſo ſumitur, aliquando effectum & actum conſummatum deſiderat, vt infrà hoc quoque titulo oſtendemus. Item aliquando & ſeorſim ſine effectu conſideratur, teſte poeta in Satyris: Cõtinuatio

Voluntas multifariã ſumitur.

Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllũ,
Facti crimen habet.

Quod ſi in omnibus humanis negotiis voluntatis ratio habeatur: maxime tamen in teſtamentis, quandoquidem eſt vltimum, quod non recedit arbitrium, quódque ipſe diſponẽs amplius non poteſt poſt obitum interpretari. Quapropter vulgo clamitant noſtri: Voluntatem in teſtamentis & conditionibus reginam. Super quo ſane axiomate tam innumerabilia iura fundamentum ac vires ſuas acceperunt, vt immenſum, otiiq; non vtilitatis plenum eſſe iudicauerimus, omnia ſub hoc tit. apponere,

Volũtatis vbi ratio maxime inſpiciatur.

Voluntas in teſtamẽtis & conditionibus regina.

re,verùm ea duntaxat quæ notabiliora, vſitatiora & ad explicationem gnoſceôn iuris magis pertinere videbantur. Ita enim in epiſtola dedicatoria proteſtati fuimus, nos omnem legum ſiue canonum farraginem, & cumulationem in iſto opere nõ curaſſe, ſed eorum allegationem, quæ ad inſtituti noſtri rationem conducere proſpeximus. Cæterùm verba ad mentis voluntatiſque noſtræ ſignificationem & declarationem inuenta ſunt, quia, vt Cicero ait, Si ſine verbis ſenſa animi noſtri exprimere poſſemus, vtique ipſis nõ vteremur, ideoq; qui ſuppoſito ſermone loquitur, nihil agit, vt ſcitè tradidit Paulus in l.3. de reb. dub. *atque etiam Aulus Gellius lib. Noctium Attic.* 11.c.12. *Sed & alio loco Cicero lib. de Oratore,* Res atque ſententiæ, *inquit*, vi ſua verba parient, quæ ſemper ſatis ornata videri ſolent, ſi eiuſmodi ſunt, vt ea res ipſa peperiſſe videatur.

Verborum introductio

De Voluntate, & Verbis, Tit. xj.

CAP. I.

Nolle dicitur, qui poteſt velle, & è contra.] l. eius. 3. l. velle. 4. l. nemo. 38. l. furioſi. 41. l. qui vetante. 104. §. vlt. de reg. iur. Voluntas enim denotat quoddam liberum arbitrium & poteſtatem faciendi vel non, vt in cap. 1. Geneſeos declaratur. facit l. nolle, de adquir. here. l. 1. §. vſus. de procur. l. 1. §. ſcientiam. de trib. act. l. cum quidam. §. ſi à pupillo. de vſur. l. 3 C. de her. inſt. l. ab adminiſtratione. C. de legat. cap. prud

Ratio.

prudentiam. de offic. deleg. Item è contrario, (cùm ſit contrariorum eadem ratio atque diſciplina) nolle non dicitur qui non poteſt velle, vt apertè comprobatur in l. pater Seuerinam. de cond.& dem. Et propriè inteſtatus non dicitur,qui teſtamentum facere non potuit. Doctores in l.1.de ſuis & legit. Licet Angelus cōtra ſentiat ex l.ſi quis ſeruo.C.de furt. Surdus, mutus,perpetuo furioſus,& impubes eſſe iudices non poſſunt, cùm iudicio careant. l. cùm Prætor. de iud. nec illorum delicta puniuntur. l.quod infans.de rei vind.vt ĩ.latius oſtendam in ti.de infirmitate,&c. Rata non habetur voluntas defuncti quæ ipſius inſaniam arguit. l. quidā in ſuo.de cond.inſt.l.nemo poteſt.de leg. 1. l. 2. de teſtam. l.ſi quis eum. de cond.& dem.

Declaratio regulæ per diuerſa themata iuribus cōprobata.

Hinc dependet vulgare illud brocardicum: *Caſus noluntatis,* ſi ita liceat loqui, *traditur ad caſum impotentiæ, & è contra.* d. cap. prudentiam. §.1.nam quando voluntas & poteſtas ſimul cōcurrunt, facillime de iis iudicatur. l. atqui natura. §.1.de nego.geſt. Quod latiſſime à Doctoribus tractatur in l.commodiſſime. de liber. & poſth. Quocircà nō erit forte abſonum ſubtilē diſtinctionem à me inuentam hoc loco annotare. Aut videlicet non expreſſis illis caſib. [ſi nolit] vel [ſi non poſſit] tantūdem agitur quod expreſſis: aut non. Priore caſu ſub expreſſo tacitus concluditur, vt in ſubſtitutione vulgari. *Si nolit heres eſſe,* id eſt, *Si non poſſit.* Altero caſu vnius expreſſio eſt alterius excluſio.l.cum Prętor.de iud.d.l.cōmodiſſime.& l.3.C.de her.inſt.

Caſus nolūtatis trahitur ad caſum impotentiæ.

Subtilis diſtinctio.

l.ad teſtium. §. fi.de teſtam.l.Imperator. de poſtulando.l.maritus.C.de procur. l. fi.C.de pact. conuent. Angelus l.in ſuis. de liber. & poſthu. Sed de hoc axiomate vide quæ infrà latius dicemus in titul. de ampliatione & reſtrictione.

Exceptiões & intellectus. Aduerſantur tamẽ aliquando ſibi inuicem voluntas & poteſtas, cùm quod non poſſum volo, & quod nolo poſſum. Tunc enim propter ambiguitatem & incertitudinem actus, nihil videbitur actum, niſi traditio ſubſecuta fuerit, vt eleganter docetur in l. multum intereſt. & ibi gloſſ.C.ſi quis alteri vel ſibi.cap.cum ſuper abbatia. de offic. & pot.iud.deleg.iuncta l.3.de reb.dub. facit ad hanc rem expreſſus textus in l.ſi genero.C.de iure dot. Atque exempla poſita in l.ſiue emancipati. C. de don.& can.fin. de pœnit.diſt.7. Verumenimuerò interdũ qui non poteſt facere quod vult, id agit quod non vult. l.1.§.1.quib.mod.teſtam.infir. l.ſi Rufinus.C.de teſtam. mil. vt fuſius cum aliorum allegatione iurium exponitur ab Azone in rubr.69. Sed & circa noſtram regulam multa alia cum diſtinctionibus adfert idem Azo in rubr. 60. Item de hac regula & omni materia voluntatis operæpretium erit videre, quæ Loriotus doctor noſter elegantiſſimè annotauit in ſpeciali tractatu voluntarij & inuoluntarij ſub titulo de reg.iur.

CAP. II.

VOluntas eſt libera, & ambulatoria vſque ad mortem.] l.3.§.vl.& l.ſeq.de adim.le. l.& quia.de iuriſ.om.iud.l.venditor.§.1.de

iud

iudiciis.l.cum hic ſtatus.§.aut oratio.de donat. inter vir. Huius regulæ duo ſunt membra. Primum de libertate voluntatis hunc effectum habet, vt non ex alterius arbitrio pendeat.l.illa inſtitutio. l. illæ. l.captatorias.de her.inſt.l.captoria.de leg.1.l.1.in fi.de his quæ pro non ſcriptis.l.à Titio. §. 1.de verb.oblig. l. captatorias. C.de teſt.mil.l.ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. de adquir. her. Hæc voluntas dicitur captatoria, nec vllius eſt momenti, ſiquidem in ſubſtãtialibus cõferatur in alterius arbitrium, vt not. l.in vendentis.C.de cont.empt. Nullo enim mõdo circunueniri aut adſtringi debet teſtantium vel contrahentium voluntas. l.ex facto. in prima de vulgari.l.ſi cui legatum.de cond.& dem. l.parentibus. C.de inoffi.teſt. Sed potius libera debet eſſe.l.item ſi vnus.§.idem Pomponius.de recept. arb. Vnde etiam Pontifex nullum eſſe bonum niſi voluntarium affirmat.can.præſens 20.q.3. Sed quoniam hæc q.de liber.arbit.altiorem indaginem requirit, & ad Theologos magis pertinet, ideo ad eos remitto. De libertate vniuſcuiuſque & ſeruitute ȷ̃. ſuo tit. dicemus. Nonnunquam tamen pretium ſeu alia capitula contractus, ſiue teſtamẽti ex alieno poſſunt pendere arbitrio, cùm id ſpecialiter actum eſt. §.pretium.inſt.de empt.& vend.§. 1. inſt. de locato. Item ſi ſint de accidentalibus non ſubſtãtialibus contractus. d. l. in vendentis. Ad hæc conſenſus liber dici non poteſt, qui in alieno arbitrio reſeruatur. Eſt tamen conditio non improbata de contrahendo matrimonio, ſi pater

Libera voluntas quomodo intelligatur.

Paraphraſes regulæ.

Exceptiones, diſtinctiones & intellectus

tet

ter ſuum præſtiterit aſſenſum: quia eius conſenſus neceſſario requiritur. cap. ſuper eo. de condit. appoſitis. Item quando ſimpliciter dicitur: *Si voluerit heres*, non valet. Sed ſi ſic: *Si ei viſum fuerit, aut ſic libuerit*, valet. Pulchra diſtinctio in l. fideicommiſſaria in 2. de fideic. lib. nam licet in heredis perſonam an debeatur cōferri non poſſit, tamen poteſt quando debeatur, vt ibid. poſtea ſubiicit Vlp. Item aliquando coacta voluntas dicitur voluntas, ſed coacta. l. ſi mulier. §. ſi metu coactus. quod met. cauſ. l. ſi patre. de ritu nupt. can. merito. 15. q. 1. Nam eius quod geritur, principium in cuiuſque poteſtate conſtitutum eſt, vt Ariſt. lib. 3. Ethicorum c. 1. atque ibidem multa alia de volūtario & coacto copiosè & eleganter ſcribit. Quantum ad ſecundum membrum regulæ de voluntate ambulatoria vſque ad mortem, id adeo verum eſt, vt non poſſit in teſtamento ſibi quis legem dicere, à qua recedere non liceat. l. ſi quis. in prin. de legat. 3. Teſtamēta enim non obligant, ſicut pacta, donationes, & alij contractus. Itaque ſciendum eſt poſtquam aliquis fidem ſuam adſtrinxit, neceſſario teneri adimplere. l. in commodato. §. ſicut commodari. vt ĵ. dicemus in ti. de conuentione. & in l. 3. §. 1. de receptis arbitris. l. ſi mandauero. §. ſicut Mandati. non item in teſtamentis, quæ quidem extrema firmiora ſunt. l. 1. C. de ſacroſ. eccle. Fallit etiam iſtud in caſu. l. ſi mater. C. de inoff. teſtam. Item vbi quis clauſulam derogatoriam appoſuit in teſtamēto iuramento firmatam, vt late tractant Doctor

Coacta voluntas eſt voluntas.

Paraphraſis & intellectus ſecū di membri regulæ.

Exceptiões

ctores dicta l.ſi quis in principio.

CAP. III.

Proferentis intentio ſeu voluntas in lege, teſtamentis, & omnibus aliis negotiis magis quam verborum locutio examinatur.] l.nominis. 6. §. verbum. l.quiſquis.16.l.in conuentionibus.219.de verb.ſignif.§.1.inſt. de legi. patron.tut.l.ſcire leges.de legib.cap.cum apud ſedem. de ſponſ. & mat. Non enim figura lite- rarum ſed oratione ipſis expreſſa obligatio cõtrahitur. l.non figura.de action.& oblig. Hoc eſt quod ait Cicero & poſt eum Agricola lib.1. de inuent. dialect. in principio per verba tantùm cogitationes exprimi, vt ſuprà etiam in præfatione huius tit.tetigi. Exempla ponnntur in l.ſi ſponſus. §. Titia.& §.ſi donationis.l.Sulpitius.de don.inter vir.l.contra legem. l.fraus. de legib.l.non dubium. C.eodem.l.qui vetante 103. de reg.iuris.cap.intelligentia.cap propterea. & cap. in iis. de verbor. ſignificat. Itaque cùm manifeſtus eſt ſenſus teſtatoris,verborum interpretatio nuſquàm tantùm valet, vt melior ſenſu exiſtat. l. 3.C.de lib.præt.l.3.§.conditio. de adim. leg. l. promittendo. de iure dot.l. pater Seuerinam. de condit. & demonſt. l.cum pater.§.donationis.de leg.2. Multa ſunt & penè infinita iura, quæ hoc idem ſonant: ſenſum videlicet verbis anteponi:ſed hoc loco, vt ſum ſemper pollicitus,nobiliora & frequẽtiora enumerabo. Iuuat ergo hanc ſentẽtiam. l.cum de lanionis.§.aſinam.de fund.inſtr. vbi optimũ eſt nõ ſemper propriam verborũ ſignificationẽ

Ratio.

Paraphraſes regulæ multis exẽplis & autoritatibus illuſtratæ.

voluntas ſeu ſenſus verbis anteponitur.

ſeru

ſcrutari,ſed quid teſtator demóſtrare voluerit. Item l. vbi pure.§.1.Ad Trebel.l.generaliter.§. qui petitum. de fid.liber.l.nihil intereſt.ad leg. Iul.de adult. l.ex verbis.C.de dona.inter vir.& vx.l.licet.C. de excuſat.tut.can.primus & 2.& ferè per totam diſtinct. 92. vbi Deus ex corde plus quàm voce magnificandus eſt. Verba enim ad Deum præter animum nil ſignificant. can.ſedulo.diſtinc.38. Facit can.non mediocriter.de confec.diſt.5.& l.fi. quæ eſt de quinquaginta nouis Iuſtiniani deciſionib.C.quę res pignori oblig. Voluntate quoque non lege nouandum eſt: hoc enim naturalibus ineſſe rebus volumus, & non verbis tantùm extrinſecus ſuperuenire,inquit Imperator in l.fin.C.de nouat. Ita præponuntur verbis ſententiæ, vt animus corpori, vt eleganter explicatur in d.can. ſedulò. Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe euangelium, ſed in ſenſu: non in ſuperficie,ſed in medulla:non in ſermonum foliis,ſed in radice rationis. can. Marchion. 1. q.1. Ream linguam non facit, niſi rea mens vt eleganter Auguſtinus in ca.homines.22.q.2. Non debent etiam verba conſiderari,ſed voluntas& intentio: quia non debet intentio verbis deſeruire ſed verba intentioni,niſi voluntas aliter quàm per verba deprehendi non poſſit. nam homo quod verba ſonant, Deus, quod in interiori eſt,reſpicit: ideóque ſolus à Græcis vocatur καρδιογνώστης ὁ θεός. can. humanæ. 22.q.5. Facit ad hoc pulchra gloſſa in can.ſolet in fi.de conſecrat.diſt.4. Item can. retulerunt. ead. diſtin-

ctio

ction e. Non etiam verba ſola ſpectari debent, ſed vis ac poteſtas, quæ in animo conſiſtunt. c. quanto amplius de priuileg. Quod & eleganter notatur in cap. vn. verſ. verum. & ibi gloſſ. de iureiur. in Clem. Nec quæritur cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio derigatur, vt eximiè Papinianus in l. cum pater. §. donationis. de leg. 2. Ad hæc propter nimiam ſubtilitatem verborum voluntas teſtatoris non impeditur. l. vn. in fi. C. vt actiones & ab heredibus. & in legatis verborum ſolennitas non attenditur. l. in legatis. C. de leg. Item contra legis volũtatem faciens licet verba amplectatur, fraudem legi facit. cap. certum eſt. 88. de reg. iur. in 6. iuncta l. in fraudem. de iure fiſci. Hæc adeò quidem vera ſunt, vt propria ſignificatio vocabuli cognita mente teſtatoris aut vſu rei variiſque circunſtantiis deſeratur. l. ſeruus plurium. §. fi. l. librorũ. §. quod tamen Caſſius, de leg. 1. l. Titia cum teſtamento, de leg. 2. l. quibus diebus. §. dominus. de cond. & dem. Et oratio imperfecta ex præſumpta volũtate defuncti perficiatur. l. ſi in teſtamento. illo tit. Item quibuſlibet confecta ſententiis aut inſtrumentis & quolibet loquendi genere formata inſtitutio nedum alia in teſtamento valeant, ſi modo per eam liquebit voluntas teſtatoris: nec neceſſaria ſint momenta verborum quæ forte ſeminecis & balbutiens lingua profudit dum intelligi tamen queat, vt eleganter dicitur in l. quoniam indignum. & ibi gloſſ. l. iubemus. C. de teſt. l. qui habebat. de manu. teſt. *Ampliationes.*

Alia

Alia ratio regulæ. Alia eſt ratio huius noſtrę regulę. quia res verbis ſeruire non debent, ſed verba rebus: quandoquidem voluntas eſt res ipſa, de qua agitur. *Aliæ paraphraſes iuxta ſecũdam rationem.* Cauendũ eſt igitur ſedulo ne quandoque proprietatem verborum nimis anxie perſcrutãtes veritatis lumen amittamus. Non.n. verbis ſed rebus lex impoſita cenſetur. ca. commiſſa. & ibi gloſ. de elect. in 6. l. fi. C. de vſur. l. 2. C. comm. de legat. Nimis quoque anxiam verborum curam non eſſe habendã cum Platone cenſeo. Alioqui vix prudens ad ſenectutem perueniret. Æqualitas non in verbis ſolis & literis ſed in rebus ipſis quærenda eſt, vt docet Iuſtinianus in prin. Authen. de æqual. dot. coll. 7. Vnde Cicero pro Cecinna: *Omnia, inquit, iam bene agis, à verbis recedis, & æquitate vteris.* Sed proculdubio cùm *Exceptiones & intellectus.* de vſũtatis & verborum interpretatione quæritur, magis eſt, vt ſi fieri poſſit, verba voluntati accommodentur: quemadmodum eleganter concludit Celſus repræhendens Tuberonis opinionem in l. Labeo. §. vlt. de ſupel. legat. & in l. ſi ancillas. de leg. 1. nam qui aliud dicit quam vult neque id dicit quod vox ſignificat, quia nõ vlt, neque id quod vult. quia id non loquitur. l. 3. & ibi notabilis glo. de reb. dub. itaque in ambiguo ſermone voluntatis explicatio potiſſimũ eruenda eſt: vbi nulla depræhenditur, nihil actum eſt. l. duo ſunt Titij, de teſta. tutelæ. Item ſingulis verbis aptanda eſt congruens interpretatio. l. item veniunt. § petitam. de pet. her. Itẽ res ipſæ verbis propriis & antiquis facilius declarãtur. l. 1. de excuſ. tut. Et cùm in verbis nulla eſt

la eſt ambiguitas non debet admitti voluntatis quæſtio.l.ille aut ille.de legat.3.Item vbi verba requiruntur de ſubſtantia actus non ſufficit per æquipollens adimpleri, ſed in forma ſpecifica, vt colligitur ex l.1. in princ. & in §. ſi quis ita. de verb.obl. Quod ad alias res & negotia trahi quoque poterit. Item aliquando ſtudet legiſlator iis ſatisfacere, qui non ſenſuum, ſed vana nominum vocabula amplecti cupiunt vt elegãter Iuſtinianus exemplis demonſtrat in illa famoſa.l.recepticia.C.de conſt.pec. Item vtrumque conſyderatur, niſi diuerſa omnino videatur voluntas. l. 4. de legat. 2. Item aliquando ſenſum non verba ſpectari, nonnunquàm verba duntaxat, vbi non apparet ſcilicet de volũtate fuſiſſimè per axiomata cum multorum allegatione iurium & Doctorum ab Azone Rub. 17. oſtenditur. Ex hac regula dependent aliæ ſubregulæ. Nempe: Omnia hominum negotia voluntas regit & gubernat.l.in conditionibus. de cond.& dem.l.cum virum. C.de fideic.l.hereditas etiam.de petit.her.l.vbi.§.te rogo.l.heredes mei.§.cum ita.ad Trebel. l. ſi pater.de adop.l.non omnis.ſi certum pet. l.qui quartam. de leg.1.l.qui cum alio 20. §. vlt.de reg. iur.l.de ſocietate.C.pro ſocio.l.qui loco.§.1.de her.inſt. Nihil enim tã cõgruit naturali æquitati quàm voluntatem domini volẽtis in alium rem ſuam trãsferri ratam haberi.l.qua ratione.§.he quoque res.de adquir.rer.dom.§. per traditionem. inſtit.de rer.di.l.1.§.hæc quæ de ſeruis.de acqu. poſſeſſio. Atque in omnibus contractibus niſi

Subregulæ

Omnia hominũ negotia volũtas gubernat.

anim

animus & affectus adſit contrahentium, qui conſentiant, duci ad effectum id quod inchoatur non poteſt. l. in omnibus. de actio. & oblig. l. Fulcinius. §. quid ſit. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.

Animus maximè & volūtas inſpiciuntur.

Porrò animum præcipuè inſpici multis exemplis docetur. l. poſtliminij in 5. l. nihil intereſt. de cap., & poſtli. reuerſis. l. eius qui manumiſit. in pr. & §. 1. ad munic. Vnde non niſi voluntate peccatur. cap. quæris à me. de conſe. diſt. 4. can. non fidelibus. 22. q. 5. nec poteſt corpus corrumpi, niſi prius fuerit animus corruptus. can. non poteſt. eadem quæſt. facit cap. 1. de ſent. excom. l. ſi quis teſtamentum. §. fi. ad legem Aquiliam.

Publicè expedit vltimas voluntates ſortiri effectū.

Quin & expedit publicè vltimas voluntates ſuum ſortiri effectum. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. l. vel negare. quem. teſtam. ape. l. verbis legis. 120. l. Scæuola. 243. de verb. ſig. §. diſponat. Authen. de nupt. coll. 4. l. cum quæſtio. C. de legat. l. pen. C. de neceſſ. ſer. her. inſt. Huc pertinent infinita penè iura videlicet. l. ex facto. verſ. & facit. de her. inſt. cap. 3. de teſtam. l. 1. in fin. ad Treb. l. in teſtamento. in pr. de condit. & dem. l. diuus. de teſtam. mil. §. 1. & §. planè. inſt. eod. tit. l. fi. de his quæ in teſta. delentur. l. ſi vnus. C. de teſtam. l. 3. §. ſi quis in hereditarium. de ſepulch. violato. l. nulli. C. de epiſc. & cler. l. cum antiquitas. C. de vſufr. l. militis. C. de relig. & ſumpt. fu. l. 1. C. de teſtam. milit. l. fin. §. fin. C. comm. de leg. can. vl. 13. quęſt. 2. can. admonere. cum duobus ſequent. 17. quæſt. 1. Concedendum enim non eſt vt ſuprema vota deficienti euerſionis quidquam ex incongrua inſinuatione contrahant, dùm res

ab in

ab incongruis vſurpantur audacter, ſed rurſus inſinuatio fieri poteſt coram iudice competente, vt eleganter traditur in l. conſulta. C. de teſtam. Item in dubiis & obſcuris voluntas teſtatoris quærenda eſt, vt ſecundum eius opinionem interpretur. l. 3. C. de hered. inſtit. Item nemo moriens, putet legitimam ſuam voluntatem reprobari, ſed noſtro vtetur adiutorio, quia non tantum viuentibus ſed & morientibus prouidemus, inquit Imper. l. voluntatis. C. de fidei. ne tamen interim commodum hereditarium minuatur. l. pen. in fin. C. ad leg. Falcid. Alia quoque eſt ſubregula: *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.* l. non omnis. ſi certum petat. l. obligationum ſubſtantia. §. non ſatis. de act. & oblig. Socyn. in reg. 20. id latius declarat. Multæ aliæ ſubregulæ traduntur de voluntate & verbis, cum multis iuribus, ampliationibus & reſtrictionibus ab Azone Rub. 24. & 89. Donato Fina lib. 2. & 5. Riſuicio in paratitlis & Bernardo Dia regul. 783. Voluntatis verò quæſtio in arbitrio iudicantis poſita eſt. l. voluntatis. C. de fideicomm. Voluntas etiam diſtinguit acta. l. Pomponius. in 2. l. ex duobus. §. vlt. & l. qui aliena. §. 1. de negot. geſtis. Quomodo autem ſit voluntas hominis diſtinguenda pulchrè oſtenditur in l. ſi pecuniam. § ſi acceperit. de condit. cauſ. data. & l. ſi pignus. de pignor. act.

Actus agẽtiũ non operatur vltra eorũ intentionem.

Notabilia de voluntate.

CAP. IIII.

AFfectus non punitur, niſi ſequatur effectus.] l. 3. l. in actionib. l. athletas. §. calum-

niator de his qui not.inf.l.1.§.vl.Quod quiſque iuris.l. cogitationis.de pœnis. §.Itẽ ſi is inſt.de vſuc.l.1.l.verũ eſt. l.qui iniuriæ. in prin. de furtis.can. qui ſaccum.diſt.50.c.3. de voto & voti redemp. Ratio eſt pulchra: Quia voluntas remuneratur,non opus,id eſt,facit opus remunerabile,non autem opus voluntatem. Chryſoſtomus in can.quis aliquãdo diſt pr. Quod quia theologorum magis eſt, quàm noſtrum, ad eos lectorem reuoco. Item conatus non attenditur in matrimoniis contrahendis, quem non ſecutus fuerit effectus. cap. nuper de bigamis non ordi.cap.fin.de ſponſ.& mat. intellige autem ſi poſſit adimpleri effectus,cap.1.& ibi Glo. de eo qui mittitur in poſſ. Veruntamen licet nõ ſortitus fuerit effectum, affectus intentionis punitur:quia,quantum in ſe fuit, fecit cap. fin.de bigamis non ord. Item voluntas ac propoſitum ſpectantur & diſtingunt maleficia. l. ſi quis teſtamentum.§.fin. Ad legem Aquil.cap.conſulti. & cap.ſtatuimus.de regula. & tranſ. ad relig.c. cum voluntate de ſen.exc.Eſt autem voluntas, vt ait Auguſtinus lib.pr. Retract. animi motus ad aliquid imitandum vel non imitandum, vel adipiſcendum: quod propterea dictum eſt, vt volens a nolente diſcerneretur.Itaque ex volũtate peccata procedunt, quæ ex libero mentis arbitrio delinquentis propoſito committuntur can.pr.15.quæſt.1. Voluntas enim etiam ſine opere peccat frequenter can.ſicut enim, & aliis ſequentibus.32.quæſt.5. l. qui iniuriis.de furtis. l.pr.C.Ad legem Corneliam.de ſicariis. Vſque adeò

Ratio.

Paraphraſes & intellectus regulæ.

Limitationes & diſtinctiones.

Definitio voluntatis.

adeò voluntarium peccatum eſt, vt niſi voluntarium ſit,non ſit peccatum. dicto capit. ſi clericos.de ſentent. excommun. in 6. cap.1.de homicidio in Clement. Quod poſtea interpretatur Auguſtinus en can.meritò. can. illa cauenda.& can.non eſt.eadem quæſtio.vbi de voluntate coacta & diuerſis aliis ſpeciebus, pluribus diſſerit.atque etiam ſuprà notaui in cap.pr. huius tituli. Alia eſt quoque diſtinctio: Quando factum non eſt adeò turpe, ipſius conſilium & propoſitum puniri non debet, ideò nec qui de eo pactus eſt,cenſetur infamis. dicta l.3. & l. in actionibus. de his qui notantur infam. Secus in facto quod lex ipſa infamat. l. ſi per alium. Ne quis eum qui in ius vocatur. Item nonnunquam in bonæ fidei iudiciis affectus ratio habetur. l. cùm ſeruus extero Mandati. Fallit etiam regula, vbi vel ſolus affectus culpa eſt, quem ſolum lex conſiderat ſine affectu, l. pr. §. remouet. de poſtulando. nam iniuria ex affectu facientis conſiſtit l. 3. §. pr. de iniuriis. ſicut etiam de furto & aliis criminibus dicitur in ca. his qui.& ſeq.14.quæſt.6. Iuuat l. quid ergo. §. quod ait. De his qui not.infam.l.palàm. de ritu nupt.l.eum. C. Ad legem Iuliam. de adult. alia eſt diſtinctio à Bartolo tradita in l. & generaliter.9.pr.de calumniat. Volens quoque ad hoſtes transfugere punitur ſi ad aliquem actum proceſſit, l. 3. §. is qui ad hoſtem. & ibi pulchra Gloſſa de re milit.Item non iuris effectus, quo noſtri ciues duo matrimonia contrahere prohibentur,ſed animi deſtinatio perpenditur.

l.eum qui duas.& ibi Gl.Ad legem Iul. de adul. Item in illis voluntas eſt vindicanda, qui cauſam attulerunt: in aliis caſus veniam meretur, can.qui partem diſt.55. Item tametſi cogitatio non meretur pœnam lege ciuili, cum ſuis terminis contenta eſt,diſcernuntur à maleficiis ea quæ effectum deſiderant de iure: in his enim præter animi iudicium nihil attenditur can.cogitatio.iuncta Gloſſ.De pœnit.diſtinct.pr. Frequẽtior eſt limitatio, vt in grauioribus delictis puniatur ſolus affectus,licet effectus non ſecutus fuerit l.pr.l.diuus ad legem Corn.de ſicar.l. pr.de extraor.crim.l.quiſquis in fin.prin.Ad legem Iul.maieſt.l.ſiquis ſeruo C.de furtis l.vt tãtum.§.pr.de ſeruo corrupto.l.ſi quis non dicam rapere & ibi notatur C.de epiſc.& cler.l.fin.C. ad legem Iul. maieſt. cap. pr. de homicidio in vj. Quod apertè ſignificat Cicero pro Milone: *Non exitus rerum ſolùm, ſed & conſilia legibus vindicantur: minus quidem dolendum eſt re non perfecta,ſed puniendum certè nihilominus.* Item alia eſt quoque notabilis diſtinctio: Quoad legẽ, id eſt legis rigorem opus inſpicitur,non voluntas: quoad gratiam id eſt æquitatem voluntas can.ſi.xv.quæſt.pr.Vnde vulgò noſtri interpretes eam deſumpſerunt, vt quoad forum fori, id eſt humanum ſeu contentioſum non puniatur voluntas,ſi in nudis terminis remanſerit propoſiti: Sed quod forum poli, id eſt Deũ ipſum aut puniatur aut verò remuneretur conatus, etiãſi nullus ſit effectus ſecutus can. quis aliquando can.omnis iniquitas cũ aliis ſeq.de pœnit. diſt. pr.

Differentia inter forum fori & poli.

pr. quemadmodum fuſius tractat multis hinc inde iuribus allegatis Damaſus reg. lxviij. Item circa hanc regulã multa alia adducit Azo Rub. 17. Notandum tamen eſt aliquando etiam ſine animo nocendi crimen committi, vt ſuprà dixi de termino moto,& can. qui ſaccum diſt. 50. licet qui corporaliter peccat, non ſpiritualiter: non delinquit can. anteceſſor.& ſeq. 11. quæſt. 3. Studio autem & voluntate delictum grauius punitur, quàm ſi ex neceſſitate can. excellentiſſimus,& can. fin. eadem quæſt. Cæterum de illis, quæ voluntate aut caſu ſunt admiſſa, vide in diſt. 50. vbi multa & varia exempla ponuntur, item quando affectus puniatur ſine effectu, & quando non vide Duennam reg. 35. Chærianum & Riſuicium qui ſunt *νοτειχοὶ* regularum compilatóres. *Notabilia*

CAP. V.

Eſſante voluntatis apparentia ad verborũ vim recurritur.] l. 1. §. ſi quis nauẽ de exer. act. l. non aliter. de legat. 3. vbi non aliter à verborum ſignificatione receditur, quàm cùm manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatórem. Nec verò facilè à propria verborum ſignificatione recedendum, id eſt, ſine iuſta cauſa. l. 1. ideo de tributoria. l. in ambigua. de reb. dub. cap. 1. de teſta. in 6. §. 1. Auth. de reſtit.& ea coll. 4. l. qui Romæ. §. ſupereſt. de verbor. oblig. Ratio eſt. nam propterea verba inuenta ſunt, non vt per ea ſe inuicem homines decipiant, ſed vt eis quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat can, is autem 22. quæſt. 2. ſicuti in præfatione *Ratio.*

Paraphraſes regulæ. huius tituli diximus. Sed etiam qui plura velit de verbis ſeu nominibus in ſpecie ediſcere videat quæ ſcripſimus ſuprà titulo, de notatione ſeu etymologia vocabuli. Nam hic generaliter de verbis loquimur: illic de eorum vi & efficacia. *Exceptiones.* Ea demum in ſubſtitutionibus fit interpretatio quæ verbis & perſonis conuenit, cap. 1. de teſta. in 6. Verumtamen incongruus ſermo in reſcriptis non admittitur, cap. ad audientiam. de reſcriptis. Circa hanc noſtram regulam plura ſcripſit Azo in ſumma tituli C. ne fideiuſſor. dot. dentur. Item multa alia iura cum ampliationibus, diſtinctionibus & reſtrictionibus allegantur à Socino reg. 536. Bernardo Dia regul. 536. & Damaſo in reg. 100.

CAP. VI.

Rationes. LOquacitas multùm nocet.] Nedum effuſo ſe ſermone iactant homines in promptum incidant ſui periculũ. l. fin. C. de dot. prom. l. ſi manumiſſori. C. de obſequiis. pat. præſtãdis. l. fin. C. de ſeditioſis. Multò itaque vtilius eſt pauca idonea effundere, quàm multis inutilibus aures hominum prægrauari: nam verboſitas legibus adfert ex confuſione dedecus, eáq; ratione commentarios iuris Imperator Iuſtinianus inhibet l. 2. verſ. primo itaque. & verſic. ſed ne incognitam. C. de veteri iure enucle. in quo ſanè quammaximè optarem à nonnullis ita temperatum fuiſſe, vt ne immenſa commentariorum inutilium moles nos obruere videretur, quemadmodum in præfatione huius operis tetigi. Hinc etiam ſancitum eſt non verboſos edi-

edi libellos,ſed breui ſtylo totius rei materiam continentes.l.fin.§.in refutatoriis.C.de appell. Prouidendum eſt ſollicita intentione rectoribus,vt ab eis ne recta quidem nimis & inordinatè proferantur, quia ſæpe dictorum virtus penditur, cum apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur, vt eleganter dicitur in can.ſit rector. §.prouidēdum. diſt.43. Nihil eſt impudentius arrogantia ruſticorum,qui garrulitatem authoritatem putant, can.1.diſt.46. Conſideremus quid & quando loquamur, quia de omni verbo otioſo reddituri ſumus Deo rationem, can. quoties 22. quæſt.5. Sciant cuncti qui de aliis temere loquuntur, ipſi ſua ſententia iudicabuntur. can. ex merito 6.quæſt.1. Debet ergo quidquid aut confidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur ſic mitiſſima relatione verborum proferri, vt nec contētioſis vocibus ſenſus audientium perturbetur, nec iudicij vigorem tumultu eneruent,vt amplè comprobatur in can.fin.5.quæſt.4. Aliquando autem pauci ex multis articulis, & prolixis breues exprimuntur, quòd intelligi velimus ſpecialiter ſingulos enumerari, & nominatim exprimi, quodam ſcilicet verborum compendio, vt eleganter notatur in c.vn.de ſciſmaticis. in extrauag. commun. Abſit,quæſo,inquit Salluſtius,magnificentia verborum: pauca polliceamur, multa præſtemus. Porrò de incommodo loquacitatis multa diſſerit Gellius lib.1. Noct. Attic.cap. 15. At verò quod per lubricum linguæ effutitum

Paraphraſes regulæ multis exēplis & textibus illuſtratæ.

Intellectus

eſt,non facilè in pœnam trahi debet l. famoſi. Ad legem Iul.maieſtatis. l. vn. C.Si quis imperat.maled. Vnde Tyberius Imp.aiebat,in libera ciuitate liberum eſſe dicendi arbitrium, *Dicant*, inquit, *quid velint , dummodò nihil poſſint.* Nec verbum temerè prolatum , dum res ſit integra nocet.l.2.C.Qui bo.cedere poſſunt.Sic etiam ludicra verba pro ſeriis non habentur l. vlt.de teſta.l.diuus.de teſtà.militis.§.planè inſt. eod.tit.ſiue iure familiaritatis prolata argum. l.qui iure.de acq.poſſ.l.2.& ibi glo.C.in quibus cauſis coloni. Item nec ſola promiſſio & nuda obligat,vt latè tractatur in l.iuriſgētium. §.ſed cùm nulla de pactis. Nec ſoli aſſertioni creditur.l.ſi fortè.de caſtr. peculio. l. qui teſtamentum.de probat. Notat Accurſius in l. ſi donatione.C.de collat. nam propter noſtrum affirmare vel negare veritas non immutatur. l. aſſumptio.Ad munic.l.vn.C.de dedit.lib.toll.

Regularum generalium Iuris,

LIBER QVARTVS.

In Titul. de Subſtantia & Accidente, ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

QVacunque dicuntur (id eſt voces rerum ſignificatiuæ)partim ſimplicia ſunt,partim coniuncta. Simplicia, quæ per ſe duntaxat

con

cōſiderantur, & ſimplici vocis ſono proferūtur, velut: homo, equus, currit, ſtat. Coniuncta, quæ coniunctione aliqua copulantur, vt: Socrates vel Plato: vel per aliquod accidens inuicem cōiunguntur: Socrates ambulat. Socrates ſapiens eſt. Aliæ quoque multæ diuiſiones eorum quæ ſunt, ſiue dicuntur, traduntur ab Ariſtotele & aliis philoſophis. Sed quia hæc noſtro propoſito magis congruit, illæ verò ad diſſerendi rationem penitius examinandā vtiles ſunt, ideò hanc diuiſionem placuit exhibere, & ſigillatim dignoſcendo pertractare: non ſanè philoſophico ſtylo, verùm quatenus ad iuris noſtri intelligentiam pertinere videbitur. Quantum ad philoſophos attinet, de ſimplicibus latè ſcribit Ariſtoteles libro qui inſcribitur κατηγορίαι. De coniunctis verò lib. περὶ ἑρμηνείας. Nūc itaque priùs de ſimplicibus, nempe quia ordine naturæ priora, dicendum nobis eſt: ac deinde coniuncta ſuo loco explicabimus. Quæ ſimplicia ſunt, ea ſubſtantiam ſignificāt, quantitatem, qualitatem, relationem, locum, tempus, ſitum, habere, facere, & pati. Et hæ ſunt decem voces prædicamentorum ſeu categoriarū, quas particulatim poſtea, niſi quod iam actum fuerit, exponemus: De ſubſtātia primùm dicturis, quid ſit ſubſtantia, vnde dicatur, & in quot partes diuidatur, operæpretium eſſet cognoſcere. Cæterùm hæc ad Logicos remitto, qui ſingularum rerum & terminorū certam, propriam, & exactam ſignificationem poſteris relinquere curauerūt. Quod ad ius noſtrum ſpectat, id ſufficiet intelligere, ſubſtantiam ſiue ſubiectum, pro eo omni quod per ſe ſubſiſtit, & ſine quo aliquid ſtare non poteſt (τὸ ὂν à Græcis nuncupatū)

Diuiſio eorum quæ ſunt, & quæ dicuntur.

Simplicia & coniuncta.

De ſimplicibus.

Decem categoriæ.

Subſtātia.

Diffinitio ſubſtantiæ & accidentis.

ge-

generaliter accipi: accidẽs autem pro eo quod ſubſtantiæ circumiacet, atque citra eius corruptionem adeſſe & abeſſe poteſt, tametſi aliqua inſeparabilia Dialectici annotauerunt. Rurſus & accidentia, tum ex natura, arte, caſu, vi, affectione, qualitate, quantitate, conditione, loco, tempore, tum etiam aliis infinitis de cauſis naſci ſolent, quemadmodum faciliùs ex ſubſequentibus gnoſibus & regulis apparebit.

Accidentia vnde oriũtur.

De Subſtantia & Accidente, Tit. j.

CAP. I.

OMnis diſpoſitio ſecundum ſubiectum intelligitur.] l. cùm pater. §. dulciſſimis. de legat. 2. l. vlt. de hær. inſt. §. quod autẽ inſt. de legit. agna. tut. Quò fit, vt ſecundùm inſcriptionem tituli vnaquæque lex interpretationẽ recipiat vulgata. l. Imperator. de in diẽ addict.

CAP. II.

SVbſtantialia actus nõ poſſunt tolli, niſi cum ipſo actu: accidentalia verò ſic.] l. pacta cõuenta. de con. emp. l. inter debitorem. de pactis. l. quod de bonis. §. pr. Ad legem Falcidiam. l. ſi pro mutua. C. Si certum petatur. Nam cùm ſubſtantia deeſt ſimul cum forma, nihil agitur, cap. tua nos. de ſponſal. & matr. Sciendum eſt autem naturalia etiam comprehendi ſub nomine accidentium, dummodò ne ſint de ſubſtantia, quemadmodum in præfatione huius tituli

Rationes.

tuli

tuli tetigi, ex qua poteſt deſumi alia ratio huius regulæ: quandoquidem ſubſtantia eſt de ipſo actu & formalis cauſa, accidens ipſi ſolummodò circumiacet. Magna verò eſt quæſtio & ardua inter noſtros, An pactum contra naturã negotij valeat? Sed ita diſtinguendum puto: Aut valere poteſt alio modo, quàm ſecundum naturam ipſius negotij, & tunc valet, transformatúrque in aliam ſpeciem. l. Lucius depoſiti. l. emptorem. §. vlt. de act. empt. l. cum manu lata. §. fi. de con. emp. l. 2. in prin. Si cert. pet. l. ſi alienam. §. 1. l. vbi ita donatur. & ibi Bartolus pulchrè diſtinguit. de don. cau. mortis. l. ſi mulier. de pactis dot. l. 1. C. Commodati. nam & prohibitum efficitur licitum propter conſenſum eorum, in quorum fauorem prohibitum eſt. l. paciſci. de pactis. l. alia. §. 1. Sol. matr. l. nihil. §. vlt. de legat. 1. §. fin. inſt. de mandato: Aut nõ poteſt in aliud genus contractus tranſire, quia lex nõ patitur vllo modo ſubſiſtere. Et tunc vis eius omnino corruit, remanente nihilominus contractu valido. l. cum precario de precario. Atq; ita intelligitur multùm difficilis l. fi. de cõdict. cau. data. Alia eſt quoque diſtinctio: Vt valeat iſtud pactum, quoties bonis moribus aut legi diſpoſitiuæ non repugnat, iuxta ea quæ dixi in tertio cap. tituli de iure nat. & poſit. Exemplũ in huiuſmodi pactis, Ne cautio duplæ præſtetur, & ne venditor de euictione teneatur dicta l. emptorem. §. qui autem. iuncta l. non dubitatur. C. de euictio. Mixtam enim naturam induunt. l. Ariſto. de donat. l. pr. C. de donation.

Quæſtio, An pactũ contra naturam negotij valeat.

Diſtinctio.

quæ

quæ ſub modo.l.bona fides,de act.empti.l.fundi.de con.emp.l.inſulam.de pręſ.verb.l.pr. C.de rer.per.l.pretij cauſa.C.de reſcind.vend.l.cùm te.C.de pact. inter emp. Aliter diſtingue: Si cōtra publicam libertatem vel vtilitatem non valet,ſed contra priuatam. Expreſſim notatur in l.Iuriſgētium.§.ſi paciſcar.l.ſi vnus. §. pacta de pactis. l. 2.l.ſi pater. in fine. de pact. do. & d.l. cum precariò. Item aliquando valet contra naturam negotij.l.ſi ſeruus.§.ſi calicem.ad legem Aquiliam:aliquando non licet ita paciſci. l.Titio de vſufructu.l.1.§.1.Si vſusfr.pet.l. ſi nō fuerint.§.vlt.Pro ſocio.l.vlt.C.de pact.pig.Item valet pactum contra naturam negotij in pignoribus l.fin.C.de iure dom.Imp.l.à diuo Pio.§.ſi pignora.de re iud.Non autem pactum legis commiſſoriæ,niſi ſit iuramento firmatum.l.1. & toto tit.C.de pact.pigno. cap. ſignificante.de pigno.Poteſt etiam mandatum ex pacto ſuam naturam excedere, ſed tutius eſt hoc caſu alia actione agere.Pulchrum exemplū in l.naturalis. §.ſed ſi facio.de præſcr.ver. Multas quoq; alias limitationes & diſtinctiones circa hanc ſubregulam tradit Azo Rub.13. & hinc inde iura allegat, quæ non erit otioſum videre, tum quòd à fidiſſimo iuris interprete emanarunt, tum etiam quia breuiter hanc materiam & ſubtiliter tractat.

Exceptiones.

CAP. III.

Accidentia non mutant naturam ſubiecti.] l.pr.de vſufr,l. ſeruum filij. §. ſi pocula.de legat.pr.Exemplum in definitione iuſtitię,

trad

tradita ab Imp.Iuſt.in §.pr.inſt. de iuſt. & iure, quæ quidem conſideratur in concreto non in abſtracto, vt rectè noſtri interpretes annotarunt.Facit l.ſi fundus.§.ſi res de pigno.At verò accidens nobile ſuperueniens enti, illud in diuerſa ſpecie conſtituit l.1.C. de iure emphyt.§. adeo.inſt.de locato. cap.ſtatutum. de electio.in 6.item nonnunquam contingit accidentia mutare ſubiectum, ſicut & ſubiectum contingit accidentia permutare.Quod in ſacramentis ſupra naturam diuina voluntate & potentia intelligitur.Cedit quippe natura miraculo, & virtus ſupra conſuetudinem operatur, cap. cùm Marthæ. §.quæ ſeuiſti de celeb.miſſ.Item repugnare videtur regulæ l.cum quis.§. in tantis de vſuris. Sed id accidit propter factum hominis. Hinc dependent aliæ ſubregulæ: veluti, *Accidentia ſine ſubiecto eſſe non poſſunt*, vt multis probat Medicæus in reg.6. *Exceptiones.*

In Tit.de Diuinis & Humanis.

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

Pleriq; philoſophorum nihil eſſe per ſe ſub Sole exiſtimauerunt, ſed per accidens. Deum verò & per ſe ſolum, & vnicam ſubſtantiam, id eſt, ſummum ens rerum omnium, quæ vnquam fuerunt, quæ ſunt, quæq; futura ſunt. Vnde nec intra regulas ſeu voces Categoriarum poſitus eſt, ſed lõgè ab omnibus ſecluſus. Quid enim finito cum infinito, quid noto & comprehenſibili cum eo quod à noſtris ſenſibus prorſus eſt alienum? denique, vt *Cõtinuatio* *Deus eſt vnica ſubſtãtia.*

ſum

ſummatim dicam, quid creatis cum ipſo creatore & opifice? Non defuerunt, qui innumeros & copioſos de Deo libros conſcripſerint: multò tamē magis placet Symonidis Cæi poetæ factum, qui cùm ab Hierone Syracuſanorum tyranno, quid eſſet Deus, interrogaretur, quamplurimis dilationibus exquiſitis ad reſpondendum, tandem ſemper obmutuit, rationémque eius ſilentij dedit: Quid, inquit, quò diutius accuratiúſque rem conſidero, penſito, exploro, eò mihi obſcurior & ignotior eſſe videtur. *Verùmenimuerò inter omnia humana, ſiue quæ ſub cælo ſunt, & videntur, homo qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei omnipotentis editus eſt, maximè commendatur. A Chriſtianis autem longè melius, vtilius, & honorabilius: ſiquidem adoptionis legitimo vinculo filium Dei factũ, & ipſius diuinitatis participem, nemo eſt ſanæ mẽtis, qui non fateatur atque recognoſcat. Huius igitur prælationem & excellentiam paulò poſt tum rationibus, tum exemplis paucis oſtendemus.*

Symonidis Cæi poetæ de Deo ſententia.

Homo ad ſimilitudinem Dei factus, reliquis omnibus creaturis præeſt.

De Diuinis & Humanis, Tit. ij.

CAP. I.

Rationes.

DIuinis mandatis authoritas humana præiudicium non inferat.] can. Iubemus 16. quæſt. 3. can. celebritatem de conſecra. diſt. 3. Ratio eſt: Quia diuinæ quidem res perfectiſſimæ ſunt, hominis verò conditio in infinitum extenditur, nihílque eſt in eo quod perpetuò ſtare poſſit. l. 2. verſic. ſed quia. C. de veteri iure

enu

enucl.l.hac conſultiſſima. C.Qui teſta.fac.poſſ. Alia item ratio: Deus cuius eſt terra & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo, deterioris conditionis eſſe non debet, quàm dominus temporalis. cap. tua nobis fraternitas de decimis: ideóq; cùm homo Deo ſit ſubiectus, neceſſe eſt vt in eum ſummam & ſupremam habeat authoritatem, non è contra: nam quæ Dei ſunt, ab homine dari nō poſſunt, ſed aliquomodo reflecti, can. plerique 8. quæſt. 1. can. decimæ 16. quæſt. pr. Hinc eſt quòd pro mundanis feſtiuitates in nomine Dei celebrari non debent, can. & hoc diximus 16. quæſt. 7. vbi Origenes doctè explicat locūm Euangelij, *Domus mea domus orationis vocabitur, &c.* Plus enim eſt Deo quàm hominibus deferendum cap. relatum de ſen.exc.cap.cum ex iniuncto.de here. cap. ex parte tua. de conuer. coniug. Ex diuerſo longè grauius eſt æternam quàm temporalem lædere maieſtatem cap.vergentis. de heret.cap.3.de immu.eccl.in 6. Et ſicut maius peccatum eſt, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem: ſic deterius eſt ſacrilegium agere quàm fornicari. can. ſunt qui eccleſiam. 17. quæſt.4. Quæ in Deum ſcelera committuntur, atrociter punienda ſunt: ea verò quibus in nos delinquitur patienter vel toleranda, vel potiùs diſſimulāda ſunt, can. inter querelas. & ſeq. 23. quæſt. 4. ídque ad exemplum Saluatoris noſtri, qui (vt ait Chryſoſtomus) grauiùs animaduertit in eos qui deſtinata malitia hominibus nocuerunt. Sunt etiā infinita propè in iure

Paraphraſes regulæ multis iuribus & exēplis exornata.

Pon

Pontificio,quę de collatione diuinorum & humanorum mentionem faciunt. Sed hîc elegantiores textus placuit adducere, vt clarius & cócinnius hæc gnoſis demonſtretur. Lotharius Rex in eo ſe magis reprehenſibilem oſtendit, quod tantus rex dilectionem Dei amori mundi poſtpoſuit,cum nec occiſores corporis ſint timendi,contra iuſtitiam hominem impellentes, vt eleganter dicitur in can.fin. 31. quæſt. 2. Qui hominibus obſequeris,Deum verere. Audi legem Domini,cui obſequuntur, & qui legem fecerût,inquit Ambroſius,can.an quod.33. quęſt. 2.Ad Deum prius eſt confugiendum,qui noſtrę curare poſſit animæ paſſiones : verùm homines ordine præpoſtero antè ſibi opem ab hominibus accerſunt,vbi autem humana ſubſidia defecerint,tunc diuini fauoris gratiam poſtulandam eſſe opinantur can. omnis Chriſtianus de conſecrat. diſt. 1. Quos diuina teſtimonia non ſequuntur, pondus humani teſtimonij perdiderunt càn.ipſa pietas 23.quęſt.4.Cùm graue ſit hominum obſequiis inexpertos ſociare, quantò grauius ad Dei ſeruitium improbos applicare?can.monaſteriis.19.quæſt.3.Si humana pacta non poſſunt impunè calcari, quid de eis manebit,qui fœdera diuini ſacramenti corruperint? can.puellæ.20.quæſt.pr.

Cõparatio diuinorum & humanorum.

Non eſt autem humano aut ſeculi ſenſu de diuinis rebus loquendum , neque per violẽtam aut impudentem prædicationem dictorum cæleſtium ſanitati alienæ atque impiæ intelligentiæ peruerſitas extorquenda eſt, vt doctè tradidit

didit Hilarius in can.in Chriſto pater.de conſ. diſt. 2. fallitur etiam ſæpe hominum natura,& in ſingulis hominibus maxima eſt propoſiti varietas: quidam enim metu pœnæ, alij repromiſſionum deſiderio ad benefaciendum impelluntur, & à malo retrahuntur.can.cũ ergo. 24. q.3.can. nec aliqua.27.q.1.cap.cauſam.de prob. humanæ aures talia verba iudicant qualia foris ſonant: diuina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. can. humanæ.12.q.5.

CAP. II.

Curandum eſt omnino,ne dum lucra humana attendimus,æterna pręmia perdamus.] can.final.5.quæſt.3.cap.2. de regul. & tranſeunt. ad relig. in 6. Ratio eſt. Quia multùm diſtant damna morum à damnis rerum temporalium, cùm iſta extra nos ſint: illa verò in nobis. can. ſunt plurimi. 6. quæſt. 1. Hæc regula tametſi ad theologos pertinere tantummodo videatur, nihilominus hic non perperàm poſita eſt, tùm quòd ea communis ſit cum Iuriſconſultis, tum quod veluti fundamentum ſit omnium actionum humanarum pręſentium & expectatio futurorum. Quapropter epiſcopi tandiu ſuper cautela ſubditorum debent eſſe ſoliciti, vt ſi Dei iudicio præſentis temporis commoda fortaſſis amittunt, futuræ vitæ ſe ſperent gaudia abſque ambiguitate ſempiterna percipere. can. ſciſcitaris. 7. q. 1. Nec plus temporalem honorem,quàm ęternam videantur affectare ſalutẽ.Auth.gazaros. C.de heret.

Ratio.

Paraphraſes regulæ multis textib. confirmatæ.

cap.niſi cùm pridem. de renunciat. cap. cum in iuuentute. de præſump. cap.3. Ne prælati vices ſuas. Item ſi ſalus corporalis ſic cuſtodienda eſt, vt etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt ſeruetur, quantò magis illa ſpiritualis in cuius deſertione mors æterna metuitur? can. diſplicet.23.q.4. Propter periculum animæ mutantur conſtitutiones. cap. non debet. de conſang.& affin.cap.cum contingat.de iureiu.cap. quanuis pactum.de pact.in 6. nam occurrendũ eſt periculis animarum. cap. ne pro defectu.de

Elegans dictũ d. Pauli apoſtoli. electi. Docet Paulus Apoſtolus in anteriora nos eſſe debere attentos, poſteriorum verò oblitos, id eſt, temporalia deſpicientes, quæ ſola ſunt æterna requirere.can. pennata. de pœnit. diſt.2. Nemo igitur vitam æternam incorruptibilémque deſideret, niſi eum vitæ huius temporalis, corruptibilis, mortalis pœniteat. can. tres ſunt. de pœnit.diſt.1.

Reſtrictio. Aliquando tamẽ benignitatis aut boni alicuius merces quæ in æterna poterat vita retribui, præmiſſa aliqua culpa in terrenam recompenſationem vertitur. can.ſi quælibet.22.q.1.

CAP. III.

TVrpe eſt propter humanã dignitatem hominem alicui rei, ſed nec ipſi homini accedere.] l.iuſtiſſimè.de ædil.ædict.l.mulier quæ duobus.§.ſed enim.l. deducta. §.heredes. ad Treb.l.in pecudum. de vſur. §. in pecudum. & §.ſi quis in aliena.inſt.de rer.diuiſ. l. Paulus. ad leg.Falc.l.vetus.de vſuf.l.ancillarum.de pet. her.

Ratio. Ratio deſumitur ex iis quæ in præfatione huius

huius tit.dicta ſunt: Quia homo ad ſimilitudinem Dei creatus omnibus aliis creatis meritò anteponitur. Hinc etiam ob humanam dignitatem aliud ſtatuitur in homine quàm in cæteris rebus. l. ſi domus. §.in pecunia.de legat.1. Nec eſt abſurdum homines quibuſcunque vaſis ſeu veſtimentis præferri. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. Sed & propter ipſam humanam cognationem hominem homini inſidiari nefas eſt. l.vt vim.de iuſt. & iur. Et cùm penè ſimilis ſit omnium hominum natura,ridiculum eſt putare, vni impoſitum ab alio impleri non poſſe. l.magnam.C.de cont.& com.ſtip.Ius etiam ciuile perſonarum gratia conſtitutum eſt. §. vlt. inſt.de iure nat. gent. & ciuil.l.2.de ſtatu hom. Iudęos Chriſtianis ſubiacere,& ab eis ſolo humanitatis intuitu foueri oportet. cap.Iudæi.de teſtib. in ſubſidium quoque fragilitatis humanæ ſpatium probationis regularibus inſtitutũ eſt.cap.ad apoſtolicam.de reg. & tranſ.ad relig. Et ex diuerſo diligentius examinetur cauſa vbi contra hominis ſalutem per errorem vel gratiam cognitoris oppreſſa putatur eſſe iuſtitia.l. addictos.C.de appel.Facies hominis,quę vt dixi,ad ſimilitudinem eſt pulchritudinis cœleſtis, nec vllo ſtigmate neq; impreſſione maculetur, ſed in alia parte corporis.l.ſi quis.C.de pœnis. Qui hominis naturam non erubuit, dignus eſt & pecunia & gloria & aliis omnibus rebus condemnari.§.1.Auth.vt defuncti ſeu fu.coll.5.

Paraphraſes regulæ multis exēplis & textibus ornatæ.

CAP. IIII.

QVanto anima corpori præſtat, bona animæ

eo longius corporis bonis præferuntur.] can. ille qui hominem. & aliis ibidem. 22.q.5. Nam ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiuæ verè ac per ſe humani corporis eſt forma.cap.1. §.1.de ſumma trin. & fide cath.in Clem. Cuius tractatio quia magis ad philoſophos pertinet, eò conſulti remittimus.Eſſet enim nimis extra propoſitum vagari: licet ibi gloſſ. in eo commonſtrando multùm laboret. Alia eſt ratio, quia cum ad ſubſtantiam hominis duo principaliter requirantur: corpus & anima. cap. in quadam.de celeb.miſſar.ſpiritualia ſunt temporalibus digniora,& fortiora.cap.illud.cap.ſolitæ. de maior. & obed. Quo ſanè refertiſſimi ſunt textus in iure canonico, adeò vt enarrare nihil aliud ſit, quàm tempus & operam perdere.Inde proculdubio euenit, quòd corporalia facilius deſtruuntur quàm conſtruantur: ſpiritualia facilius cõſtruuntur, quam deſtruantur, quia talem deſtructionem ſuo iudicio Deus reſeruauit. cap.inter corporalia de tranſl.epiſco. Sicut enim corpus materiali, ita anima ſpirituali cibo nutritur,eo quòd nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo procedente ab ore Dei.cap.inter cætera.de offic.iud.ord. Infirmitas corporalis nõnunquàm ex peccato prouenit,ideóque medicis præcipitur,vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum,ad corporalis medicinæ remedium ſolubrius procedant, nec verò pro corporali ſalute aliquid ſuadeant, quod in periculum animæ conuertatur.ca.cum infirmitas.de pœnit.& remiſſ.Item

Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata.

ſi inc

ſi inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quantò potius à carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare illos quos per celeſte baptiſmatis ſacramentum regeneratio ſancti ſpiritus iungit? can.ita diligere. 30. q.3. At verò per omnia cognatio carnis cognationi ſpiritus comparatur, neque per vnionem carnis ad vnionem ſpiritus pertranſitur, vt eleganter docet exemplis.can.poſt obitum.30.q. 4. tametſi diuerſitatem corporum diuerſitas quoque ſequatur animorum. cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. vnde omnia parati ſimus agere pro recipienda vita animæ, quęcunque faceremus pro euitanda corporis morte. ca.1.de pœnit.diſt.5. Sed reſuſcitatus in corpore viuit, abſente ſuſcitatore: non ſic in anima. Cùm enim Deus ſit vita animę, anima verò vita corporis, ſicut corpus viuere non poteſt abſente anima, ita non niſi Deo præſente anima viuere valet. can. reſuſcitatus. de pœnit.diſt.1. veruntamē hominis vita nullo prætio æſtimari poteſt. Ideóque vocatur merces eximij laboris, qui pro contemplatione ſalutis humanæ ſumitur. l. ſi pater. §.fin.de donat. Ingens quæſtio eſt, quo annorum ſpatio vita hominis concludatur. Et præualuit apud Iuriſconſultos, cētum. quia is vitæ curſus longiſſimus. l.ſi vſuſfr. de vſu & vſufr. leg. l. an vſusfructus. de vſufr. l.fin. C.de ſacroſ. eccleſ. §.1. Auth. vt eccleſia Romana.coll.2.l.non facile.in pr.de grad.affin. Licet pauci multorum reſpectu poſſint ad cēteſimum annum peruenire, ideoque pro cente-

Deus eſt vita animæ, ſicut anima vitæ corporis.

Intellectus varii de vita hominis

Quæſtio, Quo temporis ſpatio vita hominis concludatur.

ſimo anno quinquageſimum iubilæum ſacrum condidit Clemens ſextus Pontifex. cap. 2. circa med. de pœnit. & remiſ. in extra. comm. Dęmonibus autem per tam longum tempus quo eorum vita protenditur, rerum longè maior eſt experienria, quàm poteſt hominibus propter breuitatem vitæ accedere, inquit Auguſtinus in can. ſciendum. 26. q. 3. & 4. Scitum eſt illud Theophraſti philoſophi qui naturam accuſabat, quòd coruis & ceruis tam longam dediſſet ætatem, quorum vita nihil vtilitatis nobis adferret: homini perexiguam, qui ſi per ætatem liceret, multum ſibi & aliis prodeſſet. Porrò de ſpatiis vitæ hominum & cæterorũ animalium latè Plinius lib. 7. nat. hiſt. cap. 48. diſſerit.

In Titulum de Materia, Forma, Continenti, & Contento.

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

Cõtinuatio. D*Eus rerum omnium author & opifex materiam, ex qua in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum Plato cenſuit, itémque formam, quæ dat eſſe rei, vt Philoſophi tenent, & ſine qua nihil ſubſiſtere poteſt, abũdè ſuppeditauit.* Hinc enim ſubiectam putant, *inquit Cicero in Acad. quæſt.* ſine vlla ſpecie atque carentẽ omni qualitate quamdam materiam, ex qua omnia expreſſa atque effecta, quæ tota omnia accipere poſſit, omnibus modis mutare, & ex omni parte, eóque etiam interire, non in nihilum, ſed in

ſuas

ſuas partes. *Cedit autem materia formæ, non forma materiæ, quemadmodum Paulus elegāter tradidit in l. ſed ſi ex meis, de adquir. rer. dom. Idque multæ aliæ leges illius tit. idem perſonant, & Iuſt. Imp. in §. cum ex aliena. & ibi notatur inſt. de rer. diuiſ. Quod qua ratione & quando contingat, poſteà ſuo loco patefiet. Vicinus eſt huic quoque de continenti & contento tractatus, quia eodem modo ſe habet materia ad formam, quo contentum ad continens. Sed tamen obiter notandum eſt formam hic non accipi pro figura ſiue ſuperficie, vt poetæ dicunt: aut pro notione ſeu ſpecie, vt Cicero in Topicis: quin potius pro eo, quod vnamquamque rem, quæ ſit, indicat. Quæ quidem in duas partes, vt ſtatim videbimus, eſſentialem videlicet & probatoriam diuiditur.* *Materia cedit formæ, non forma materiæ.* *Forma acceptio & diuiſio.*

De Materia, Forma, Continenti, & Contento, Tit. iij.

CAP. I.

APpellatione materię non continetur quod ex ea conficitur, nec è contra.] l. Seruius reſpondit. l. quæſitum. §. illud fortaſſis. de legat. 3. l. ſi conuenerit. §. ſi quis. de pign. act. l. carbonum 167. de verb. ſig. Materia enim tanquàm nobilior, eſt ſemper ſpectanda. l. ſequitur. §. ſi ex lana de vſucap. Vnde quæ talis ſunt naturę, vt in ſua poſſint initia redigi, materiæ potentia victa, ſemper ipſam ſequuntur. d. §. illud. & §. cū ex aliena. inſt. de rer. diuiſ. Facit pulcher *Ratio.* *Paraphraſes regulæ.*

textus in l.cum vſumfructum.quib.mod.vſusf. amit.Et ex diuerſo materia ſublata in qua ſtatuitur qualitas, corruit ipſa qualitas. l.2. de vſufruct. l.fin.de collat.bon.l.1.de hered.vel act. vend. ſicut amplius probat Medicæus. reg. 6. Sed quia ſine materia nulla ſpecies effici poteſt,ideò transformatione materiæ non mutatur dominium. §. cum quis. inſt. de rer.diuiſi.l. adeo. §.cum quis. vnde deſumptus eſt ille §. de acquir.rer.dom.Quod tamen cum diſtinctione ſequenti intelligendum eſt:videlicet ſi ſpecies ad ſuam materiam reuerti facile poſſit: nam ſecus ſi nō poſſit, vt ibidem paulò poſt dicitur. Vnde quomodo hæc omnia per gloſſam & Doctores eo loci concilientur. Item quando qualitas qualitati adiicitur aut forma materiæ aut quid eorum alteri, quid ſtatuendum plenè docetur in l.ſed ſi ex meis.& l.ſeq.D.illo tit.

Intellectus & notabiles regulæ.

CAP. II.

VBi peccat actus in forma, tametſi ex conſenſu partium,irritatur.] l.cum hi.§.Prætor.de tranſact.l.1.ſi quis ita.de verb.obli. Forma enim dat eſſe rei.l.Iulianus. §.ſi quis rē. ad exhi.Quod latè declaratur à Mediceo reg.7. facit l.priuatorum. C. de iuriſd.om.iudic.l.hac conſultiſſima.C.de teſtam. l. ſi veritas.C.de fideiuſ. Adeò vt nullo fauore aut modo valeat, vt cum ampliationibus & reſtrictionibus declarant Damaſus reg. 12. & Duenna reg. 298. Medic.reg.5.& 7. Hæc autem gnoſis ſiue regula de forma eſſentiali, quam vocant, intelligitur, d. §. ſi quis. non de probatoria extrinſeca

Ratio. Ampliationes.

Diſtinctiones & exceptiones.

aut

aut ſolennitatis gratia adiecta.l. ſi vnus.l. teſtandi. C.de teſta. Licet aliquando omiſſio ſolennitatis vitiet actum.l.ſi qua mulier.verſ.purè.& ibi Baldus.C.ad S.C. Tertyll. Notatur in l.1.de teſta. & notarius omittens puniatur pœna falſi.l.iubemus.C.de teſtam.quod vtique de ea ſolēnitate dicitur,quæ neceſſariò & de ſubſtantia requiritur. l.2.C.de ſent.ex breui.recit. Medicæus reg. 7.Damaſus reg.107. Sed etſi ſolennibus iuris facile non eſt recedendum, tamen vbi æquitas ſuadet,etiam hoc caſu ſubueniendum eſt.l.diuus.de in integ. reſt. l.etſi.144. de reg.iur.Item in ſententiis omiſſio generalis formæ nocet: non autem omiſſio ſpecialis formæ ſiue ordinis.l.1.de appell.Regula etiam noſtra fuſius declaratur, cum multis iuribus hinc inde allegatis à Damaſo reg.12.Ceterùm forma perempta rei, ſi aliquid ex materia remanet, durat ſemper prior diſpoſitio actus,actio & obligatio.l.domo pignori data.de pig.act.l.Paulus.§.domus.de pigno.l.ſeruum filij.§.ſi pocula. de leg. 1.l. ſi ſeruus.§.boue.de cond.furt.l.ſi ego.§.idem ait.de Publ.in rem act. item ſolennitas in modicis non curatur.l.1.§.fi. de ventre inſpic. Quod amplius declarat Medicæus reg. 5. Item ſolennitate ceſſante nihilominus valet actus ſi bene geratur, qui alioqui non valeret. cap. quia quibuſdam. de fideiuſſ. veluti latius explicatur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Bernardo Dia reg.550. Hinc dependet alia ſubregula: Materia vincitur à forma,de qua ſ.in præfatione tetigi.Baldus in l.fin. C.de ſer. fug

Intellectus & notabilia circa regulam.

Subregulæ

fugit.Quod & amplius declarat Medicæus reg. 6.item forma redditur nulla,re perempta.Non enim poteſt eſſe ſine materia. l. ſi conuenerit. §.ſi quis.de pign.act.l.is qui.ad legem falcid. c. tua.de ſponſ. idipſum etiam latius probatur ab eodem Medicæo ibidem: Sunt & aliæ quas potes videre apud Donatum Finam lib. 5. Item, Solénitas extrinſeca non præſumitur,niſi probetur.l.quęcunque.§.ſi.de Publici.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.Chriſogonus.de verb.obl. Quod quidem declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Donato Fina lib.3.& 5. & Socyno reg.452.& 463.

CAP. III.

Arg. de continenti ad contentum negatiue, nō affirmatiuè ſumitur.

SÆpe continens pro contento accipitur,& è contra.] l.2.& ibi clare notatur.C.quæ res pig.oblig.Argumentum autem de continēti ad contentum negatiuè ducitur,non affirmatiuè. Cuius rei extat elegans exemplum in can. eccleſia.de conſec.diſt.1.

CAP. IIII.

QVod rite & ſolenniter factum eſt, ſpectatur.] vt videlicet aliquid operetur. l.nō putauit. §,non quæuis.de bon.poſſ.contra tab.l.3.§.condemnatum.de re iud.l.1.§.quod ait prętor.quor.legat.De ſolennibus nihil eſt prętermittendum. l. teſtium. C.de teſt.l.ſi quæ.C. de diuerſis reſc. Quod ſane intelligitur non de vanis verborum obſeruationibus , quæ hodie ſunt ſublatæ, ſed de iis quæ conſiſtunt in actibus neceſſariis , vt amplè oſtenditur ab Azone in rub.28.idque ſuprà cap.prox.tetigi.

Intellectus regulæ.

Poteſt tamen quod ritè factum non eſt, in melius mutari & corrigi, vt ȷ̃.in ti.de mutatione oſtendemus. Vnde ſi iudex repulerit reum ab exceptione ex eo quòd illam non rite ſed ineptè proponebat, in cauſa appellationis eandem debitè proponens audietur.cap.vlt.de appel.in Clem.

In Titulum de Perſonis, Rebus, Iuribus, & Actionibus.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Materia & forma, ſiue intellectualiter, ſiue corporaliter accipitur, ſine aliqua hypotheſi aut ſubiecto eſſe non poteſt. Conſiſtit autem omne ſubiectum circa perſonas, res & negotia, iura, ſiue actiones: eáque eſt illa diuiſio, quam tradidit Caius Iuriſconſultus in l. 1. de ſtatu hom. Adeò quidem neceſſaria cognitu, vt ſine horum aliquo ſubiecto nulla actio humana explicari poſſit, vt inquit Theophilus in ſi. tit. de iur. nat. gent. & ciuili. in inſtit. Rectè igitur more Iuriſconſult. cùm ius omne, immò verò omnia quæ in hoc mundo conſtant, hominis vel perſonæ gratia conſtituta ſint, teſte Moyſe Geneſeos cap. 3. à perſona tanquam digniore & nobiliore, initium nobis erit. Perſonæ autem nomen generalius aliquando accipitur, quàm hominis, licet in iure non multum ſit diſcriminis. Tùm deinde de reb. inanimatis, & animatis, quæ vera & firma ratione carent (nam etiam per tranſennam aduertendũ eſt, inter mobilia & ſe mou

Cõtinuatio

Pulchra & neceſſaria diuiſio à Caio tradita.

Perſonę & hominis acceptio.

Res.

mouentia apud nos magnam differentiam ſtatui)
Iura negotia & actiones. *compendioſè tractabimus. Poſtremo iura, negotia & actiones ſubiiciemus, quia parum eſſet perſonas & res intellectu ſolo percipere, niſi & functiones, circa quas quotidie occupari & exerceri debent, particulatim & ſuo ordine dignoſcerentur.*

De Perſonis, Rebus, Iuribus, & Actionibus, Tit. iiij.

CAP. I.

IVs perſonale (quod & priuilegium vocatur,) cum perſona extinguitur.] l.in omnibus.69. l.Neratius.152.l.prius legit.157.de reg.iur.cap. priuilegium.7.eod.tit. in 6.l.maritum. & l. ſeq. ſolut.mat.l.ſi habitatio.quando dies legat.ced. l.ex plurib.de admin.tut.Ratio eſt. Nam ſicut
Ratio. pœna non excedit perſonam delinquentis, vt j.ſuo loco dicemus, ita nec fauor. l.quod verò. l.ſeq.de legib.l.iuriſgentium.§.pactorum.l.ſi tibi.§.pactum.de pact.l.Mela.§.quidam.de adim.
Ampliatio leg. §.planè.inſt.de iur.nat.gent.& ciuil. Quod licet de priuilegio ſpecialiter dicatur, tamen ad alia quoq; omnia trahitur, vt ceſſante cauſa priuilegij ſeu alterius conceſſionis, id eſt perſona, ceſſet quoque ipſius effectus. l.1.in pr. & l.3. de iure imm. l.3. de cenſib.l.ſicut in annos.§.1. quib.mod.vſuſf.ami.l.1.§.permittitur.de aqua
Explicatio regulæ per varia themata. quot.& æſt. Vnde nec perſonale ius ſeu beneficium ad extraneum extenditur.l. ſed etſi reſtituatur.de iudi.l.verum.§.videndum. pro ſocio. l.pen.§.ſi pupillæ. de ritu nupt.l.3.in pr.de leg.

præ

præſc.l.eum qui nocentem.§.1.de iniur. l.2.& 3. C.de legib.can.hinc eſt.16.q.1.c.2.de vſu & author.pal.cap.ſanè de priuil.Nec ad heredes aut alios ſucceſſores tranſit.l.non ſolum.in 2.§.1.de lib. legat. l. legatum ſub conditione. de adim. legat. Tametſi priuilegium dotis ad heredes non tranſeat quidem extraneos, ſed ad filios, quia iidem videntur eſſe cum defuncto.l.vnic. C.de priu.dot.vbi pulchra eſt gl.quæ hac de re multum copioſè tractat. Sed de his quæ ad heredes tranſeunt vel non tranſeunt latius dicetur ỉ.tit.de ſucceſſ.& ſubrog. cap.1. Atqui exceptio iuris perſonalis cõpetit fideiuſſori, *Exceptiones.* ſed ita demùm viuente reo principali. l. etſi fideiuſſor. & l. ſeq. & ibi annotatur de re iudic. Idque etiam intelligitur in fauorem rei: nam ſi quis petat tanquam fideiuſſor, iure perſonali ſucceſſoris non vtitur. l. Neſennius Apollinaris. D. illo tit. Item fallit regula quando generaliter patriæ, locis aut ciuitati non ciuibus immunitas conceſſa eſt: tunc enim ad poſteros tranſmittitur.l. Antiochenſium. de priuil. credito.l.forma caſuali. verſ.quamquam.de cẽſib. Item quando ius aut beneficium perſonale cõpetit pro aliquo prędio, tamen eo mortuo ei ad quem prædij dominium tranſit, idẽ beneficium eſt concedendum, ſed à principe: aliter non beneficium, ſed iniuria fieret, vt gloſſ. explicat in d.l.1.§.permittitur. Quod etiam ſimili ratione in feudis dici poteſt, dummodò ne tertius detrimentum capiat. Ex hac regula naſcuntur *Subregulæ* multæ ſubregulæ, veluti: *Quæ propter neceſſitatem*

tem, vel contra ius commune alicui conceſſa ſunt, non trahuntur in conſequentiam. l. quæ propter. 123.l.quod contra.184. de reg.iur.cap.quæ à iure.28.cap.quod alicui. 74. cap.in argumentum. 78.eod.tit. in 6.can. Apoſtolica.diſt.56.can.ordinationis.9.q. 1. Item : *Perſona loquentis & ad quem dirigitur oratio, maximè inſpicitur.* l.Aurelius.§.eum qui tutelam.de lib.leg.l.ſed ſi vnius. §. quædam iniuriæ. l. item apud Labeonem. §. Prætor ait ſi quid aliud.de iniur.l.1.& ibi gloſſ. C.ſi quis Imp.male.l.1. C.de falſa mon.cap.paſtoralis.in fin.princ.de off.& pot.iud.del. Hinc etiam diuerſitas perſonarum diuerſam videtur velle vel poſſe ſuſcipere medicinam.can. 1. 14. q. 6. Votum quod ex ſui forma ſanctum & honeſtum eſt, ex perſona vouentis aliquando minus licitum videtur.cap.magnæ de voto & voti redemp. Nec etiam ſacrificiorum magnitudinem ſed cauſas & offerentium merita reſpicit Deus. can.odi.24.q.1. Quantum ad qualitates ſeu conditionem ſtatus perſonæ, non hîc, ſed ĩ.tit.de ſtatu dicemus. In ſumma non antè iuris ratio quàm perſona quærenda eſt l. quidam referunt.de iure codicill. quemadmodum in præfatione huius operis obiter attigi. Item: *Perſonalia morte diſſoluuntur.* l.&quia de iuriſd. omnium iud.§.finitur.inſt.de vſufr. l.hereditatem.ad legem falcid.Medicæus reg. 6. & tract. 2. parte. Quocirca latius dicemus infrà tit. de Gener.& corr.Item:*Perſonæ induſtria tunc cenſetur electa, cum committitur factum, quod per alium expediri nõ poteſt.* l.inter artifices. de ſolut.

Bart

Bart. per l.fideicommiſſa.§.1.de leg.3.Túncque maximè locũ habet regula noſtra.c.fi.§.is autẽ. de off.& pot.iud. del. Pulchra eſt diſtinctio inter duas cauſas : dominij ſcilicet rationem, & demonſtrationem perſonæ. Prior ad heredem tranſmittitur : non autem poſterior. l.ſeruus ſi heredi. de ſtatulib. Alia eſt quoque diſtinctio notabilis inter ea quæ perſonam, & rem reſpiciunt,de qua loquitur.l.ſtipulatio.§.fi.& l.fi.de noui oper.nunciat.& l.exceptiones in 2. de except.Sed poſterius membrum ſeq.cap.exponemus. Item, Conditiones quæ in faciendo conſiſtunt, non quæ in dando, perſonis eorum coherent,quibus adſcribuntur : idcirco quandoque diuiditur conditio,ſi pars in dando,pars in faciendo conſiſtat. §. ſi ſtatulibera.§.fin.de ſtatulib.Item,Oportet,aut ex non ſcripto vniuerſale ius ſequi, aut ex ſcripto priuilegia ſi quæ ſint probare. can. contra morem. diſt. 100. Sic obiter ſciendum eſt, quando priuilegia conceduntur,non contra legem directo facere,ſed ipſam explicando & declarando. Neque enim aliquibus concederentur, ſi præter generalem legẽ nulli aliquid ſpeciale indulgeretur. Priuilegia enim dicuntur,quaſi priuata lex,quòd priuatam ſingulis legem generent : non autẽ priuilegia ſingulorum poſſunt legem facere communem,vt ĩ.exponemus c.3.huius tit.can. priuilegia. diſt. 3. can. ideo.in fin.25.q.1.Sic autem volumus, inquit Pontifex, priuilegiorum ſuorum ſeruare tenorẽ, quòd eorum metas tranſgredi minimè videantur.c.porro.de priuil.cap.

Diſtinctiones.

In priuilegiis quid obſeruãdũ.

1.eod

1.eod.ti.in 6.Item ne alios in ſuo iure moleſtét. c.ne aliqui.eod.ti.Et ne ſcandala oriantur.cap. vt apoſtolicæ. eod. Pro neceſſitate tamen corrigendorum vitiorum priuilegia eccleſiarum vel imminuuntur vel penitus immutantur,ſiue perſonaliter ſiue generaliter, vt exemplis ſcitè declaratur,in can.poſteaquam. in fin. cum ſeq. 25.q.2.Neque aliquid operantur in grauiori crimine, veluti hereſeos. cap. vt officium.§.denique.de her.in 6. Alioqui tamen non derogatur priuilegio, niſi de eo fiat ſpecialis mentio. cap. cum ordinem.de reſc.Item:Priuilegium exemptionis certæ perſonæ conceſſum,ad alias,puta extraneos trahi non debet, ſed ad eos quibus conceſſum eſt, eorúmque familiares & domeſticos:quando verò conuentui ſeu collegio cōceditur, illi etiam niſi priuilegiati fuerint admitti non debent: vt egregiè ponitur in cap. licet.& ibi gl. de priuil. in 6. Item alia pulchra diſtinctio traditur à Damaſo in reg. 31. Quòd ius commune porrectū omnes contingit,iuxta illud: *Quod vni dico, omnibus dico.* At verò ſi cuipiam contra ius commune concedatur,perſonam eius non excedit, vbi multa ad huius confirmationem iura hinc inde allegat. Item: Licet beneficia quæ priuatis conceduntur, aliquando retractentur. §. aliæ.inſt.de actio.tamen legis beneficium ſemper eſt manſurum,& nulli denegandum. §.hæc quidem. Authent.de nupt.coll.4.Quod amplius probatur ab Azone Rubr.18.Cæterùm de priuilegiis eorúmque effectibus, vnde multas regulas diuerſis iuribus

Diſtinctiones circa priuilegia.

comp

comprobatas apud Bernardum Diam reg.588. 595.& 596.Medic.reg.pr.6.8.& 9. Socinum reg. 380.Donatum Finam lib.3. fuſiùs autem Azonē in Rubr.31.Et de perſonis circa regulam noſtrã vide Riſuicium in Paratitlis.

CAP. II.

IVs rei,ſeu cauſſæ quæſitum ſemper durat.] l. Neratius. 152. de reg.iuris. & aliis iuribus ſupra ad probationem proximæ regulæ allegatis.Exemplum eſt: Priuilegium in integrum reſtitutionis minori conceſſum eſt iure. Tunc ſi minor litem conteſtatus fuerit, & poſteà decedat, hæres eius reſtitutionem rectè perſequetur.l.non ſolùm.de in integ.reſt.Faciunt ad regulam l.pecoris.l.penul.de ſer.ruſt.præd. l.cum patronus.de legat.2.l.pater.de ſeruit. leg. l.exceptiones in 2.de excep.l.4.§.de authoris,de do li excep.l.pr.§. ſi fideiuſſor.Quar. rer. actio non detur.Ratio eſt: Quia cauſa nunquam perit,licet perſona deficiat. Quò fit,vt ad heredes quoque tranſmittatur,alióſque ſucceſſores. l. tempus quod datur.de re iudic.cap. cum veniſſent. de inſtit. Quinimò conditio quæ perſonæ tanquam rei cohæret, immutari facto eius qui ea lege comparauit,non poteſt. Pulchra l. ea quidem.C.Si mancip.ita fuerit alie. Cæterùm priuilegium ratione rei conceſſum, vltra eam non extenditur,cap.cum capella.de priuileg.An autem illi renunciari poſſit,& quando, vide infra tit.de renunciat. Priuilegia conceſſa rebus & perſonis multùm diſtinguntur, vt videbis per textum elegantem: & ibi notant Gloſſa & Do-

Ratio.

Ampliatio

Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.

ctores in cap.pr.de vita & honeſt.cler.in Clem. Sanè in dubio legiſlator intẽdit prouidere negotiis, non perſonis, quibus ea committuntur, vt eleganter dicitur in cap.fin.in prin.de off.& pot.delegat. non enim verbis aut perſonis, ſed rebus lex imponitur, cap.commiſſa.& ibi Gloſ. de electio.in 6. Item priuilegia nõ ex tempore, ſed cauſa æſtimantur, & concurſu partem faciunt.l.priuilegia.de priuil.cred.

CAP. III.

Voties ad idem ius commune, & ſingulare competunt, communi potiùs vtendum eſt.] l.in cauſæ.in 2. de minoribus.l. centurio.l.cum ex filio. §. filio de vulgari. l. damni infecti. §. ei cuius de damno infecto.l.in teſtamẽto.in pr.C.de teſta.mil.l.vn. C. de theſauris. lib.10.l. ſicuti.§.vlt.Si ſeruit.vind.l.ſiquidem.C. de præd.min.l.3.de tutelis. Ratio eſt: Nam quæ communiter omnibus proſunt, iis quæ ſpecialiter quibuſdã vtilia ſunt, anteponuntur. Auth. res quç.C.Commu.de leg.§.quamobrem Auth. de reſtit.& ea.coll.4. Vnde quamuis liceat militi in totum iure ſingulari teſtari, tamen ſpecialia quædam in teſtamento, velut inſtitutio, intelliguntur ſecundùm ius commune.l.3.C.de teſt.mil.Si relictis originalibus ordinis inſtitutis ad communia volueritis, inquit Alexander Pontifex, conuenientibus Ciſtercienſibus aliorum monaſteriorum iura diuertere, oportebit vos iure communi cenſeri, cap. recolentes. de ſtatu monach. Huic affinis eſt regula, quam infrà decla

Ratio.

Paraphraſes regulæ exemplis illuſtratæ.

clarabimus tit. de ordinario. & extra. *Ceſſante ordinario peruenitur ad extraordinarium: non autem ſecus*.l.pr.C.de iure lib.§.vn.inſt.de ſucceſſ. ſub. Quod intelligitur, quando in vna eademq; perſona concurrunt ius commune & ſingulare: ſecus ſi in diuerſis. Nam quò priuilegium eſt fragilius iure communi.l.eius militis. §. militia miſſus. de mil.teſt. eò nobilius, veluti chryſtallum ex ſua fragilitate creſcit & augetur. Iuuat l.mulieri.de cond. & dem. *Intellectus regulæ.*

CAP. IIII.

Actio & exceptio diſtinctas vires & officia ſuſtinent.] l.verbum oportebit.8. §. vlt.l. actionis.34. De verb.ſignif. l.pr.§.pr.de eo per quem factum erit. l. pacta conuenta. de cont.emp. Ratio eſt: Quia cum eodem tempore circa eandem perſonam nullo modo ſubſiſtere poſſint, meritò & proprie qui excipit, non agit. ſed quodammodo vicem & perſonam actoris excipiendo gerit: non quidem eo reſpectu quo eſt ipſius actionis excluſio, ſed cùm obiicitur excipienti replicatio. Et ita intelligitur l. pr.de excep.l.nō exceptionibus. C.illo titulo. Omnis autem exceptio præſupponit actionem. l. 2. D. eodem. Multùm itaque intereſt, an per viam actionis, an ope exceptionis aliquid poponatur, cap.2.& ibi notatur de ordine cognit. cap. conſtitutus. de appellat. Cæterum is videtur actor, qui in iudicium prouocauit. l. 2. in fine. Communi diuid. Et tenetur ſequi forum rei.cap.ſi clericus.& cap. cum ſit generale de foro comp.& multis aliis ſimilibus. *Ratio.* *Paraphraſes & intellectus regulæ.*

Subregula Cui datur actio, multò magis ex ce tio.

Veruntamen *cui datur actio, multò magis exceptio*, l.inuitus.198.§.cui damus.de reg.iuris.ca. qui ad agendum. & ibi latè tractat Dynus eod. tit.in 6.l.1.§.quod ait Prætor.de ſuperfici.l. 3.C. de cond.indeb.l.exceptione. l. ſiue poſſeſſio. C. de euict.l.rem in bonis.de acq.rer.dom.l.fin.C. Quib.ex cau.maio.in int.reſt.l.ſi quaſi.C.de nõ num.pec.l.2.de doli excep.l.1.C.ſi pign.conuen. num.pecu.l.creditori.C.de pactis.Sed è contra datur ius retentionis & exceptionis, vbi actio nõ admittitur,vt in pacto nudo.& l.1. §.in ſpeciem.& ibi pulchra Gloſſ.de pigno. Et quæ annua ſunt ad agẽdum, quo ad exceptionem perpetuantur,quia actor ſemper habet agendi facultatem,non autem reus. l. purè.§. fin. de doli except.l.licet.C.de excep.l. petitæ. C. de temp. in integ.reſtit.l.1.C.de dilat.l.4.§.Marcellus.de doli excep.Gloſſ.in cap. non licet. de reg.iuris. in 6.Ratio eſt iſtius reſtrictionis. Quia promptiores eſſe debemus ad liberandum, quàm ad condemnandum, & fauorabiliores rei ſunt actoribus,vulgata l.Arrianus.de actio. & oblig. §.ad hoc.Hîc finitur lex deinde cõſuet. in vſib. feu. facit eleganter l. in contractibus. §. ſuper cæteris. C. de non num. pec. & l. abſentem. de pœn. Vnde & èconuerſo qui non habet aduerſus alium actionem, ipſe ea teneri non poteſt.l. apud antiquos.C.de furtis & ſer. cor. Item cuius quis in agendo obſeruat arbitrium, eum habere & contra ſe iudicem in eodem negotio nõ dedignetur.l.cum Papinianus. C. de ſent.& inter. omn. iud. Satis abſurdũ videretur,ſi actore

Expoſitio præcedẽtis ſubregulæ.

im

impugnante reo defenſionis copia denegetur, quia ſic condemnaretur multoties abſoluendus, cæterùm non ſic in reconuentione ſentimus, ne quod in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur, cap. cùm inter prioré. de excep. Ex quibus cauſis repetitionem habemus, non autem petitionem, etiam repetitio ſoluti non competit. l. ex quibus. de condict. indeb. Aliquando tamen, vbi competit exceptio, multò magis actio poteſt adeſſe. l. metum autem præſentem. §. ſed quod Prætor. de eo quod met. cau. l. ſi quis rem. l. Aurelius. §. pr. de lib. leg. l. ſi contendat. de fideiuſſ. Item fallit, quando non poteſt reus plures procuratores conſtituere, ne defenſio per plures ſciſſa incommodo afficiat: actor autem poteſt. l. iam tamen. §. ſi tamen. iudicatum ſolui: ídque fit propter naturam negotij, vt inquit Bartolus. Diſtinctio verò talis hîc adhibetur: in principio litis fauetur actori, in medio vtrique, in fine reo, quam tradit Decius in cap. fauorabiliores. de reg. iuris. in 6. fallit etiam in ſpecie dictæ l. purè. §. fin. Item in liberali cauſa cap. 3. de probat. Item, vbi eſt cauſa fauorabilior, quæ quidẽ cauſæ enumerantur in cap. fin. de ſent. & re iud. Hinc dependent aliæ quoque ſubregulæ: *Non debet licere actori, quod non licet reo, nec in iudiciis eſt acceptio perſonarum.* l. non debet. 42. de reg. iur. cap. in iudiciis 12. cap. non licet. 32. eod. tit. in 6. l. fin. C. de fructib. & lit. expen. ídque fit ad ſeruandam æqualitatem, vt ſuprà in tit. de æquitate diximus. Nec plus ponderis habet a-

Exceptiones primæ ſubregulæ.

Aliæ ſubregulæ.

ctio quàm exceptio.l.duobus.de excep. rei iud. Item: *Actoris & rei eadem eſt conditio*, & ferè ſemper vno eodémque iure cenſentur l.quæ omnia de procurat.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter.l.ſed interpellatur.§.fin.de recep.arb.cap.fin.de mut. petit. Alia quoque hinc naſcitur ſubregula: *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*.l.cum à matre. C. de rei vind. l. vindicantem. de euict.& multis aliis ſimilibus. Quam aduerſus videtur facere l. Seia fundos. de euictio. ſed vide ibi ſolutiones quæ adduntur à Gloſſa.Illa quoque ſubregula limitatur,vbi diſtincta ſunt patrimonia l.fin.C.de euict.vt infrà tit. de ſubrog. Sed citra noſtram gnoſin ſeu primariam regulam,vide quæ copioſe ſcripſit Azo regul. 16.& 45.Item Damaſ.reg.39.atque etiam multi alij neoterici compilatores.

Aliæ ſubregulæ.

CAP. V.

GRaue eſt in plures habere actiones, qui cũ vno contraxit.] l.quod ſi nolit. §.ſi plures. l.iuſtiſſimè.de ædil.edicto. l. & ancillarum. §.1. de peculio. Ratio eſt: Ne ſcilicet defenſio per plures ſciſſa incommodo aliquo afficiat actorem,vt ſuprà diximus proximo cap. ex l.iam tamen.§.ſi tamen. iudicat. ſolui. Ita faciliùs vnus tutor & actiones exercet,& accipit,ne per multos tutela ſpargatur. l.3. §. quamuis. de admi.tut.Quamobrem prouiſum eſt pupillo ne beneficium diuiſionis inter tutores ei inferat iniuriam, quia ex vna eadémque tutela cauſæ plures variæque quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituerentur.Idque in reis locum habet.Nõ enim

Ratio.

Paraphraſes regulæ exẽplis illuſtratæ.

enim pluribus actoribus, aut heredibus actoris neceſſitas imponitur, vt per vnum litigent. Si tamen eadem ſunt media concludendi, eadémque actio de eadem re, coguntur vnum procuratorem in iudicio conſtituere, ne non liceat reo quod actori conceditur. Quod etiam hodie in Gallia obſeruatur. Atqui interdum tutius eſt in plures habere actiones. l. 2. de exer. act. Quod ita ſanè intelligitur, vt ſi facultas ei concedatur agendi aduerſus quem, & qua velit actione, actiones contra alios cedẽdo, non item neceſſitas imponatur vt in noſtra regula. Iuuat hanc interpretationem l. cum apparebit Locati. Vide etiam de hoc infrà titulo de cumulat. diſt. & concur. Hinc dependent aliæ ſubregulæ: *Deteriorem cauſam noſtram nõ facimus actionem exercentes, ſed meliorem.* l. aliam cauſam. de nouat. Sunt & aliæ multæ, quas, quia particularem materiam attingunt, nolui hìc apponere, ſed quilibet prout liberior otij ratio occaſionem dederit, ex regularum compoſitoribus poterit repetere.

Exceptiones & intellectus.

Subregulæ.

In Tit. de Matrimonio & Dote,

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

POſteaquam homo, quæ eſt perſona nobiliſſima, vt diximus, in cælo creatus eſt, prauidit Deus Optim. Max. citò eius creationis bonitatem, vtilitatem & fructum, ad ruinam & interitum iri, niſi quodam ſalutari perpetuitatis, aut certè συνεχείας remedio ei malo ſubueniretur. Itaque tunc

primum matrimonium inſtituit, hoc eſt, legitimam maris ac fœminæ coniunctionem, ex qua viciſſitudine perpetua hominum natura ſalua & illibata vſque ad nos permanſit. Hinc eſt quod Heſiodus in Theogonia ſcribit, poſt chaos, terram & tartarum amorem prodiiſſe. *quo quidem verbo nō accipio cauſam mouentem, & ea quæ ſunt conciliantem, vt Sextus Empyricus interpretatus eſt, ſed omnibus ingenitum ſui conſeruandi, ac demum nuptiarum & ſobolis procreandæ deſiderium, certis naturæ regulis circumſeptum, atque vallatum. Cæterum vt multifariam & diſſimiles matrimoniorum ritus, qui apud veteres obſeruabantur (ſicuti tradit Coſtanus doctor meus in lib. de ſponſ. & matrim.) prætermittam, de eo tantùm mentionem facimus, quod inter duos, virum ſcilicet & vxorem Chriſtiano more celebratur. Nam illud typus eſt, vt Theologi dicunt, coniugij cæleſtis inter Chriſtū & Eccleſiam initi, & libram, cui ζύγος nomen apud Græcos, quam Venus pro ſuis inſigniis in cæleſti regione aſſumpſit, in duas partes diuiſam, non abſque ſummæ pondere rationis præfigurat. Ac tādem de dote dicemus, quæ quaſi neruus & ſuſtentaculum eſt matrimonij. Nam licet ſine ea conſiſtere poſſit, tamen hæc poſteritatem adiuuat, miſerias & infortunia à coniugibus remouet, ne fortè quiſquam ſit, cui conueniat Menandri poetæ dictum:*

Matrimonii Chriſtianorum commendatio.

Dos eſt neruus & ſuſtentaculū matrimonii

Ille ter infœlix; qui pauper pauperem vxorem duxit.

De

De Matrimonio & Dote, Tit. v.

CAP. I.

VIri & vxoris maxima eſt animorum coniunctio, vna domus, idémque corpus.] l.1. §.ſi vir. Ad Syllanian. l. 1. de ritu nupt. l.3. de donat. inter vir. & vxor. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus & maritalis affectio faciunt, id eſt, voluntas reciproca indiuiduam vitæ conſuetudinem continens. l. nuptias. 31. de reg. iuris. l. cum hic ſtatus. §. ſi diuortium. de donat. inter virum & vxorem. l. 1. de iure dot. can. precium. & aliis ſeq. 7. quæſt. 2. Tanta igitur debet interuenire matrimonio concordia, animorúmque vnitas, vſque adeò vt illa animorũ immortalium coniunctio amorem etiam reddat ſempiternum. l. 2. C. de infir. pœnis cœlib. §. quæ verò Auth. de nupt. coll. 4. Cuius quidem coniunctionis multi & infiniti ſunt fauores & effectus. Sed ne in immenſum noſtra progrediatur ſententia, digniores, & notabiliores hîc apponemus. Primùm itaque cohabitatione dicuntur ſocij diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de cri. expil. her. in tantum vt mulier rerum mariti quodammodo domina nuncupetur. l. 1. & 2. rerum amot. Mulier incola eſt eius ciuitatis, cuius eſt maritus, non vnde originem trahit. l. fin. Ad municip. Hinc etiam ſcriptum eſt: *Relinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ*. Quod & de vxore mutuò intelligitur. Nam illud addit: *Erunt duo in carne vna*. Vxores non relin

Ratio.

Matrimonii effectus

A cohabitatione.

relinqui à clericis maritalis hortatur affectio, puta quæ dignos ſacerdotio viros ſua conuerſatione fecerunt, legitimúmque meruêre coniugium. l. eum qui probabilem. C. de epiſc. & cler. Quod tamen hodie immutatum eſt per iura decret. Non enim poteſt quis pro parte conuerti ad religionem, & pro parte manere in ſeculo quod eueniret, ſi alter altero inuito religioſam vitam eligeret. ca. Agathoſa. 27. quæſt. 2. Sed ante copulam carnalem poteſt cap. 2. de cõuer. coniug. Si quis autem ingreſſus eſt monaſterium, cogendus eſt ad coniugem redire, quia exigere debitum in eius eſt poteſtate, ſed non reddere non eſt in eius, ſed mulieris poteſtate, cap. 4. eod. tit. Vnde vir & mulier vna caro per coniugium efficiũtur, can. ſciſcitatur 30. quæſt. 4. Mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir, & è contra can. ſunt qui 27. quæſt. 2. Vnáque in eis eſt corporis natura. non enim duo à principio facti, ſed primùm vir, deinde mulier: atque vnam volens Deus conſtituere hominum naturam, ab vno principio creaturæ hoc incipiens, multarum & diſparium naturarum eripuit facultatem can. fin. 33. quæſt. 5. Viri & mulieris coniunctio potiùs vocatur matrimonium, quàm patrimonium à matre, quòd ei liberi ante partum oneroſi, in partu doloroſi, & poſt partum laborioſi exiſtunt: tamen in poteſtate patris ſunt, cuius familiam ſequuntur, & non matris cap. fin. de conuer. infid. Æquè abſtinendum à conſanguineis vxoris, ac ſuis cap. pr. de conſang. & affi. Maritus repetit vxorem

rem à patre,maximè ſi ipſa non reluctet l. ſi inuita.C.de nupt.l.2.de lib.exhib. Domus vſu legato vxori, poteſt nihilominus cum marito habitare, ne ei matrimonio carendum foret, cùm vult domo vti, quia vir & vxor omnes res in promiſcuo habere debent.Eleganter dicitur in l.cæterarum.§.ſed neque de vſu & habit.Fatendum eſt vxoribus propter obſequia, quæ maritis præſtant,& partus pericula,cum etiam corpore,ſubſtantia, & omni vita illarum mariti fungantur.l.maximum vitium.C.de lib.præter. l. vlt. C. Qui potiores in pign.§.ſed noſtra. inſt.Ad S.C.Tertyll. §. ſed hæc quidem inſt.de exhib. lib. At verò multi caſus in coniugio occurrunt,quibus coniuges ſine culpa,ſed non ſine cauſa continere coguntur. capit. quoniam frequenter. §.primo,in fine, vt lite non conteſtata.

Secundò ab vnitate eorum,non videtur filię præſtari,quod viro eius non præſtatur. l. pater filiæ.de ſerui.leg.Et quod viro prohibitum eſt, id etiam vxori.l.non tantùm de re iudic. l. cum ipſe tutor. C. de con. empt. Exinde intelligi oportet matri remiſſum pignoris vinculum, ex quo de ea ſuſcipere liberos optauerat. Pulchra l.ſi quis ingenuam. C. de capt. & poſt. reuer. Nam dignitas nuptiarum & votum ſobolis procreandæ pignus in redempta vxore cogunt remittere.l.ſi is qui te.C.illo tit. *Ab vnitate.*

Tertiò à charitate & dilectione mutua, quæ nullam permittit inter eos deceptionē.l.vnum ex familia.§.vl.de leg.2. Nuptiarum bonū ſemper *A charitate & dilectione mutua.*

per bonum quidē eſt, quod in populo Dei fuit, ſed aliquando fuit legis obſequium: nunc eſt infirmitatis remedium, in quibuſdam verò humanitatis ſolatium & inter omnia obſeruandum: vt eleganter explicat Auguſtinus in can. nuptiarum. 27. quæſt. pr. vbi multa etiam de honore coniugij diſſerit. Fauor item maximus eſt nuptiarum propter affectionem. l. Caius Seius Solut. matr.

A communicatione bonorum.

Quartò à communicatione bonorum. Vnde ſanè procedit, vt ad victus pauperi coniugi ſuppeditandos fructus rerum alterius applicantur. l. vbi adhuc. C. de iure dot. Et ſuperſtiti egeno ſtatuerunt principes tertiam bonorum partem defuncti relinqui. Auth. præterea. C. Vnde vir & vxor. Quod tamen hodie non obſeruatur. Nec etiam fideiuſſores pro dote dantur, vt in Rubr. C. Ne fideiuſſores dot. dentur. Cuius rei Alciatus tradit varias cauſas. Præcipua eſt: quia vxor bene poteſt credere dotem viro, cui ſe ſuúmque corpus commiſit, cap. per veſtras. de dote poſt diuor. reſt. can. præcipimus. 12. quæſt. 1. cap. inter corporalia. de tranſlat. epiſc. Eadem quoq; ratio militat in bonis paraphernis, quorum marito conceditur adminiſtratio, ſcilicet vxore non renuente. l. hac lege. C. de pactis cōuen. Sed & reuerentię maritali debetur, vt non teneatur niſi in quantum facere poteſt. l. vn. §. cum autem. C. de rei vxor. act. §. Item ſi de dot. inſt. de actio. Boni mores vetant quæuis lucra præferri concordiæ maritali. diſertè in l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſub. Nec debet maritus

ritus lucrari ex damno mulieris. Sufficit autem eum indemnem præſtare.l. quoties res æſtimata.de iure dot. Nec etiam valet pactum,vt maritus de dolo non teneatur in rebus dotalibus, ſed tantùm de periculo.l.Pomponius. de pactis dotal. Nec debet matrimonium tot tantíſque oneribus oppreſſum, aduentitiis onerari ponderib. l.vn.§.lucratiuas. C. de impo. lucr. deſc. Nam & in fauorem matrimonij cõditionis legibus derogatur. l. hoc genus.de cond.& dem. & indebitè ſolutum per errorem nõ repetitur. l.cum is qui.§.ſi in ea.de cond.indeb.

A libertate contrahẽdi matrimonij.

Quintò à libertate cõtrahendi matrimonij. Inhumanum eſt enim vinculo pœnæ matrimonia adſtringi,licet permiſſum ſit ſpe lucri inuitare:cùm eo caſu liberum ſit non parere. l.Titia.de verb.oblig.l.Titio centum.§. Titio centum.de condit.& dem.cap.requiſiuit.cap.gemma.de ſponſal.Monẽdi enim ſunt potiùs quàm cogendi nuptias adimplere. Deterius quippe nihil contingere poteſt inuitis nuptiis. l. neq; ab initio.C.de nup.cap.extra.de ſponſa.Cõfirmat iſtud Telemachus apud Homerum in Odyſſea 20.& apud Terentium Parmenio in Hecyra, actu primo.Vulgaris eſt ſolutio:Ab initio libera ſunt matrimonia : ſed poſtquam ſemel contracta vel conſummata fuerint,retinenda ſunt ex neceſſitate can.heredis.32.quæſt.5.Iſtam ſubregulam latiùs tractauit cum ampliationibus & reſtrictionibus Prateius regul. 493.& cum iuribus & diſtinctionibus Damaſus reg.101.Quamobrem in alterius arbitrium non confertur,

ſicut

ſicut nec aliæ voluntates viuentium, vt ſuprà expoſui. l. cum tale legatum. §. ſi arbitratu. de cond. & demonſtr. Nam vbi de matrimonio quæritur, plena debet ſecuritate is gaudere, cuius animus eſt indagandus, ne per timorem dicat ſibi placere quod odit, & ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptiis prouenire, cap. cum locum. de ſponſ. & mat.

A difficultate diſſolutionis. Sextò à difficultate diſſolutionis. Nam coniugium multum fauoris obtinet, ideóq; odioſa eſt ſeparatio, ca. tua nos de conſang. & aff. can. videtur. 35. quæſt. 6. cap. 3. Qui mat. accuſa. poſſ. cap. lator. de ſent. & re iud. cap. directæ. de appellat. Quia ſacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur, ſed ratum efficit coniugij ſacramentum, vt in coniugibus eo durante permaneat, cap. quanto de diuort. Itē coniugium & apud fideles & infideles exiſtit, nec diſſoluitur, dum tamen vnam retineant vxorem, ſi conuerſi fuerint. nam Chriſtianiſmo abſonum & inimicum videtur plures habere vxores, cum à principio mundi Deus dixerit: Adhęrebit vxori ſuæ, & non pluribus, vt elegāter multis rationibus & exemplis demonſtratur in cap. gaudemus. de diuort. Quare inſeparabilis ſit coniugij nexus, pulchra ſimilitudine docet Gregorius Papa in can. pr. 35. quæſt. 10. Item cùm ipſi vna ſint caro, vt iam dixi, non debent alter ſine altero manere diutiùs, ſed vxores viros & viri vxores, licet poſtea lepræ morbum incurrerint, ſequantur, eíſque coniugali affectione miniſtrent. Quòd ſi ad hoc induci nō

pot

poterīnt,vterque altero viuente continentiam ſeruet,cap.pr.de coniugio leproſo. Pœna quoq; erat antiquitus impoſita iis quorum culpa matrimonium diremptum per diuortium aut repudium fuerit. l. ſi ex cauſa. §. ſi mulier. de minor.l.Lucius. Solut.matr.l. conſenſu. §.hæc niſi.C.de repud.Sed quia facilè ſæuit, impetúque caloris ducitur maritus ob adulterium vxoris facilè decernens, talis calor fuit refrænandus, ideóque olim non licebat occidere niſi turpem perſonam.l.nec in ea.l.marito. l. ſi adulterium. §.Imperatores.Ad legem Iul.de adul.l.ſi quis in graui.§.pr.Ad Syllania.Quod tamen hodie nouo iure temperamētum adhibetur.l.Gracchus. & ibi notatur. C. de adulte. At verò occidenti vxorem in adulterio deprehenſam conuocatis teſtibus marito pœna capitalis remittitur,& alia leuior irrogatur quia difficillimum ei fuerit iuſtum dolorem temperare, magíſq; quod plus fecerit,quàm quòd ſe vindicare non debuerit, puniēdus eſt.l.ſi adulteriū cum inceſtu.§.Imperatores.D.illo tit. Quinetiā tūc maritus puniēdus eſt lenocinij, cùm excuſare innocentiā ſuā non poteſt, vel adumbrare patientiā prætextu incredulitatis.Egregius eſt textus in l.mariti lenociniū. D.illo tit.Qui tamē moderationē accipit ex ſubſequente textu in §. qui quæſtū. illius legis,vbi ſi per negligentiam, culpā latam, patientiam vel credulitatem patiatur vxorē delinquere, dummodò ipſe ignoret, extra legem ponendus erit.Itē nō debet bene quieſcens vel concordans matrimonium turbari, inquietari, dirim

An liceat marito impunè occidere vxorē in adulterio deprehenſam.

dirimi, fœdari, aut patria poteſtate diſſolui. l. 1. circa fin. de lib. exhib. l. miles. §. licet mulier. l. conſtante. Ad legem Iul. de adult. l. quamuis. C. eodem. Item: Nullo modo datur licencia eis cõſentire mulierẽ, qui hoſtili more in noſtra Republica matrimonium ſibi ſtudent coniungere aut diſſoluere. l. vn. §. & ſiquidem. C. de raptu virg. nec item deportatione ſoluitur matrimonium, cùm liber ſemper remaneat. l. ſed ſi alia de bonis dam. Nam publica nuptiarum eſt vtilitas, licet captiui vxor in matrimonio eſſe deſinere videatur, ſed conſenſu mutuo redintegratur matrimonium. l. in bello. §. medio tempore. l. cùm duæ. de cap. & poſt. reuer. Tanta eſt quoque vis in ſacramento coniugij, quòd nec ex violatione voti poteſt diſſolui, can. pr. diſtin. 27. cap. tanta eſt vis. qui filij ſint legit. Verè enim ſunt coniugia non adulteria, vt inquit Auguſtinus in dicto can. nuptiarum 27. quæſt. pr. Atqui tales lapſus & ruinas adulteriis eſſe peiores poſteà dicitur. Quippe qui fidem Deo non ſeruauerunt, quam vltrò obtulerũt, ſed propter magnam conſiderationem non eſſe ab inuicem ſeparandos. Hæ duæ contrarietates doctè & eleganter conciliantur à Theodoro in can. vlt. eiuſdem quæſt. Itẽ rectè argumentatur Cyprianus à minori ad maius, de matrimonio temporali ad ſpirituale, vbi de vtriuſq; fœdatione multa diſſerit can. nec aliqua. can. quas Chriſto. 27. quæſt. pr. Manet ſemper inter viuentes quoddã vinculũ coniugale, quod nec ſeparatio, nec cũ altero copulatio poſſit auferre: ſicut apoſtata anima

Argumentũ Cypriani de matrimonio temporali ad ſpirituale.

anima etiam fide amiſſa, ſacramentum fidei non amittit quod in lauacro regenerationis accepit.can.ſi.32. q.7. Veruntamen illa quæ de ſeparando coniugio inducta ſunt, de perfecto intelliguntur, quod ſponſali coniunctione initiatũ eſt,& officio corporalis commixtionis cõſummatum:illa verò,in quib.ſeparabile coniugium oſtenditur,ſimiliter de initiato intelligũtur,quod nondum officio ſui perfectũ eſt. Aliæ quoque in hãc rem diſtinctiones & interpretationes traduntur in can.inſtitutum.27.q.2. Poſtremò cauendum eſt nequa occaſione inter maritum & vxorem qui alias non bene ſecum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forſitan marito volente vxor eius extrahatur & furti patiatur pœnalem condemnationem. Pulchrũ eſt exemplum in l.fin.verſ.ſi.C.de furt. & ſeruo corr. Septimò à laude memoriæ, quæ poſt obitum vnius coniugis perdurat. fœlix quippe & perbeatum eſt ſoluto matrimonio vtrique cõtrahenſium manere in priori coniugio, & non procreatam ſobolem ſequentibus matrimoniis forte contriſtare. Quod in muliere maximè repræhenditur: nam ita faciens non gaudet dignitate & priuilegio prioris mariti. §. proſpeximus. Auth.de non elig.ſec. nub.§.ſoluto.& §. non tamen. Auth de nupt.coll.4. Vnde dicitur vulgò: Anima mariti triſtatur muliere ſecundo nubente. Idque ex Virgilio deductum puto in 6. Æneidos, qui finxit Sichæum apud inferos adhuc amare Didonem ſuam. Sed vera huiuſce rei elicitur ratio ex Auth.cui relictum.C.

Intellectus & diſtinctiones.

A laude memoriæ poſt obitũ.

de ind. vid. toll. Quamquàm hodie ſecundùm Paulum Apoſtolum nubere licet in Domino,& pœnæ ſecundarum nuptiarum ſunt ſublatæ. c. cum ſecundùm apoſtolum. de ſecun.nupt.Item nomine familiæ humanum eſt generum & nurum contineri : vtique ſi matrimonium morte filij vel filiæ fuerit diſſolutum. Nam illis extantibus , quia eos antecedunt non vocantur ad fideicommiſſum. Singularis textus in l. fi.C.de verb. ſig. Non iniucunda quæſtio eſt de muliere quæ pluribus nupſit, in cuius mariti tumulo ſepeliatur? Sed ita reſoluitur, Vn in ſepulturæ electione nulla ſit inter coniuges facienda diſtinctio. Nam vtrique æqualis eſt facultas eligendi, cùm tempus poſt mortem reſpiciat quo ipſa eſt mulier lege viri ſoluta.cap.de vxore.de ſepult.Si verò non elegerit mulier cum vltimo viro ſepelitur cuius domicilium retinet & honorem.cap.is qui habet.§.fin.de ſepulturis in 6. Sunt & alij multi fauores & effectus qui quaſdam ſpeciales cauſas reſpiciunt , veluti : Iuramentum cõtra matrimonium illicitum eſt nec ſeruatur.cap.veniens.de regul.&tranſ.ad relig. Item in fauorem matrimonij & prolis potius declinamus, vt legitime factum videatur. cap. ex tenore.qui filij ſint legit. Item notatur in c. ex literis.de in integ.reſt.

Quæſtio, In cuius mariti tumulo ſepeliatur quæ pluribus nupſit.

CAP. II.

VXor viro ſubdita eſſe debet,& ab eo pendere,non è contra.] can.fœminæ.39.q.5. Vbi fœminæ dum nubunt , velantur , vt ſciant ſe maritis ſuis ſubditas atque humiles eſſe

eſſe debere. Quod quidem ab Ambroſio videtur improbari. Sed vt poſteà ſubiicitur, illud ad exhortationem, nõ ad neceſſitatem obſeruandæ virginitatis refertur. can. nuptiæ.32.q.1. Et quæ in memoriam ſubiectionis comam amputare prohibentur, can. quæcunque mulier. diſt. 30. Eſt ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris, & ſint ſubditæ, ſicut filiæ parentibus. can. manifeſtũ. can. eſt ordo.33.q.5. Ratio præcipua eſt: Quia caput mulieris eſt vir, cuius eſt imago, & viri Deus. ca. hæc imago. cum ſeq. ead.q. Atque viro creditur in dubio de cognitione carnali. cap. duo ſunt pueri. de deſpon. impub. Hinc fit, quòd ipſa in viri familiam domiciliúmque tranſit. l. fœminæ. de Senat. §. hoc itaque. Auth. de conſul. coll. 4. §. vlt. inſt. de pat. pot. & cogitur ſequi forum viri, non è contrà. l. exigere. de iudic. l. cum quædam. de iuriſd. om. iud. Quod latius tractat Medicæus reg. 9. imò & tenetur ſequi virum ſuum. can. vnaquæque. 13. q. 2. Abbas in cap. de illis. de ſponſal. Quod etiam latè declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Bernardo Dia reg. 800. & Donato Fin. lib. 5. Item ipſa honore mariti erigitur, genere nobilitatur. l. vlt. C. de incol. lib. 10. l. mulierem. de rit. nupt. ideoque marito operas præſtat. l. ſicut. de op. lib. l. ſed ſi vir. in pr. de do. int. vir. & vx. l. ſi ita ſtipulatus fuero per te non fieri. de verb. ob. Nec non reuerentiam & multa alia. l. vn. §. cum autem. C. de cad. toll. Defendi item vxores à viris, non viros ab vxorib. æquum eſt. l. 2. de iniu. Lugere autẽ debẽt vxores

Inſignia ſubiectionis vxoris.

Ratio.

Paraphraſes regulæ multis ſchematibus ornatæ.

viros, non viri vxores. l.vxores.de his qui not. infam. Quid abſurdius eſt quàm mulierem de humili veſte ſuperbire, cui potius expediat obtemperare marito candidis moribus, quam in nigellis veſtibus repugnare, vt habetur in can. quod Deo.33.q.5.

CAP. III.

Communis vtilitas eſt, mulieres dotes habere.] l. 1. ſoluto mat. l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.de lega.1.l.cum pater. §.pater certum. de legat.2.l.1.C.de repud. Prima ratio eſt: quia dos ſuccedit loco alimentorum. Ideoque ad victus &alimoniam mulieris pręſtatur.l.pro oneribus.C.de iure dot. Item etiam liberorum & aliquando mariti.l.ſi conſtante. ſoluto mat. Alia ratio propter periculum, ne ſcilicet poſt prolixa matrimonij curricula & liberos forte editos infœlix mulier cum liberis remaneat indotata, eoque modo proprio corpore fornicanti turpis quæſtus adueniat, vnde viuat. l. cum quidam.C.de iure dot.l.3.de priuil.credit. §. his conſequenter. Authent. de æqual. dot. coll. 7. Quo fit vt non videatur libertus in dotatione filiæ patronum fraudaſſe, nam in eo pietas patris non eſt reprehendenda. l. 1. §. vtrum autem ad ea. Si quid in fraudem patroni. Fauetur etiam dotibus contra Velleianum. l.ſi dotare.l.vl.C.ad Velleian. Et contra fiſcum. c. ex literis. de pign. Item propter augmentum donationis. l. ſi conſtante.C.de don.ante nupt. Sunt & alij multi fauores dotium, qui ex tractatibus ſuper hac materia habitis repeti poter

Rationes.

Fauores dotium.

terunt. Eccleſia quoque dotes tenetur protegere viduarum.cap.nuper.de don.int.vir.& vx. Sciendum autem eſt dotem vocari proprium filiæ patrimonium. l.3. §. ſed vtrum. de minor. l.in eum.de relig.& ſumpt.fun.l.vlt.C.qui pot. in pig.§.ſic itaque. Auth. de nup.coll.4. l.pater filiam.ad leg.Fal.& tanquam æs alienum computari. l. à filia. ad Trebel. l. fin.de collat.bon. Quamobrem principaliter eius intereſt dotem habere.l.mulier.§.pen.ad Treb.l.ſi poſt mortẽ. §.ſi teſtator.de lega.1.Verumetiam patris.l.pater filiæ.de euict.& mariti quoque.l.ſi donaturus.§.vlt.de condict.cau.data.Quæſtio fuit, An matrimonium ſine dote conſiſtat? Et certum eſt dotem quidem ſine matrimonio quemadmodum accidens ſine ſubſtantia eſſe non poſſe, ſed è contra nuptiæ ſine dote poſſunt conſiſtere.l.3.de iure dot.l.1.§.conſtante. Pro dote. l. cum multæ.C.de don.ante nupt.l.fin. C. de repud. Satius eſt autem cõfici dotale inſtrumentum vt Chalchedonenſi concilio ſtatutum eſt, dotémque adeſſe.can.nullum.30.q.5.nam abſq; dotali titulo non præſumitur matrimonium. can.aliter.eadem q. can. conſanguineorum. & ibi gl.3.q. 4. Differt item dotis conditio ab hereditate.nam hereditas aduentitio iure quæritur: dos verò matrimonio coherens oneribus eius ac liberis eius ſubiacet, vt eleganter diſtinguitur in l.dotem.de caſtr.pec.Facit d.l.pro oneribus.& cap.ſalubriter.de vſur.

In Titul. de Parentela, & Conſanguinitate.

ΠΡΟΛΕΓΟ΄ΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

Tametſi ſumma Trinitas ſuo inenarrabili conſilio primam cauſam ſtatuerit matrimonij ob ſocietatem, conſtat inter omnes præcipuam, & finalem eſſe ad procreandos liberos: qui nimirùm ad hoc prodeſſent, tùm ne aliquomodo natura continuitatis intermiſſionem aut diſſolutionẽ pateretur, tùm verò vt ex eorum prole fœcunda diuturnam nobis memoriam in longiſſimum æuum relinqueremus. Quocircà notabilis eſt Ocelli philoſophi ſententia, qui omnem coitum viri & mulieris præter affectum gignẽdorum liberorum condemnauit. Sed quanta & quanti ponderis obſeruantia liberorum ſit erga parentes, idémque affectus parentum erga liberos, ſi quis fortè curioſius ediſcere cupiat, videre poterit Plautum in Trinũmo, & Horatium lib. 1. Sermo. atque etiam Budæum noſtrum in ſuis comment. ad Pandectas, qui νόμους πελαργικὸς olim in magno honore & reuerentia fuiſſe docet. Porrò ex parentib. & liberis tãquam ex cauſa efficienti deſcendit ius conſanguinitatis, quod quidem adeò eſt inuiolabile, vt nullo iure ciuili immutetur auque infringatur, queadmodum ṡ. in tit. de iure nat. & poſ. diximus. Conſanguinitatem ſiue cognationem (nam hæc nomina idem ſonant,) in tres partes noſtri diuiſerunt: videlicet naturalem, ciuilem, & ſpiritualem: quas ſpecialiter Loriotus in tit. quẽ de conſanguinitate conſc

Finis procreationis liberorum.

Notabilis Ocelli philoſophi ſententia.

Ius conſanguinitatis.

Conſanguinitatis diuiſio.

conſcripſit,explicat. Hic autem eius conſanguinitatis, quæ magis propria eſt & frequentius in vſu venit,vires & effectus quàm breui poterit via,dũtaxat exponemus.

De parentela,& Conſanguinitate, Tit. vj.

CAP. I.

Arentes & liberi propter mutuum affectũ & continuationem dominij vna & eadem perſona eſſe intelliguntur.] l.vl.C.de impub. §. ei verò. inſt.de inut. ſtip.l.Prætor.§.ſed etſi de iniuriis. l.3. §.qui in eiuſdem. de donat. inter vir.& vx.l.diximus.§.fi.de excuſ. tut. Liberi enim ſunt pars mulieris & viſcerum paternorum. l. 1. §.ex hoc.de ventre inſp. l. cum ſcimus. §.vlt.C.de agric.& cenſitis.lib. 11. Quoad primum membrum,videlicet de affectũ gignẽtis erga genitum immenſum eſſe teſtatur Ariſtoteles lib.8.Ethicor.& lib.2.mag.moral.Quis eſt etiam affectus qui vincat paternum ? l.fi.C. de curat. furioſi. l.1.& toto tit. de obſeq. à lib. & libert. Cuius quidem affectus & naturalis pietatis tot,tantique paſſim in iure enarrantur effectus, vt vix celebrior de alia materia fiat mentio.Sed iuxta noſtri inſtituti rationem nobiliores & vtiliòres hic ſubiiciemus. Primùm ergo præſumptio propter naturalẽ affectũ facit omnia patri videri cõceſſa.l.Aurelius. §.Titius teſtamento.de lib.lega.Qua de re multa ſcripſit

Ratio.

De affectu genitoris erga liberos.

Effectus huius pietatis.

Valerius Max.lib.5.cap.4. Excuſatur à peccato qui parentem receptauerit.l.1.& 2. de recep. §. hi qui.inſt.de oblig. quæ ex delicto. Conſilium pater pro liberis capit tanquam pro ſemetipſo. l.3.§.1.de adm.tut.l.pen.C.de curat.bon.dando. l.iſti quidem.de eo quod met.cauſ. l.Lucius.de her.inſt.l.1.C.de his qui ſibi adſcribunt. l. fi.de his quæ vt indig. Aſperitas parentum in filios, vt eos pro noxa dederent,noua hominum conuerſatione ſublata eſt: ne ſcilicet per filij corpus pater magis periclitetur quàm filius, cùm in filiabus etiam pudicitiæ fauor hoc bene excludat. §. vlt. inſt. de nox.act.Pietatis ratione parentes à liberis non ſeparãtur. l. plerumque. de ædil.edicto.Grande præiudicium adfert filio confeſſio patris.l.1.§.Iulianus.& ibi gloſ.de lib. agno.Nemo filiæ patrem contra votum parentũ ſubſtituere videtur,ſed vt arbitrium eligendi relinquat. l.Iulianus.in fi.Si quis omiſſa cau. teſt. Officium aui circa neptem ex officio patris erga filiam pendet. l. dotem. de collã. bon. Elegans eſt exemplum retinendæ pietatis erga filium in l.fi.ſi à parente quis manu.ſit. & apud Ciceronem in oratione pro A.Cluentio. Bonæ fidei poſſeſſores etiam ante controuerſiam illatam non videntur fuiſſe, qui debitum pietatis officium quod in vindicanda morte parentis exercetur, ſcientes omiſerunt. l. 1.C.de his quib. vt indig. Iura pietatis violat qui iudicio materno contrauenit. l.contra voluntatem.C. de teſt. manu.Parentum reſtitutio ab hoſtibus reddit patri filiũ,tanquàm ſi ipſe captus fuiſſet.

l.1.C

l.1.C.de poſt.reuer. Mater redimens filium non poteſt repetere pretium. videtur enim donaſſe, quia non de mercede, ſed de triſtitia repudianda agit. l. liber. C.illo tit. Filij paterno debent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hereditarij criminis exempla metuuntur. can. ſi gens Anglorum.can.ſeq.& can. Cœnomanenſum.diſtin.56.Quapropter liberos reorum læſæ maieſtatis grauiter puniri iubent Impp.vt in l. quiſquis.§.1. C.ad legem Iul.maieſt.filij verò emancipationem officij non per damnationem. ſi fieri poſſit, petant, vt libertatem non damnationis ſed lenitatis paternæ teſtem habeant. Nam niſi bonis patribus filiorum cuſtodia detur; luctuoſior erit filiis reditus quàm diſceſſus. l.in quæſtione.§.fi. C.de ſenten.paſſ.& reſtit. Si filij parentibus debitum honorem reddere nō curent, vt hoc ipſum in iis venerentur, quòd fideles ſint, conſilio Gangrenſi anathematizati ſunt.can.ſi qui filij.diſt.30. Non poteſt nec debet mater obliuiſci filium ſuum.can.ad Romanā.2.q.7.quinimò videtur mater filiæ incremētum & honorem diligere.cap. ſuper eo.de teſt. ideò nec teſtis pro ea recipitur.l.parentes.C.de teſt. Pietatis intuitu matris appellatio pro filio recipitur.l.1.de appell.recip. Nefas eſt, vt oblatis à parentibus Deo filiis, voluntatis fræna relaxentur.ca. addidiſtis.20.q.1.ideóque à monaſterio aut loco vbi parentes eos collocauerūt, abſtrahi non debent. Quod tamen in renuentibus & inuitis locum non habet: nam diſpenſatione apoſtolica tunc ſuccurritur. Iuſiurandum

dum, quod patri, matri, fratri, vel ſorori humanitatis ſubſidium non exhibeant, nõ debet ſeruari: graui tamen pœnitentia iniuncta cap. cũ quidam. de iureiur. Aliquando propter reuerẽtiam maternam à iure diuertitur. l. donationes. §.1. in fin. de donat. Non modica eſt ignominia filij ſi parentem ſeruum habeat, & è conuerſo, ideoque cuiuis eorum permittitur pro altero cauſam liberalem agere. l. 1. & 2. de lib. cauſa. Non magis cùm ipſis quos in poteſtate habemus, quàm illi nobiſcum agere poſſimus, quia natura rei impedimento eſt. l. ne cum filiofam. de furtis. Spectat ad nos iniuria, quæ iis fit qui vel poteſtati noſtræ vel affectui ſubiecti ſunt. l. 1. verſ. ſpectat. de iniuriis. Patri autem non marito ideo permittitur mulierem & adulterum occidere, quod plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis cõſeruandis capit. l. nec in ea. ad legem iul. de adult. de quo s̃. proximo tit. diximus. Succurritur ei qui affectione & periculo paternæ ſubſtantiæ ducente neceſſe habuit vel calumnioſam accuſationem inſtituere. l. qui cum natu. verſ. ſi patris. de bon. lib. Pietas gennina efficit, vt ſine dolo malo filius licet in poteſtate non ſit, à patre retineatur, niſi ſi euidens dolus malus demonſtretur. l. 3. §. ſi eum quis. de lib. ho. exhib. aduerſus parentes ſiue patronos doli exceptio, ne alia quidem quæ illorum opinionem apud bonos ſuggillet, competere liberis poteſt, ſed in factum duntaxat. l. 2. §. aduerſus de doli except. multò minus actio de dolo. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.

nec

nec viciſſim teſtimoniũ pro ſuis ferre poſſunt, l.teſtis.de teſt.l.parentes.C.illo tit.c.in literis. eod.tit.in decret.§.in teſtibus.inſt.de teſta.fœdus naturale nihil ſæui criminis inter parentes exiſtimari permittit.l.eum qui probabilem. C. de epiſc. & cler. ratione naturali filius contra parentem in integrum reſtitui non poteſt,cùm ipſius perſonæ proprium ſit, ne quid ſuæ opinioni contrarium ſuſpicetur.l.fin.C.qui & aduer.quos in integ.reſt.Meritis autem magis filij ad paterna obſequia ſunt prouocandi,quàm pactionibus adſtringendi. l.ſi quando. §.1.C.de inof. teſt. vbi pactum inter patrem & filium de futura ſucceſſione non valet. Periniquum eſt, vt contra paternam voluntatem redempti forſan tutoris vel curatoris admittatur arbitriũ. l.ſi pater.C.de ſponſ. Liberi concubinas parentum vxores ducere nõ poſſunt, quia minus religioſam & probabilem rem facere videntur.l. liberi.C.de nupt.Amor autẽ & pietas erga parentes ac filios æqualis eſſe debet,etſi inæqualis ſit eorum poteſtas.l.furioſę.de curat.furioſi. §.cùm autem. inſt.quib.mod.ius pat.pot. §.fin. Auth.de nup.coll.4.§. hæc autẽ. Auth.vt cum. de app. cogn.coll.7. Et par affectionis cauſa in duobus filiis omnẽ fraudis ſuſpicionẽ remouet. l.non ſolũ.de ritu nup. Quinetiam præſumitur pater æquali amore filios ex quacunque vxore ſuſceptos proſequi.l.fi.C.cõm.vtri.iud.l.pater. de ſeru.leg.Patria etiam poteſtas in pietate debet,non in atrocitate conſiſtere.Rarum eſt exẽplum in l.diuus Adrianus.ad leg. Pomp.de par.

Aequalitas pietatis erga parentes ac liberos.

filij

filij ſciant ſe plus iis debere obſequij à quibus ſe meminerint ſacris vinculis exutos. l. 1. C. de offic.Præt. Quantùm ad ſecundum membrum gnoſeos de continuatione dominij attinet, ſciēdum eſt liberos etiam viuo patre quodammodò rerum paternarum dominos cenſeri.l.in ſuis. de liber.& poſth.l.1.§.ſi impubere.de coll. bo.l.1.§.largius.de ſucc.edict.l.fi. de ſuis & leg. Nam quæ noſtra ſunt liberis vel conſanguinitate proximis communi naturæ voto paramus. l.nihil.de bon.liber.non tamen eadem ratione. l. ſcripto.in fi. vnde lib. l.vlt.de bon.lib.l.fi.§.1. C.de cur.fur.Nō enim debet pater alienas ſucceſſiones ſuis anteponere. l.cùm acutiſſimi. C. de fideic.Et èconuerſo parentib.liberi.§.1.inſt. ad S.C.Tertyll.l. nam etſi parentibus. de inoff. teſt.l.pater qui caſtrenſi.de caſtr. pec.can.fi.17. q.4. Facit pulcher textus in l.vn. C.de his qui ante aper.tab.§.ſi quis.Authent.de her.& falc. §. 1. Authent. de triente & ſemiſſe.coll.4.Non enim oportet diminui ſpem liberorum, quam ſibi obſequis parentum ipſi parant. l. nec ei. §. vlt. de adopt. Nam prohibet lex filios debita ſucceſſione parentum priuari, ne dicatur pater repentè morientium, ſed viuere valentium. §. prohibemus. Authent.de triente & ſem.coll.3. Quod tamen aliquando fit à patribus delinimentis nouercalibus imbutis. l. non eſt enim. de inoff. teſta. res autem eſt caſtitatis plena & bonis moribus congrua, vt quod eis parentes ſponte non ſeruant, hoc poſteà per legem iis qui à parentibus ſunt læſi ſeruetur. §.fi. Auth.

De continuatione dominii.

neq

neque virum quod ex dote. coll.8. Largius datur tempus parentibus liberíſque ad petẽdam bonorum poſſeſſionem quàm aliis,quia ipſi penè ad bona propria veniunt. l. 1. §. largius. de ſucc.edicto. Nemini adimatur licẽtia ſibi quodammodo per liberos proprium patrimonium acquirendi.l.iubemus.C. de nat. lib. Nec filius poteſt vſucapere pro herede rem paternã, quia naturalem poſſeſſionem viuo patre in ipſius bonis habebat.l.2.§.vlt. pro herede. Vnde immiſcere,non adire,& abſtinere, non repudiare dicuntur.gloſſ.in rub. de acq. her. Sed præmaturum eſſet eos interim, id eſt, viuente patre, ex ipſius bonis præter victum aliquid petere: nam donec pater viuit nõ debetur filiis legitima, ſed quaſi ſub conditione iuxta l. conditionales.54.de ver.ſig.facit §.ſui.inſt.de her. qual. & diff.Pater autem reſtitutus in integrum poſt deportationem officium ſuum nulla prauitate corruptum liberis præbeat,vt eorũ bona tueatur & augeat, niſi & ipſe adminiſtrationis ſit omnino incapax. l. in quæſtione. §.minores.C. de ſent.paſſ.& reſt.Cæterum ſi ad hiſtorias antiq.aduertamus, Antoninus Pius Imp.hereditates eorum,qui filios habebant repudiauit,vt refert Iul.Capitol.in Anto.cui ſuffragatur elegãns Auguſtini decretum in illo famoſo can. quicunque vult. Veruntamen ſciendum eſt in his quæ ad ius publicum pertinent filios pro extraneis haberi.l.nam quod ad Treb. l.in priuatis.& l.ſeq.de iudic.cap.ſi.eod.tit.in 6.Veluti patronus poteſt nominare filium. l. illud. & l. *Exceptiones.*

ſeq

ſequ. quod cuiuſque vniuer. non enim ibi ratio habetur patriæ poteſtatis.l.filiusfam.de his qui ſunt ſui.Iſtud etiam Valerius confirmat exemplo Q.FabijMaximi ſatis vulgari dicens:Publica inſtituta priuata pietate potiora eſſe. Sed nec conſideratur vis ac poteſtas parentum quo ad caſtrenſe peculium.l.2.de pecul. l.2.de cont. emptio.Diſciplina quippe caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum. l.poſtliminium.§.filius. de capt.& poſtl. reuer.Nec etiam delictum parentum liberis nocet.l.crimen.de pœn. Nam quæſita dignitas liberis propter patris crimen auferri non poteſt. l.generali.§.fi.& ibi gl.de rit.nupt. licet liberis aduerſus parentes, aut libertis contra patronum interdictum, vnde vi. non competat, tamen ſi vis eſt armata, tenet.l.1.§. interdictum hoc. de vi & vi arm. Item cuiuſdam miſerationis prætextus mouere nos non debet: quia in multis caſibus ſcilicet in atrocioribus (etiam ſecundum diuinum iudicium) filij pro patribus temporaliter puniuntur, & iuxta canonicas ſanctiones quandoque fertur vltio non ſolùm in authores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum. c.vergentis.de hær.c.2.§.fi.eo.ti. in 6.Vide hac de re quæ attigi s.in tit.de ſuo& alieno. c.5. Licet in dubio conſideratio eſſe debeat voluntatis paternæ,vbi non voluntas,ſed euentus mortis cauſa fuerit.c.fin.de his qui fil. occid. Item quod dicitur patrem non recipi in cauſa filij, nec è conuerſo, in contractibus & criminalibus cauſis verum eſt: at in ſpirituali-

bus

bus ſecus. Exemplum in matrimonio contrahendo vel diſiungendo. can.videtur.35.q.6.c.3. qui matr.acc.poſſ.In his enim anima patris diuerſa eſt ab anima filij.iuxta Ezechiel.nec enim culpa vnius alteri imputatur. can.quæris à me. de conſec.diſt.4.Neque etiam requiritur patris aſſenſus, cùm circa ea ſe intromittere non habeat, exemplum in beneficialibus cauſis. c.fi.de iudic.in 6. Et in ſepultura. c.licet. & ibi not.de ſep. in 6. Item non ſemper oſculatur filium pater, ſed quandoque diligendo caſtigat, & tunc pietatem exercet.can.non oſculatur.5.q.5. Poteſt enim pater caſtigare filium. Et ſi contigerit ſeuerius caſtigari debere, præſes prouinciæ aditus eam pœnam infliget, quam pater voluerit.l.3.& 4.C.de pat.poteſt. Poteſt etiam mater accuſare filium ſibi inſidiantem, ſi pietas & naturalis ratio animi ſui non remoueat intentionem.l.propter.Cod.qui accuſ.non poſ.Pulchra redditur ratio: Cùm homo in ſeipſo ab eo qui genuit eum, alter eſt effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione non tenetur obnoxius.c.1. de pœn. Vndecunque naſcantur filij, ſi vitia parentum non ſectentur, honeſti & ſalui erunt: nam hominis ſemen ex qualicunque procedat, Dei creatura eſt, & eo malè vtentibus malè erit, non ipſum aliquando malum erit: nec eſt quis aut de virtute parentum, aut vitio laudandus, ſeu vituperandus. can.vndecunque.& aliis per totam diſtinctio. 56. Sed à filiis paterna vitia quoad fieri poteſt, remouenda ſunt. capite niſi cum pridem.de renunciat. capit.literas. de filiis

Diſtinctiones. filiis presbyt. Item traditur diſtinctio inter parentes & liberos quoad alimenta. l. ſi quis a liberis. §. ſolent. de liber. agnoſcen. Item non licet patri filiam nuptam à viro abducere, ne benè concordantia matrimonia iure patriȩ poteſtatis turbentur: ita tamen vt ſuadeatur patri ne acerbè in aliis poteſtatem patriam exerceat. l. 1. §. ſi quis filiam. de lib. exhib. Item in iis quæ iuris ſunt ciuilis, pater ſtipulando filio ſibi acquirit: non in iis quæ per factum explicari debent, ſed è contra filius ſemper acquirit patri, vt eleganter in l. quod dicitur. de verb. oblig. Item diſtinguitur, An filij ſint in poteſtate aut emancipati. Primo caſu nullatenus competit actio iniuriarum. Secundo ita demum competit, ſi atrox fuerit iniuria. l. Prætor. §. præterea. de iniu. Non tamen debet pater viliſſimus filij ſui contumeliam ad ſuam vtilitatem metiri. l. ſed ſi vnius. §. ait Prætor. eod. tit. Item cum pater in fraudem filij fideicōmiſſum diſſipat, cogitur ei ſtatim reſtituere, tanquam militi. l. Imperator. ad Treb. Item quoad honores attinet, etiā is qui in alterius poteſtate eſt, filium in poteſtate habere creditur: non tamen in aliis. l. 2. quæ eſt valdè not. de mun. & hon. Atqui non ȩquamus filium patri in honore, ſed prȩponimus in veritate, & ſic tribuimus honorem debitum vt non perdat æquitas meritum. Egregiè in ca. quæritur. 2. q. 7. Quam in rem patris filius author eſſe non poteſt. l. quod dicimus. §. fi. de authorit. tut. cùm tamen pater quiduis pro filio rectè agat. Inuitus filius pro patre remp. ſaluam fore

fore non promittit.l.æſtimationem, verſic. inuitus.de mun.& honor. Diuerſum fortè in patre l.3.§.quod pater.l. honor. §. plebeij. D. illo titulo. Quod ſupra explicaui in titulo de loco. cap.1.

Sciendum eſt autem parentum liberorúmq; nomen vſque ad infinitum protendi. l.1.verſic. generaliter.de legat. præſt. l. liberorum 220.de verbor.ſignif. Filij etiam non debent eſſe deterioris conditionis quàm nepotes. l. ſi viua matre.C.de bo.mat.Item interdum magis expedit filium apud matrem morari, quàm apud patrẽ. l.1.& l.3.§.etiam de liber.exhiben. Item mulieris natura eſt,& maxima cupiditas,vt partus edant. Augeri namque noſtram rempub.multis hominibus & legitimè progenitis frequentari expedit.l.2. C.de ind.vid.toll. Et publicè intereſt partus non ſubiici, vt ordinum dignitas familiarúmque ſalua ſit. l. pr.·§.quamuis.de ventre inſpiciend.

CAP. II.

PAter tenetur alere filium:ſed & paternę reuerentiæ congruit egenti fortè patri officio iudicis à filio alimenta præſtari.] l.Imperator.ad Trebel.l.fin. C. de alendis lib.ac parent.l.filia.C.de patria pot.l.2. C. de infantibus expo. Vnde liberos à parentibus ali neceſſe eſt, non propter hereditatem quæ ipſis obuenerit, ſed propter ipſam naturã & leges, quæ & à parentibus alendos eſſe liberos imperauerunt, & ab ipſis liberis parentes, ſi inopia ex vtraq; parte vertitur.l.final.§.ipſum autem. C.de bo.quæ *Ratio primi membri regulæ.*

Paraphraſes regulæ liberis.l.vn.§.taceat.C.de rei vx. act. Paternum eſt officium dotem vel ante nuptias donationẽ pro ſua dare progenie, quæ alimentorum loco ſuccedit. l.final. C. de dot. prom. Parentes debent theſaurizare filiis, non delitiis faſtidioſis eorum ſubſtantiam abſorbere cap.1. de cenſi.in extra.commun. Non autem tenentur viciſſim filij theſaurizare parentibus.can.prędicator 16. quæſt.1.cap.cùm apoſtolus. de cenſib. *Ampliationes.* Quinimmò quamuis ſit illegitima ſoboles, vterque liberis ſuis ſecundùm quod eius competunt facultates neceſſaria ſubminiſtrare debet. Auth. licet.C.de nat.lib. cap.cum haberet. de eo qui duxit in matrim. Non decet epiſcopum clericos ſine manifeſta & rationabili cauſa beneficiis ſuis ſpoliare, quibus tenetur paterna prouiſione conſulere, cap. conquerente. de reſtit. ſpol. Si quis autem ſub prætextu religionis filios non aluerit, aut neceſſaria non ſuppeditauerit, anathematizatur ex concilio Gangrenſi in can.ſi quis reliquerit.diſt.30.

ſecundi mẽbri expoſitio. Quoad ſecundum membrum gnoſeos ſiue regulæ, parẽtum neceſſitatibus liberos ſuccurrere æquum eſt: quod de omnibus parentibus egenis intelligitur.l.pr.C.de alendis liberis.l. ſi quis à liberis.§.vel ſi parẽs.de lib.agn. Nam ex liberalitate priùs debent paſci parentes, quàm alij. can. cæterum. diſt. 86. Imò & victus cauſa in paupertate extrema pater olim vendere poterat filium.l.2. C.de patribus qui filios diſtrax. Quod quia à Chriſtiana pietate penitus abhorret, antiquatum eſt. Quando vniuerſæ faculta-

tes

tes patris filio applicantur,ab eo ali debet,Authent.inceſtas.C.de inceſtis & inut. nupt. Attamẽ mater non tenetur alere filium, ſed ſi pietate materna id fecerit,non repetet l.alimenta. C.de negot.geſt. niſi pater minùs ſit idoneus: nam quemadmodum locupletes filij matrem alere coguntur egentem, ita iuſtum eſt,& à matre filios patre minùs idoneo paſci. Quod ampliùs declaratur in l.pr.& Auth.ſeq. C. Diuortio facto apud quem liberi. Solon item edixit, filium patri neceſſaria vitæ ſubſidia non debere,à quo nullam artẽ accepiſſet,vt inquit Diogenes Laërtius in Solone. De hac regula vide latiùs Laureotum in tit.de regulis iuris,axiom. 83.& Medicæum reg.9. *Exceptiones.*

CAP. III.

VIs ſanguinis ſæpe excuſat.] l.pr.in fine.de lib.cauſa.l.cum ſeruus. Mandati.l.2. C. de infan.expo.l.quidã cùm filium.de her.inſt. Quod nõ ſolùm de parentib.ac liberis,ſed & de ipſis agnatis,cognatis,affinib.& propinquis intelligitur,nã de illis ſ.iã ſatis actum fuit.Itaque qui ſuorũ maxime propinquoru & domeſticorũ curã nõ habet,fidẽ negauit,& infideli eſt deterior can. ſicut hi in fine diſt. 47. illi etiam apud quos adfinis vel cognatus latro cõſeruatus eſt, neq; abſoluẽdi,neq; admodũ puniẽdi ſunt. l. 2. de recepta.Et è cõtra ſanguinis proximitas pro eo dolum interdum arguit.l.de tutela. C. de in int.reſtit. Neque veriſimile eſt coniunctum ſanguini defuncti eius valetudinem ignorare.l. pen.Vnde legitimi.Melius eſt,vt ipſe ſubuenias *Paraphra. reg. multis authoritatib.ſuffulte*

tuis conſanguineis aut adfinibus,quibus pudor eſt, ab aliis ſumptum depoſcere, non tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo, quòd tu plus potes inopibus conferre can. non eſt probanda diſt.86.Propinquitatis, familiaritatis ac dominationis affectio veritatem impedit, ne recipiãtur ad teſtimonium.l.teſtis idoneus. l. Iulianus.de teſtib.l.parentes.C. illo tit. cap.in literis eod.tit.in decret.can.accuſatores.3. qu.5.Quod quidem latè cum ampliationibus & reſtrictionibus exponitur per Socinum in reg.506. Veriſimile non eſt,vt quis in fratrem graue mendacium profiteatur cap.literas. de præſump. Humanitatis & religionis ratio nõ patitur, vt aduerſus ſororem vel filios ſororis actionum neceſſitas tutelæ occaſione mihi incumbat. l. humanitatis.C.de excu.tut. Naturale fœdus conſanguinitatis inter tales perſonas nihil permittir ſæui criminis ſuſpicari cap.cum in iuuentute de præſumpt. Vnuſquiſque autem ſuam genealogiam cùm teſtibus & chartis,tum exercitatione & recitatione maiorum ſcire laborat, ideóque eis notior eſſe præſumitur, can. videtur 35.quæſt.6.cap. 3. Qui matri. accuſare poſſ. Et conſanguineus cenſetur magis ſcire facta ſui coniuncti.l.octaui. Vnde cogna.l.de tutela. C. de in integ. reſt. & multis aliis iuribus quæ allegantur a Petro Duenna reg.125.vbi & regulam iſtam cum ampliationibus & fallentiis declarat. Vide etiam Socinum reg. 98. Notabile eſt illud, quod cùm Darius Perſarum rex cuidã Perſicæ mulieri optionem dediſſet,fratrem,ma

Illuſtria exempla deſumpta ex hiſtoriis.

rit

ritum,aut liberos morti adiudicatos liberandi, fratrem elegit, dicens: Alius maritus, alij liberi poſſunt contingere, at non alius frater defunctis parentibus. Item cùm milites de interficiendo Lucio auunculo Antonij deliberarent; ſoror Lucij ad palatium, vbi ius dicebat Antonius filius grandi turma militum circundatus acceſſit, eíque talia protulit: Cùm eadem ſit pœna conſtituta iis qui proſcriptos occultarent, ac iiſmet proſcriptis, ego huc acceſſi, vt me pariter cum fratre meo iubeas trucidari, quem domi meæ tenui ſæpe occultatum. Cui reſpóndit Antonius: fungeris tu quidem officio piæ ſororis, non autem iuſtæ matris. App. Alex. lib. 4. de bello ciuil. cap. 6. In ſumma, coniunctio eam vim habet, vt eius cauſa à regulis iuris communis recedatur, ſicuti tractat Medicæus reg. pr.

In Tit. de Dominio, Bonis, Acquiſitione, & Amiſſione,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

EXplicitis iis quæ ad ſubſtãtiæ conſeruationem, & mutuam viciſſitudinem circa perſonas neceſſariò requiruntur, nunc reſtat videre de iis, quæ ad rerum continuam ſtabilitatem, & ipſarum confuſionem euitandam ſcitu ſunt neceſſaria. Præcipua autem in his eſt cauſa dominij: parum enim eſſet res omnes ad humanæ vitæ vſum eſſe creatas, niſi certa dominia diſtinguerentur, quidque meum Cõtinuatio. In rebus præcipua cauſa eſt Dominiu.

& tuum ſit, facile diiudicari poſſet, quemadmodũ *Differentia inter dominium & bona.* *j. in primo cap. huius tituli latiùs oſtẽdemus. Magna ſanè eſt differentia inter dominium & bona, vt ex Lorioto in tit. de reg. iuris, axio. 112. & ſubſeq. cap. in hoc titulo colligere licet. Dominium enim eſt generale nomen, bona verò, ſpeciale. Sed quia hæc ad Etymologos potiùs quàm ad Gnoſeon expoſitores pertinent, ideò conſultò relinquentur.* *De acquiſitione & amiſſione.* *Cæterùm dominium ſeu quæuis alia res acquiritur, retinetur, & amittitur multis modis, eáque ratione interdicta acquirendæ, retinendæ, & amittendæ poſſeſſionis à Iuriſconſultis iam pridem introducta fuerunt, quæ Iuſtinianus Imperator ſatis explicat in tit. de interdict. in inſtit. Et hi quidem modi paucis ediſſeri nequeunt. Poſtquam verò de dominio in genere & bonis tractauerimus, de iis ſigillatim & ſuo ordine dicemus, cùm ſemper præpoſitis generalibus ſpecialia exhibere & enarrare neceſſe ſit.*

De Dominio, Bonis, Acquiſitione, & Amiſſione, Tit. vij.

CAP. I.

Ratio. DOminia rerum in incerto eſſe non debẽt, ſed quorundam propria.] l. pr. de vſucap. l. vlt. Pro ſuo. toto tit. de acq. rer. dom. & de rer. diui. in inſt. Cauendum enim eſt, ne vaga ſit confuſio omnium rerum, ſicque earum cura abiecta facilis poſteà ſequatur interitus, vt notat Theophilus in prin. tit. de vſucap. in inſt.

Quam

Quamobrem introductæ ſunt vſucapiones. §.1. inſt.eod. tit.nam poſſeſſores alicuius rei nõ debent perpetuò illius timore diſtringi.l.cum notiſſimi.C.de præſcript. 30. vel 40. ann. §. quod autem inſt.de vſucap.Neque etiam admitti debet diu inutilem eſſe proprietatem. §.ne autem inſt.de vſufructu. Quia dum verebitur poſſeſſor ne verus dominus rem ſibi auferat,illius curam abiiciet, & pro derelicto habebit, ſicuti Theophilus eodem loco ſcribit.

At verò ſi priuatim quæ nobis ſufficiãt, poſſidemus,non ſunt illa noſtra,ſed pauperũ: quorum procurationem quod commodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vindicamus, vt eleganter dicitur in can. quod autem 23.quæſt. 7. Quod de eccleſiaſticis perſonis intelligitur: ſed & ad alios Chriſtiana ratione conuerti poteſt. Multas de dominio ſubregulas ponunt Azo rub.40. & Rub.8. Soc. reg. 132. 133. 134. Dias reg. 206.207.Duenna reg. 210.211.quas quiſque vt otij conditio feret, videre poterit. *Intellectus regulæ.*

CAP. II.

Qvod meum eſt,ampliùs meum fieri,vel mihi ſeruire,tanquam alienum, non poteſt.] l. neque 46. l. non vt ex pluribus 120. de de reg. iũris.§.ſed ſi rem inſt.de legatis. §. ſic itaque inſt.de actio.l.& an eadem. §.actiones de except.rei iudic.Ratio eſt.nam perfectæ acquiſitioni,quale eſt dominiũ,nihil addi poteſt.l.1.§. qui in perpetuũ. Si ager vectig.pet.Arg. l.2.C. de vind.lib.Huic ſimile eſt quod dicitur: Licet *Ratio.*

poſſeſſio ex pluribus cauſis acquiratur, dominium tamen ex vna cauſa tantummodò quæri. l.3.§.ex pluribus.de acq.poſſ. Et ideo res quę per dominium ſemel noſtra eſt, neque ſtipulatione, neque emptione, neque vſucapione ſine aliis modis noſtra fiesi adhuc poteſt. l. nemo rem ſuam.de verb.obl.l. ſuæ rei. de cont. emp.l. 4.§. lana.& ibi Glo.de vſucap.l.in bello.§.ſi quis ſeruum.de cap.& poſt. reuer. imò nec locare, nec in depoſitum, vel precariò habere rem meam poſſum, nec in ea ſeruitutem conſtituere d.l. neque pignus. & l. in re communi.de ſeru.vrb. præd.facit l.debitor.de pig.act.l. vti frui. Si vſusfr.petat.l.quicquid Commun. præd.l.heres. §.ſeruo.de fideiuſſ. inde natum eſt illud: *Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.* Nam id neque in bonis eſt, nec extra bona.l.pr.de vſu & vſufr.leg.

Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata.

Verùm proculdubio ſi dominium iure ſpeciali, aut ex cauſa dubitabili, aut ex acquiſitione imperfecta nactus ſum, illud adhuc confirmare poſſum.l.ſi quis mihi.§.ſed quid. & ibi gl. de acquirend. hered. cap. poſt electionem. de conceſſ.pręb.Bartolus in l.idémque in fin.prin. Qui pot.in pign. Item eadem non poſſunt pariter confirmari & donari.ſunt enim quodammodo contraria:quia quod meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poteſt, niſi deſierit eſſe meum. l.exiſtimo.de verb.oblig. cap. inter dilectos.in fine.de fide inſtr. Item aliquando ex re mea vel occaſione rei meę vel meo nomine perceptum, mihi reſtituendum eſt.l.ſi pupilli.§. Item quæritur.de negotiis geſt. l.qui mihi.l.qui proprio.

§.vt

§.vt incertis,de dona.l.ſi in re.de noxal.action. l.2.& 3.ibique valde notant Doctores.C.ſi certum pet.l.etiam.C.de don.inter vir.& vx. §.interdicimus.Auth.de eccl.tit. Interdum tamen non reſtituitur. l.ſi verò.ſolut.matri.l.ſolus.de hered. vel act. vend. l.vlt.§.ſed cum.C.de furt. & ſeruo corrup. Quod quidem latiùs explicat & diſtinguit Azo in Rub.59.

CAP. III.

DVo in ſolidum eiuſdem rei domini eſſe nō poſſunt.] l. quod contra.184.§.vl.de reg. iuris. l.ſi vt certo.§.vlt.commodati.l.1.§.1. de ſeruo corrupt.l.hereditate. §. pater. de caſt. pecul. Hinc eſt etiam, quòd duo ſimul eandem rem & eodem modo in ſolidum poſſidere non poſſunt. Quod intelligitur corporaliter, nam, vt philoſophi dicunt,nō datur penetratio corporum, & contra naturam eſt, vt cum ego aliquid teneam,id quoque teneas perfectè & in ſolidum. cap.licet cauſam.de probat. Veruntamen duo ſimul poſſidere poſſunt diuerſis modis: nam in poſſeſſionis aut verò obligationis cauſa, conſequens non eſt, vt non ſit alij obligatum, quod hic probauit ſibi teneri. l. clam poſſidere.de adq.poſſeſſ. Eleganter in l.penult. §.Latinus Largus. de excep.rei iud.Item duobus in ſolidum vſusfructus legatur.l.duo ſeparatim.de vſu & vſufr.leg.multæ item aliæ ſunt exceptiones iſtius regulæ quæ traduntur à Socyno in reg.135. Item fictione aut retrotractione videntur fuiſſe duo eiuſdem ſerui domini in ſolidū,vt notatur in d.l.hereditate.§.pater. *Intellectus regulæ.*

CAP

CAP. IIII.

Res in bonis intelligitur, quando poſſidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandum, ſiue petendum actionem habemus.] l.bonorum.49.de verb.ſig. l.rem in bonis. de acquirend.rerum dominio. Proprium enim cuiuſque eſſe dicitur, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. l.§.1. dies autē iſtos. Quando appell.ſit. Hinc fit vt frequenter in iure meum & mihi debitum confundantur. Ea námque omnia in bonis eſſe dicuntur. l. metum.§.licet. quod metus cauſa. l.ſolum.§.fin.de rei vendic.l.ſi partem.quemad. ſer.amit.l. fundum. §. 1. de euict. l.repetitio.de cond.indeb. Et cepiſſe dicimur ſeu acquiſiuiſſe, pro quo actionem vel exceptionem habemus. Ille verò qui exceptione ſummoueri poteſt, aut conueniri, cœpiſſe, aut in bonis habere non dicitur. l.ſi quis obligatione 116. l. quod euincitur. 151. l. qui actionem. 15. de regul. iuris. l. aliud eſt. 79. de verb. ſignif. l. penult. & fin. C.de except. Tametſi propriè loquendo, nomine eius quod meum eſt, mihi debitum, vel ad quod actionem habeo non contineatur, quia vindicare non poſſum. l. Quintus Mutius. §. 1. & ibi tractant doctores de auro & arg.legat.& propriè in bonis ſunt, quæ à nobis poſſidentur. d.l.bonorum.§.in bonis. Minus eſt enim actionem habere quàm rem. l. minus.205.l.nihil.113. de regul. iuris. Sed & non tantùm quod in bonis eſt, id eſt, quod poſſidemus, ſed quod ex bonis, id eſt, ex ſubſtātia mea procedit, meum eſſe dici

Ratio.

Exceptiões

dici poteſt,quoad effectum.l.2.§.in hac actione vi bonorum raptor. Item rem dicimur habere, quã duntaxat detinemus.l.ſtipulatio iſta.§. habere.de ver.ob.l.officium.§.fi.de rei vend.Nam aliquæ ſunt res ex bonis.i.quę neq; ſunt in bonis,neque extra bona.l.1.de vſuf.leg.Theophil. not.in §.fi.inſt.vi bo.ra.quod intelligitur ratione emolumẽti aut dãni, quod nos contingit,vt ſ.diximus.Non prius tamẽ deſinit eſſe in bonis quàm fuerit à noſtris ſeparatũ.l.2.de poll. Item aliquando cadit quis à dominio ſed non ab actione , vt amplè explicat cum multis iurib. & diſtinctionib.Azo rub.40. Hinc etiam alia ducitur ſubregula : *Illud dicitur quis habere, quod ære alieno deducto remanet.* l. ſubſignatum. 39.§. bona. de verb. ſign.l.non amplius.de leg.1. l. in quantitate.§.fi.l.Neſennius.§.1. ad leg.falc.l.in imponendæ.C.illo tit.l.nõ poſſunt.de iure fiſci. l.ea demum.C. de colla. l.& ſine ſcriptura.C.ad Treb.l.fi.§.ſin autem.& ibi gloſſ.C.de bon.quæ lib. vnde cuius debitor ſoluendo non eſt,tantũ habet in bonis, quantum exigere poteſt. l.pretia in fi.pr.ad leg.falcid. Et intelliguntur bona quæ ſolutis debitis & iis, quæ fuerint neceſſariã pro famulis & miniſtris ac incumbentibus oneribus vſque ab nouos reditus ſupportandis congruè reſeruatis, ex ipſis reperta fuerint ſupereſſe.c.fi.de off.ord.in 6. Differentia autẽ eſt magna inter legatum bonorum & rerum : nam in priori deducitur æs alienum : in poſteriori verò non , vt ſubtiliter dicitur in l.multùm intereſt.de vſuf.leg. *Subregulæ*

CAP

CAP. V.

LVcratiua cauſa ab oneroſa multum ſecernitur.] vt notatur in tit. de impo.luc.deſcrip.C.& l.ſi quis legatum.§.fi.ad leg.Cor. de fal.l.is cui ſub conditione. de action. & obl. Non enim par eadémque ratio videtur amittere debita & lucra non capere.l.fi.C.de codicil. Itaque iuris ignorantia non ſuum amittentibus, ſed aliena acquirere volentibus nocet, quemadmodùm dixi ſ.in tit.de ſcient. & igno. ca.3.Pulchra l.at ſi quis.in pr.de relig.& ſump. fu. l. ex promiſſione. de act. & obl. l. vlt. §.etſi præfatam. C. de iure delib. §. his conſequens. Auth.de æqual.dotis. coll.7. Nec pro lucro fouemus mulieres,ſed ne damnũ patiantur,ſuiſq; reb.defraudentur.l.aſſiduis.in fin. C.qui pot.in pig. Actio in factũ reuocatoria datur contra eũ qui ſciens rem à debitore cõparauit, quæ prius poſſeſſa erat à creditore,ſed contra eum qui titulo lucratiuo accepit, ſcientiæ mentione detracta.l.Ignoti.C.de reuoc.iis quæ in fraudem. Succurritur officio Prætoris vel iudicis iis qui perſequendæ rei gratia queruntur, non cùm & lucri faciendi ex alterius damno vel pœna auxilium ſibi impertiri deſiderant. l. ſciendum. l. ſed etſi. §. ait Prætor. ex quib.cauſ.maior.facit expreſſus & elegans textus in l.4.§.ſi cum legitima. & §. ſeq. l. pure. §.ſi eum qui volebat.de doli excep. Iuuant hanc regulam quæ j. quoque hoc tit.ſcripta ſunt.

Ratio. Paraphraſes regulæ textibus cõfirmatæ.

CAP. VI.

QVi gaudet commodis,damna quoque ſentire deb

re debet,& è contra.] l. ſecundum naturam. 10.l.ex qua.192.de reg.iur.cap.qui ſentit.55.cap. rationi. 77. eod. tit. in 6. Nam & hoc maximè naturali æquitati conſentaneum eſt , vt correlatiuorum eadem ſit ratio atque diſciplina, quemadmodum in tit. de ſimilitud.ca.4.tetigi. Regulam noſtram comprobant multa exempla tradita in l.ſicuti.39.l.quo tutela.74.de reg.iur. l.vnic.§.pro ſecundo C.de caduc.tollen. l.cum pater. §. ſurdo. de legat. 2.l.is qui in poteſtate. §. vltim. de legat. præſt. l. ab adminiſtratione. Cod.de legat.l.in iis rebus. §. mancipia. ſoluto matrimonio.l.fin.de litigio.l.fin.in fin.C.de legit. hered. Auth. ſicut. C.de legit.tut.l.2. C.de alluu. cap.1.de cenſib.in clem.cap. fi.diſtinc.74. Hinc eſt quod dicitur,qui lucrum ſentiunt,viciſſim detrimentum patientibus reſarciant.ca. 1.12.q.4. Succedit in onere, qui in honore ſubſtituitur.cap.aduerſus.de imm.eccl. Hæc enim ſunt quaſi cõiugata,aut verò ὁμοιοτέλευτα.Grauari etiam poteſt qui honoratus eſt. l. ſi negotia.de neg.geſt.l.procurator.§.in tributoria. de tribut. §. 1. inſt.de her.qual.& diff.l.filiusfam. §.apud Marcellum. de leg.1. Valet autem iſtud negatiuè ſumptum iuxta vulgarem ſubregulam : *Quem non honoro,grauare non poſſum*,nam qui nihil recipit, non poteſt obligari.l.ſed et ſi. de leg.3.l.in ratione.ad leg.falcid.Notatur in §. vlt.Auth.de non elig.ſecundò nub.coll.1.l.planè.§.fi.de leg.1.l.cum quidam.C.de legat.l.quidam. C. de fideicom. Vnde neminem oportet plus legati nomine præſtare quàm ad eum ex

Ratio.

Paraphraſes regulæ diuerſis ſchematib. illuſtratæ.

hered

hereditate peruenerit: nam ex qua parte heres eſt, tam ipſo iure quam effectu tenetur legatariis. l. 1. §. ſi is qui quadringenta. ad Treb. l. 1. §. qui minorem. vt legat. ſeu fid. nomine cauea. l. ſi. C. ſi appel. pen. mors inter. Nec qui commodum non percipit, pœna S. C. Liboniani tenetur. l. impuberem. ad legem Corn. de falſis. Impium eſt, vt qui res ſuas eccleſiæ non attulerit, ipſi damnum inferat. cap. epiſcopi. de reb. eccle. alien. Nec debet quis damnum ex pœnitentia & alius ex contumacia lucrum reportare. cap. ſi verè. de ſen. excom. Commodè nequeunt beneficiati ad impendendum ſeruitium debitum reſidere in eccleſiis, ſi ex beneficiis nullo fructus percipiunt. cap. 2. de electio. in extra. Alia

Subregulæ eſt ad hanc rem ſubregula: *Res ſemper tranſit cũ onere ſuo.* l. alienatio. de cont. empt. l. traditio. de acq. rer. dom. l. ad eum. §. 1. de donat. l. inter debitorem. de pac. quocircà multa hinc inde iura allegantur à Damaſo reg. 93. atque diſtinctio inter onera rei cohærentia, & perſonæ. Primo caſu tranſeunt vna cum re: ſecundo non, niſi res tranſeat ad priuilegiatum. ca. porro de priuilegiis, vt ſ. tetigi in tit. de perſonis. cap. 1. & j. tit. de ſucceſſ. & ſubrog. c. 2. è conuerſo etiam eſt vulgata ſub regula: *Qui in aliquo oneratur, in alio iuuari debet.* l. eum qui. de iureiur. l. iure. l. dotis fructum. de iure dot. l. ab eo. C. de fideic. l. vn. in fi. C. de his qui ante apert. tab. l. fin. §. ſimiliique modo. C. de bon. quæ lib. l. ſi non fuerint. §. fi. l. ſi igitur pro ſocio. l. apud Iulianum. §. fi. ex quib. cau. in poſſ. eat. can. charitatem. 12. q. 2. can

2.can.de lapſis.16.q.7.Ariſtot.lib.5.Ethic. *Qui plus contulit*,inquit,*in ſocietate,plus lucri habeat.* Qui onus ſenſiſſet,pro ea parte lucrum accipit d.l.vni.§.ſed vt manifeſtetur.C.de cad.toll.l.fi. §.ſed cum in ſecundam.C.de furt. Cùm ſecundùm Apoſtolorum,qui altari ſeruit,ex eo viuere debet,& qui ad onus eligitur, repelli nõ debet à mercede,pater à ſimili,clericos viuere de patrimonio IeſuChriſti debere,cuius obſequio deputantur,vnde vulgò dicitur:*Beneficium datur propter officium.*cap.fi.de reſcrip.in 6.ca.cum ſecundùm apoſtolum de pręb.& dig.cap.nuper. in fin.de decimis. cap. fin. de magiſt. Scriptum eſt enim : *Non alligabis os boni trituranti.* cap. extirpandæ. de præb. & dign. cap.1.verſi.circa tertium.de priuil.in extra. comm. *Dignus quoque eſt mercenarius mercede ſua.*cap.1.de ſepult. vbi ſint conſolationum ſocij qui fuêre paſſionum. teſte Apoſtolo. facit cap. 2. verſ. verùm eod. tit. in Clem. res item in vtilitatem locorũ in quorum fuerint ſolutæ diſpendium,fideliter ſunt conuertendæ. cap. audiuimus de ſimonia. Iis potius ſunt in emphytheoſin concedendæ terræ eccleſiæ,quorum vel parentum ſuorũ labore cõſtiterit extirpatas, niſi fortè poſſint ad maiorem ipſius vtilitatem aliis cum eodem labore & onere conferri.Eleganter in cap.ad aures de reb.eccle.non alie.Sed imò qui onus ſub quo relictum eſt agnoſcit, etiam cogitur relictum ſeu emolumentum percipere, nec repudiare poteſt. Text. ſing.in l.3.iuncta l. ſeq.C.de nat.lib. Rurſus & valet iſtud negatiuè ſumptũ: *Conuerſio regulæ in negatiuam*
Ben

Beneficium non pertinet ad eum qui non gerit officium. §.vn.de vaſallo milite.in vſib. feud. Nam ſi onus tibi à patre iniunctum & ſponte ſuſceptum occaſione qualibet detrectaueris, paterna té reddes ſucceſſione indignum, & hereditatis emolumento priuaberis.cap.licet. de voto & voti redemp.Plinius in Traiano: *Socium*, inquit, *non habet hereditatis, qui nõ habet luctus.* nec eis temporalia exigant, quibus ſpiritualia non miniſtrant.cap.vlt.de parœciis. Fallit autẽ regula noſtra in tribus caſibus ſecundùm Decium in d.l.ſecundùm.num.1.& ſeq. Item fallit reg. Si aliud culpa inducat.l.ſi negotia.de neg. geſt. quod latius declaratur cũ multis iurib. & diſtinctionibus àDamaſo reg.75.Item cauendũ eſt ne propter leue compendium grande diſpẽdium oriatur.cap.qualiter.in 2.de accuſat.Hęc quoque regula cum multis diſtinctionibus ampliationibus & reſtrictionibus declaratur à Prateio in ſuis regulis,& ab Azone rub.45.

Limitationes regulę.

CAP. VII.

QVi ſciens aliquid amittit negligentia, videtur alienare, ſed non qui negligit acquiſitionem.] l.alienationis 28.l.alienatum. 67.de verb.ſig.l.non alienat.162.l.non fraudantur.177.de reg.iur.Facit ad regulam.l.creditor. 119. illo eod.tit.l.2.§. damnum. Ne quid in loco pub.l.ſi ſeruum.§.pen.ad leg.Aquil.Sicut enim quod in dominio noſtro manet, nec adhuc ad alium tranſlatum eſt, alienatum non dicitur (nam alienatio traditionem requirit, licet venditum recte ſine traditione dicatur. d.l.alienatum

Ratio.

tum.& l.traditionibus.C.de pact.) ita quod de dominio noſtro auferri, vt amplius illud repetere non poſſimus, permittimus, id videmur alienare, vt in vſucapione, vel amiſſione per non vſum. Sed vltra ſcientiam requiritur poteſtas impediendi tranſlationem dominij. Nam regulariter vſucapi non poterit id, quod nos prohibemur alienare.l.vbi.de vſucap. Qua de re ĩ.latiùs dicemus in tit. de permiſſo & prohib. Alia eſt ratio regulę: nam alienandi verbum omnem transferendi dominij modum continet.l.vlt.C. de reb.al.non alien. l.ſicut.§.venditionis.quib. mod.pig.vel hypot.l.veteres.de act.empt. Hinc eſt, quòd alienatione prohibita impeditur omne actionum exercitium. l. ait Prætor. de iure del. Species item acquirendi eſt liberare dominum obligatione.l.ſpecies.de accept.vt ibi pulchrè exemplis demonſtratur. Antiqua regula iuris quæ definiuit deteriorem conditionem per ſeruum domino nullo modo fieri poſſe, tũc locum habet, cùm dominus de damno periclitatur, non cum ſibi lucrum per ſeruum acquiri deſiderat.l.fi.C.de acq.poſſ. Acquiſitio quidem patri pro filio quoad caſtrenſe peculium permittitur, non autem diminutio eius peculij. l. ex caſtrenſi. de caſtr.pec. Aliud eſt tamen alienare, aliud alienanti conſentire. l.aliud. 121. de reg. iur. nempe quoad euictionem, & alia quæ ibi not. à Doct. Satis eſt autem durum propter difficultates conſeruandi dominij, quod ſemel poſſeſſum eſt ſtatim amittere. can. propoſuiſti. diſtin.82. Ideóque contra veterum iuris autho-

Alia ratio

paraphraſ. 1.memb. regulę iurib. exornatæ.

Except.& intellectus

rum ſententiam Iuſtinianus Imp. ſtatuit vſumfructum non niſi longo tempore non vtendo amitti. l. corruptionem. C. de vſufru. Non item intelligitur amiſſum quod ablatum alteri non eſt. l. nec vtilem. ex quibus cauſis maiores.

Expoſitio 2. membri regulæ. Veniamus nunc ad ſecundum membrum iſtius gnoſeos: Si acquiſitionem rei, quæ alioqui certa erat, neglexero, non videor propterea alienare. l. ſi. ver. non enim. C. de cod. l. quod autem. quæ in frau. cre. l. item ſi res. §. 1. de alien. iu. mu. cau. l. nemo ex ſociis. §. ſi. pro ſoc. l. ſi ſponſus. §. ſi donationis. ver. ſi maritus heres. de don. inter vir. & vx. l. 1. §. vtrum. ſi quid in frau. patr. Vnde non videtur damnum ei fieri, qui lucro quo vtebatur prohibetur, vt eleganter not. in l. Proculus. de damn. infect. Atque ibi gl. multis verbis hanc regulam declarat. Nam dicitur damnum quaſi ademptio, id eſt, diminutio proprij patrimonij. l. 3. illo tit. Actio de aqua pluuia arcenda locum habet, ſi aqua noceat: non autem ſi non proſit. l. 1. §. ſicut autem. de aqua plu. arc. Nec videtur in fraudem fiſci factum quod acquiſitum non eſt. l. cum quidam. de iure fiſc. *Limitatio.* At proculdubio ſi quis id agat, vt non acquirat, ſibiipſi inſidiari videtur, atque ideò in collationem non venit. l. 1. §. ſi is qui bona. de col. bono. Item ſi quis dolo malo vel lata culpa neglexerit acquiſitionem, tenetur: ſi minus, non tenetur, vt eleganter traditur in l. 2. §. ſed & ſi quid. de hęr. vel act. ven. Alia quoque eſt exceptio in l. & ſine. ex quib. cau. maior. vbi amiſſum dicitur, ſiue quis amiſerit, ſiue lucratus non ſit, cùm non po

tuer

tuerit abſentiæ cauſa, ex qua reſtituitur, licet nihil ipſe ex bonis ſuis amiſerit. Cuius rei enodatio ex ipſo textu eruitur. Fallit etiam regula, quando in detrimentum pupilli vergit. Nam tunc repudiatio ſapit alienationem. l. magis puto. §. ſi pupillus. de reb. eo. Et tutor non tantùm de dolo, ſed de lata & leui culpa, ſi quid amiſerit, aut, cùm poſſet, non acquiſierit, tenetur. l. quicquid. C. arb. tut.

in Tit. de Factis, Scriptura, & Interpretatione,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Vlgatum eſt in iure, rem noſtram ſine facto noſtro ad aliam transferri non poſſe, atque ideò præcedenti titulo de Dominio & bonis non ineptè hunc titulum ſubiecimus. Quicquid enim circa res mortalium geritur, aut dictis, aut factis, aut ſcriptura explicatur. Aliter ſane nulla eſſet humanæ vitæ compoſitionis harmonia, nulla ſocietas, nihil denique inter homines adeò ſtabile foret, quin rerum viciſſitudo, voluntatum mutatio, ac longorum temporum obliuio labefactaret atque perderet. Sed quoniam de dictis, id eſt verbis abundè iam diximus, in tit. de voluntate & verbis, nunc vel imprudentibus obuiam eunt facta. Quæ quidem omnia naturalia eſſe cenſet Loriotus in titul. de iure eiuſq́; ſpecie. axiom. 13. cum ſeq. Verùm profectò, pace tanti viri ſalua, facta eius conditionis eſſe arbitror, cuius ſunt ea quibus ap- Cōtinuatio. Facta omnia natura lia cenſet Loriotus. Explicatio eius opin.

plicantur: vt ſi ciuilia ſint, ciuilem, ſi naturalia naturalem conditionem atque habitum ſequantur, & ſic de reliq. diuiſionum particulis. Egent autem plerumque ſcripto ac vera interpretatione: nam etiam ſi, vt prædiximus in tit. de memoria, Plato litteras & ſcripturas à Rep. profligandas innuerit, tamen quia viſæ ſunt, tum ad iuuandam memoriam, tùm ad poſteritati tradendam, quam maximè neceſſariæ & vtiles, idcircò nihil aut raro ſine iis agi poſſe voluerunt. Quinimò apud nos multis in cauſis de ſubſtantia aut forma eſſentiali requiruntur, vt tradunt Doct. in l. 1. C. de iur. emphyt. & ĩ. hoc quoque tit. tractabimus. Ea demùm aliquando, quæ aguntur, aut ſcribuntur, adeò ſunt obſcura, & à cuiuſuis intellectus capacitate ſemota, vt niſi fideli interpretatione ſenſibus noſtris ſubiiciantur, in profundum cæcitatis baratrum quotidie ſubmergeremur. Porrò interpretatio, quæ intellectus appellatur, in latam, plenam & pleniſſimam diuiditur. Quæ ſingula quid ſignificent, & in quibus locum habeant, poſthàc diſcutiemus.

De Scriptura. Vtilitas literarum. Neceſſitas. De interpretatione. Interpretationis diuiſiones.

De Factis, Scriptura, & Interpretatione, Tit. viij.

CAP. I.

FActa dictis præferuntur.] l. ſi tamen. §. 1. de ædil. ed. c. vn. qui ſint rebel. in extrauag. c. dilecti. & ibi glo. de appel. c. apoſtolicæ. de don. Sunt enim nobiliora & frequentiora, cùm plura longè ſint negotia quàm vocabula. l. 4. de præſcr. ver. §. fi. Inſt. de grad. cog. Licet commodiſſi

Ratio.

diſſimum ſit ſingulas res ſingulis appellationibus diſtingui. §. ſed quia. inſt. quemad. teſt. infir. Quædam aggrauant delictum, quæ audientib. denuntiando repræſentari non poſſunt, ita vt veritas rei ſe habet, cùm tamen ipſi perpeſſo & videntibus manifeſta iniuria appàruerit, vt eleganter Claudius iuriſc. annotat ex authoritate Demoſthenis in l. aut facta de pœ. Domicilium re & facto transfertur, non nuda proteſtatione l. domicilium. ad munic. Peregrinum eſt exemplum huius regul. in can. viduas. 2. 27. q. 1. vbi vidua quæ ſemel ſponte velamen ſuſcepit, licet ſacramento confirmet, ea ratione ſibi velamen impoſuiſſe, vt iterum poſſet deponere, ſanctimoniæ habitum vlteriùs ſemper habere debet. Propinquitas ſanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur, ſed ſolo facto, vt pulchrè edocetur in can. lex diuinæ. 27. quæ. 2. In malis autem quòd ipſi facimus, eo quòd fieri ſinimus, nobis damnabilius eſt. can. primum. in fi. 22. q. 2. Nemo rectè monitoris perſonam ſuſtinet, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrat. can. nemo. diſt. 81. Præponitur doctrina ſilentio, ſollicitudo contemplationi, labor quieti. Ad quod vtique deſignandum vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus non de Rachaele ſecundùm carnem natus eſt, ſed de Lia, nec legitur eum in domũ ſuam Maria recepiſſe, ſed Martha. c. licet quibuſdam. de reg. & tranſ. ad rel. At verò præcipitur in Euangelio, *Quæcunque dixerint, facite: ſecundùm opera eorum nolite facere*, vt demon-

explic. reg. per diuerſ. themata.

intellectus regulæ.

 ſtret

ſtretur ſemper bonæ ſuaſioni facta accommodanda.can.ſignificaſtis.1.q.1.

CAP. II.

Acta vbique & inter quoſcunque ſeipſa probant.] l.vlt. C. de re iud. cap.cauſam quæ.de prob.l.inſulam (quę nũquam prius ad hoc allegata eſt) de verb.obl. c.quod Dei timorem.de ſtatu mon. Vnde quæſtio facti nulla iuris cõſtitutione decidi poteſt.l.mora.de vſur. l.pen.de prob.l.Seiæ.§.vlt.de fun.inſtr.l.2.§.fin. de don.l.vlt.ad leg.Fla. de plag. Conſiſtit verò in poteſtate iudicantis, non quæſtio iuris. l.ordine.ad mun.l.1.§.1.ad S.C.Turp.Nam & Sulpitius cùm de facto quæreretur, ad Ciceronem ſemper remittebat,vt inquit Cic.in Top. Vide Ariſt.lib.1.rhet. Plutarch.refert de Publio Coſta Iuriſconſulto,qui cùm in quadam cauſa teſtis productus & interrogatus ſe nihil ſcire reſpondiſſet, Ciceronem dixiſſe: Tu forte te de iure interrogatum credidiſti. Sciendum eſt autem circa hanc regu.quid a quo ſit factum non requiri,dum tamen ſit factum, modò is qui fęcit eam habuerit poteſtatem. l.1. §.2. de cal. l.3. C.de inſt.& ſub.l.prætor.de iud.Quod amplius explicat Azo Rubr.59. Licet aliquando debeat impleri factum forma ſpecifica,nec ab aliis expectari. l.ſi quis ex argentariis.§.prætor.de ed. vt latius declarat idem Azo multis iuribus allegatis rubr.69.Multas etiam ſubregulas de factis congeſſit in rub.10.& 98.Item Riſuicius & Donatus fin.lib.5.

Paraphra. reg. multis iur.probatę

Facetum et ridiculum apophthegma.

Intelle.reg.

CAP

CAP. III.

FActa infecta fieri non poſſunt.] l. vtrum. 32.de regul.iur. l.in bello.§.factæ. de capt.& poſtl. reuer. Sicut è contra quod non eſt factum, non poteſt videri factum. l. bouem. §. ſi ſub conditione.de ædil.edi. l.Celſus.de recept. arb.l.1.§.ſi vir vxor.de acq.poſſ.§.1. Auth.de æqual. dot. col. 7. Sciendum eſt tamen legumlatores aliquando facta contra leges pro infectis habere,ſc.quoad iuris effectum.c.quę contra.64.de reg.iu.in 6.d.§.factę.&l.non dubium. C.de legib.Item propter cõtemptum.§.1.Auth. de def.ci.col.3. Item factum cõtinet etiam non factum.l.2.in prin.& §.item ſi facto.de ver.obl. Vide circa hanc regul. multa iura adducentem cum ampliationibus & limitationibus Damaſ. in reg.87. Item aliquando leges, ita fingunt,vt non factum pro facto habeatur, & contra, quemadmodum lex Cornelia, & multæ aliæ,ſicuti latè cum diſtinctionibus & iuribus declaratur per Azo.rub.19. *Limit. reg.*

CAP. IIII.

MVlta prohibentur fieri, quæ iam facta tolerantur.] l.patre furioſo.de his qui ſunt ſui.l.1.§.quamuis autem.de poſtul.l.fauor. de ſpon. l.Sabinus.com.diuid. l.heres.de vſufr. leg.l.1.§.biduum.quan.app.ſit. l.relegatorum.§. ad tempus.de interd.& rel. l.vlt. de rit.nup.c.ſi vir.diſt.23. c.ad Apoſtolicam.de reg. c.2.de ver. ſign.c.nec illud.30.q.5. c.poſt ſuſceptum.& ſeq. 30.q.3.c.vn.in fin.de voto & voti red.in 6. c.vn. eod.tit.in extrauag.

explanatio reg. per varia exemp. Quò fit, vt faciliùs toleretur ius quæſitũ, quàm acquirendum.l.2.§.ex his.l.pluribus.§.vltim.de ver.ob.l.vt pomum. §.1.de ſeruit. Quemadmodum ex diuerſo faciens impeditur ius competiturum,quàm extinguatur acquiſitum.l.Papinianus.§.ſi conditioni.& ibi gl.de inof.teſtam. Multa etiam contrahendum matrimonium impediunt, quæ contractum non dirimunt iuxta illud poetæ:

Turpius eiicitur,quam non admittitur hoſpes.

Probatur illud vltra ſupradicta iura in c.quemadmodum. de iureiur. c.meminimus. c.conſuluit.qui cle.vel vo.c.contracto.de cogn.ſpir.c.2. eo.ti.in 6.c.1.& ibi gl. de ſpon.& mat.in 6.Item impediunt ordinandum quæ non ordinatum, vt multis iuribus probatur ab Azo. Rubr. 68. Item priora dimittenda ſunt aliquando Dei iudicio, & venia digna ſunt: de reliquo maxima ſolicitudine præcauenda. can. quoniam quicquid. & can.ſeq.1.q.7. *Intellectus et exceptiones regulæ* Atqui ſi prohibeatur aliquid fieri, nec interdum factum toleratur, veluti: res Deo offerendas aut eccleſiæ emere vel vendere non licet, multò magis iam conſecratas.can.Saluator noſter.in fi.1.q.3. Quod videlicet intelligitur: quando res amplius retractari non poteſt, & nihilominus contra iuris diuini, ſeu publici regulas factum fuit. Item iam facta non tenent, ſi prohibitio habeat perpetuam cauſam prohibitionis, præterquàm in fauorabili, vt multis iurib. & rationibus probat Damaſus reg.99. Latius quoque declarat noſtram regulam Azo(luminare maius totius iuris) cum

alleg

allegatione iurium, ampliationibus, fallentiis, & diſtinctionibus rub.18.98.& 104.

CAP. V.

SCriptura in actibus humanis non eſt neceſſaria, ſed ad probationem rei geſtæ adhibetur.] ll.contrahitur.de pig.& de fide inſtr. Quę quidem de verbo ad verbum idem ſonant, quamuis ſub diuerſis titulis poſitę ſint:nam idcircò non eſt vitioſa ſimilitudo, nec repetitio. Probatur etiam l. cum res.de prob. l.publicati. l.iubemus.§.ſed ne aliqua.C.de teſta. c.1. de renunc.in 6.l.pactum quod bona.C.de pact.Pan. in c.in noſtra.de reſcr. l.neque ſine. C.de nupt. Hinc eſt quod dicitur tabulas matrimonium non facere.l.donat.in fin.prin.de don. Fides rei geſtæ ratam diuiſionem etiam ſine ſcripto ſatis confirmat.l.non ideò.C.fam.herc. Conſcriptio ſola producta ad præſumptionem prodeſt: non autem ſufficit ad ſentētiam proferendam, niſi alia legitima adminicula ſuffragentur. c. 2. qui mat,acc.poſſ. Fallit tamen regula in multis caſibus,qui paſſim à Doctoribus enarrantur in l.1.C.de iure emphy. Item ſi in confectione inuentarij.§.hinc nobis.auth.de hær.& fal. Item quando agitur de alienatione rei immobilis. l. vn.circa fin.C.de ſuffrag. Vnde ſanè deductam puto noſtram ordinationem Gallicam, quæ nuper emanauit, in omnibus ắrtibus centum lib. argenti excedentibus, ſcripturam ex neceſſitate requiri. Sed mirum eſt, cur facilitas corrumpendorum teſtium potius in Gallia id induxerit. Item fallit, vbi inter coniunctas aut neceſ-

Paraphraſes reg. per text. comprobatæ.

Limit.reg. intellectus

ſarias

ſarias perſonas donatio celebratur. l. donat. ver.in conſcribendis. l.lata.C.de don. Item eccleſiaſticarum legum talis eſt authoritas, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcriptura requiratur. *Intellectus.* can.legum.2.quæ.1. Item quæſtio voluntatis ex ſcripto plerumque declaratur.l.illud.§.fi.de iure cod.cum ſano intellectu. c.dilect.de dona.c. authoritate.de conceſſ.præb.in 6. Ad hæc ſcriptura magnam fidem facit,atque in exercendis litibus teſtium fidei comparatur. l. in exercendis. C.de fide inſtru. imò in quibuſdam caſibus ſcripturæ magis creditur,quàm teſtibus.§.quia vero. Authen.de æqual.dot. col.7. §.ſancimus. Auth.de exhib.& introd.reis.col.5.Item quando ſcriptura eſt neceſſaria,& quando non,multis iurib. hinc inde allegatis oſtendit Azo rub. 39. vbi etiam quando ſcripturæ ſtandum eſt, & quid operetur, quando non cum multis ampliationibus,reſtrictionibus,&diſtinctionibus docet,& alias de ſcriptura regulas adiicit,quę omnia,quia ad ſpeciales materias pertinent, conſultus prætermitto.

CAP. VI.

Veritas plus ſcripto obtinet.] dummodo intellectus aut voluntas agentis poſſit facilè colligi.l.quoniam.C.de ſacroſan.eccl. tot.tit.plus val.quod agit.C.l.1. C.ſi contra ius, vel vtil.pub.l.cum ea. C.de tranſact.l.quoties. *Ratio.* §.1.cum duobus ſeq.de hær.inſt. Ratio eſt:nam veritas rerum erroribus geſtorum non vitiatur, & ideò præſes prouinciæ id ſequitur quod conuenit ex fide eorum quæ probantur ſequi.

l.illic

l.illicitas.§.veritas. de off. præſid.Gel.lib.14.c.2. vnde qualiſcunque fuerit intentio contrahentium expreſſa & ex forma contractus appareat, tamen in effectu quid agatur reſpiciendum eſt. c.illo vos.de pign.Defectus vnius literæ vel ſyllabæ non nocet dummodo aliter ex præcedentibus & ſubſequentibus ſenſus intelligatur. c. ex parte.de fide inſtr.Scriptura quoque quæ intelligi non poteſt, nihil prodeſt. l.2. de his quæ pro non ſcript. Iſtud etiam amplius confirmat multis iuribus & rationibus Azo. Rubr.39. Interdùm tamen plus valet ſcriptura,quàm quod actum eſt: quando ſcilicet ſecundùm Bart.non euidenter de eo quod actum eſt apparet. l. ſi alij.de vſufr.leg.l.fi.C.arb.tut.l.proſpexit.qui & à quib.l.nepos Proculo.125.de ver.ſign. Item in iis quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono & æquo interpretationem capere: ea verò, quæ ex ipſo teſtamento oriuntur neceſſe eſt ſecundum iuris ſcript. rationem expediri.l.in iis quæ.extr.de cond.& dem.

Enarratio regulæ per ſchemata.

exceptiones

CAP. VII.

IN contractibus lata fit interpretatio, in teſtamentis latior,in reſcriptis latiſſima.] l.in teſtamentis. 12.l.cum tempus. 17.l. Neratius. 152.in fi.l.factum.198. §.vlt.de reg.iur. c.olim.c. cum in partibus. cap.cum tibi. de verb.ſign. c. pen.& vlt. eod.tit. in 6. cap.cum dilect. de donat.Ratio eſt: cùm fauorabilia ſint teſtamenta contractibus, & rurſus teſtamentis principum

Rationes.

ind

indulta beneficia ſeu reſcripta, fauores amplia-ri, odia verò reſtringi debent. l. 2. C. de bo. vac. cap. odia. de reg. iuris in 6. Alia ratio: Quia beneficium principis debet eſſe manſurum, nec cuiquam auferri. l. pen. de conſt. pec. l. 2. §. merito. & §. ſi quis à princjpe. Ne quid in loco pub. Huc pertinēt pro regulæ comprobatione. l. plenum. §. ſed ſi peeoris. de vſu & habit. l. reſcripta. C. de precib. imp. off. l. nup. C. de emancip. lib. §. pr. Inſt. de vſucap. l. cætera. §. hoc Senatuſconſultum. de legat. pr. c4. quia circa. de priuil. Vnde plenius eſt ius ſucceſſionis quàm emptionis. l. Pomponius. §. quæſitum. de acq. poſſ. Item in ſententia excommunicationis labor fit interpretationi ea vilipendi videatur, cap. ſi ciuitas. de ſen. exc. in 6. Et verbum (idem) in exceptione rei iudicatæ pinguiùs pro communi vtilitate accipitur. l. & an eadem in princ. de exc. rei iud. Veruntamen teſtamēta quoad heredes & legatarios penè ſunt chirographa. l. ſi quis teſtamentum. ad leg. Aquil. cùm ſæpe in iure argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus, & ex conuerſo ducatur. l. ſeruum filij. §. pr. de legat. pr. Atque ibi amplè tractatur à doctoribus, ad quos tum prolixitatis gratia, tum quia ſpeciales materias continent, (quod noſtri non eſt inſtituti) lectoré remitto. Itē regula hæc eſt in gratiā impetrātis in reſcriptis introducta, & debitoris in contractibus & teſtamentis. Nam tēpus adiectum hîc pro hærede vel promiſſore interpretatur, vt nempe intra tempus poſſit ſoluere, non autem, niſi exacto tempore, cogatur.

Comprobatio reg. per varia exempla.

l. qui

l.qui hoc anno.l.eum qui.§.fin.& l.quicquid.de verb.oblig.l.cum quis.C.de act.& ob. Sed verba ambigua ſeu obſcura contra ſtipulātem vel eum, qui potuit apertiùs legem dicere, interpretationem recipiunt.l. quicquid aſtringēdæ. l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.de ver. obl. l.veteribus.de pactis.niſi verò verba ſint clara. l.ſi mihi & Titio. §. fin.de verb. obl. Verùm de claro & obſcuro alibi ſuo titulo diſſeremus. Itē intelligitur regula, niſi detrimentum alicuius vel abſurditas ex interpretatione reſultet, vt in iuribus in regula allegatis. & l. impuberi.de adm.tut.l.cum filiusfa.de mil.teſta. vel niſi iniqua,contra ius, vel ambitioſa ſit interpretatio. l.ex facto.de vulgari.l.ſi quis obrepſerit.ad leg. Corn.de falſis.l.etſi legibus. C.ſi contra ius.ca. quoniam de præb.& di.in 6. *Item priuilegia debent ſtrictè nonnunquam interpretari.* Glo.in cap. literas de filiis presbit. Nam contra ius commune conceduntur. Quod quidem ampliùs declaratur per ampliationes & reſtrictiones a Socino in reg. 381. Cæterùm de interpretatione multa refert notatu digna Riſuicius in paratitlis,& Cicero lib.3.Offic.

CAP. VIII.

Eius eſt interpretari, qui condendi poteſtatē habet.] l.pen.l.fin.& ibi notat.C.de legib. can.ideo. 25. qu.pr. Et in prin. auth.de rapt. mul.coll. 9 .cap.inter alia.de ſen. exc. Clemens idem tacet circa diſtinctionem eccleſiaſticarū & ſecularium legum.in can. ſicut enim 11. q.pr. facit l.in Prætoriis.de præto.ſtip.cap.quoniam. de

de conſt.cap.ex parte in 3.de verb.ſig. ratio eſt: Quia eo modo vnumquodque diſſoluitur, quo ligatum eſt.l.nihil tam naturale.de reg.iur. Idcircò vnde conſtitutionis proceſſit editio, interpretatio quoque procedat. cap.inter alia.de ſen.excom.cap.ſi.de conceſſ.præb. in 6. Si quid obſcurum eſt & interpretatione egeat,ad principem recurritur, vt duritiam legum eius humanitati incongruam emendet.l.leg.ſacratiſſimæ.C.de legib.Quomodo autem & quando accipiatur verbum interpretandi,vide pulchram gloſſ.in l.1.§.qui operas.ad S.C.Tertyl.At verò imperator condendo leges, debet notioribus vti, & quæ difficultatem adimunt definire, vt quicunque in eam legem inciderit, adiutoris ſeu interpretis non indigeat. l. quoniam. C.de ędif.priuat.Item voluntas principis,ſi illam nõ declaret,ex veriſimilitudine inſpicitur.l.ex facto.de vulgari. Nouiſſimè tenendum eſt agi ex ſcriptura declarata ſeu expoſita non ex declarante.l.aſſe toto.de her.inſt.Item eſt neceſſaria interpretatio in rebus dubiis,non claris,vt notaui in tit.de claro & obſcuro. Nam diuerſitas interpretum aliquando ſenſum oſtendit, non errorem inducit. can. quoniam. diſt.88.Et priuilegia debent declarari, ne minus intellecta pertrahantur ad abuſum, propter quem meritò poſſunt reuocari. cap. vt priuilegia de priuilegiis.

Ratio. *Paraphraſes regulæ multis textibus probatæ.* *Notabilis In.regulæ.*

In

in Tit. de Viſu, Demonſtratione, Auditu,& aliis ſenſibus,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

HVmanarum rerum fideliſſimi ſunt Interpretes ſenſus, qui quanquàm organis ſeu inſtrumentis corporeis vtantur, animi tamen ſunt maximæ & præcipuè dotes, quia ſine ipſis ne vix quidem, ſed nullo modo ad ſummi illius boni perfectionem & beatitudinem perueniret. Inter hos primus enumeratur viſus, & longè alios vtilitate & neceſſitate præcellit. Multa enim ſunt probabilia,*inquit Cic.lib.de nat.deor.*quæ tametſi non percipiantur, quia viſum habent quendam inſignem, & decorum, his ſapientis vita regitur. *Idem etiam alio loco in epiſtol. Fam. ad Torquatum,lib.6.*Quocunque in loco quiſque eſt,idem eſt ei ſenſus & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & ſuarum: tamen oculi augent dolorem, quippe ea quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miſeriis cogitationum poſſunt, aut vero lætitiam citius ingerunt. *Demonſtratio autem fit multis modis, vt ſing.not.in l.certum.ſi cer.pet. & in tit.de cond. & dem.Verùm ſciendum eſt tantùm ipſam ſignificationem ſeu interpretationem præcedere debere, quãtùm corpus vmbram ſeu figuram. Neq; tamen hic nomen demõſtrationis ita vſurpamus,vt Phyſici ex certis et indubitatis principiis omnia quæ sũt in rerũ natura indicant et demonſtrant,ſed pro eo quo*

Cõtinuatio.

ſenſus ſunt interpretes animi.

Viſus & neceßitate & vtilitate alios ſenſus præcellit.

Demonſtratio.

Demonſtrationis acceptio.

quid

rum ſententiam Iuſtinianus Imp. ſtatuit vſumfructum non niſi longo tempore non vtendo amitti. l. corruptionem. C. de vſufru. Non item intelligitur amiſſum quod ablatum alteri non eſt, l. nec vtilem. ex quibus cauſis maiores.

Expoſitio 2. membri regulæ. Veniamus nunc ad ſecundum membrum iſtius gnoſeos: Si acquiſitionem rei, quæ alioqui certa erat, neglexero, non videor propterea alienare. l. ſi. ver. non enim. C. de cod. l. quod autem. quæ in frau. cre. l. item ſi res. §. 1. de alien. iu. mu. cau. l. nemo ex ſociis. §. ſi. pro ſoc. l. ſi ſponſus. §. ſi donationis. vėr. ſi maritus heres. de don. inter vir. & vx. l. 1. §. vtrum. ſi quid in frau. patr. Vnde non videtur damnum ei fieri, qui lucro quo vtebatur prohibetur, vt eleganter not. in l. Proculus. de damn. infect. Atque ibi gl. multis verbis hanc regulam declarat. Nam dicitur damnum quaſi ademptio, id eſt, diminutio proprij patrimonij. l. 3. illo tit. Actio de aqua pluuia arcenda locum habet, ſi aqua noceat: non autem ſi non proſit. l. 1. §. ſicut autem. de aqua plu. arc. Nec videtur in fraudem fiſci factum quod acquiſitum non eſt. l. cum quidam. de iure fiſc.

Limitatio. At proculdubio ſi quis id agat, vt non acquirat, ſibiipſi inſidiari videtur, atque ideò in collationem non venit. l. 1. §. ſi is qui bona. de col. bono. Item ſi quis dolo malo vel lata culpa neglexerit acquiſitionem, tenetur: ſi minus, non tenetur, vt eleganter traditur in l. 2. §. ſed & ſi quid. de hęr. vel act. ven. Alia quoque eſt exceptio in l. & ſine. ex quib. cau. maior. vbi amiſſum dicitur, ſiue quis amiſerit, ſiue lucratus non ſit, cùm non po

tuer

tuerit abſentiæ cauſa, ex qua reſtituitur, licet nihil ipſe ex bonis ſuis amiſerit. Cuius rei enodatio ex ipſo textu eruitur. Fallit etiam regula, quando in detrimentum pupilli vergit. Nam tunc repudiatio ſapit alienationem. l. magis puto. §. ſi pupillus. de reb. eo. Et tutor non tantùm de dolo, ſed de lata & leui culpa, ſi quid amiſerit, aut, cùm poſſet, non acquiſierit, tenetur. l. quicquid. C. arb. tut.

in Tit. de Factis, Scriptura, & Interpretatione,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Vlgatum eſt in iure, rem noſtram ſine facto noſtro ad aliam transferri non poſſe, atque ideò præcedenti titulo de Dominio & bonis non ineptè hunc titulum ſubiecimus. Quicquid enim circa res mortalium geritur, aut dictis, aut factis, aut ſcriptura explicatur. Aliter ſanè nulla eſſet humanæ vitæ compoſitionis harmonia, nulla ſocietas, nihil denique inter homines adeò ſtabile foret, quin rerum viciſſitudo, voluntatum mutatio, ac longorum temporum obliuio labefactaret atque perderet. Sed quoniam de dictis, id eſt verbis abundè iam diximus, in tit. de voluntate & verbis, nunc vel imprudentibus obuiam eunt facta. Quæ quidem omnia naturalia eſſe cenſet Loriotus in titul. de iure eiuſq; ſpecie. axiom. 13. cum ſeq. Verùm profectò, pace tanti viri ſalua, facta eius conditionis eſſe arbitror, cuius ſunt ea quibus ap- Cõtinuatio. Facta omnia naturalia cenſet Loriòtus. Explicatio eius opin.

 plic

plicantur: vt ſi ciuilia ſint, ciuilem, ſi naturalia naturalem conditionem atque habitum ſequantur, & ſic de reliq. diuiſionum particulis. Egent autem plerumque ſcripto ac vera interpretatione: nam etiam ſi, vt prædiximus in tit. de memoria, Plato litteras & ſcripturas à Rep. profligandas innuerit, tamen quia viſæ ſunt, tum ad iuuandam memoriam, tùm ad poſteritati tradendam, quam maximè neceſſariæ & vtiles, idcircò nihil aut raro ſine iis agi poſſe voluerunt. Quinimò apud nos multis in cauſis de ſubſtantia aut forma eſſentiali requiruntur, vt tradunt Doct. in l. 1. C. de iur. emphyt. & ~j. hoc quoque tit. tractabimus. Ea demùm aliquando, quæ aguntur, aut ſcribuntur, adeò ſunt obſcura, & à cuiuſnis intellectus capacitate ſemota, vt niſi fideli interpretatione ſenſibus noſtris ſubiiciantur, in profundum cæcitatis baratrum quotidie ſubmergeremur. Pone interpretatio, quæ intellectus appellatur, in latam, plenam & pleniſſimam diuiditur. Quæ ſingula quid ſignificent, & in quibus locum habeant, poſthàc diſcutiemus.

De Scriptura. *Vtilitas literarum.* *Neceſſitas.* *De interpretatione.* *Interpretationis diuiſiones.*

De Factis, Scriptura, & Interpretatione, Tit. viij.

CAP. I.

Facta dictis præferuntur.] l. ſi tamen. §. 1. de ædil. ed. c. vn. qui ſint rebel. in extrauag. c. dilecti. & ibi glo. de appel. c. apoſtolicæ. de don. Sunt enim nobiliora & frequentiora, cùm plura longè ſint negotia quàm vocabula. l. 4. de præſcr. ver. §. fi. Inſt. de grad. cog. Licet commodiſſi

Ratio.

diſſimum ſit ſingulas res ſingulis appellationibus diſtingui.§.ſed quia.inſt.quemad.teſt.infir. Quædam aggrauant delictum, quæ audientib. denuntiando repræſentari non poſſunt, ita vt veritas rei ſe habet, cùm tamen ipſi perpeſſo & videntibus manifeſta iniuria apparuerit, vt eleganter Claudius iuriſc.annotat ex authoritate Demoſthenis in l.aut facta.de pœ. Domicilium re & facto transfertur, non nuda proteſtatione l.domicilium.ad munic. Peregrinum eſt exemplum huius regul.in can.viduas.2.27.q.1.vbi vidua quæ ſemel ſponte velamen ſuſcepit, licet ſacramento confirmet, ea ratione ſibi velamen impoſuiſſe, vt iterum poſſet deponere, ſanctimoniæ habitum vlteriùs ſemper habere debet. Propinquitas ſanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur, ſed ſolo facto, vt pulchrè edocetur in can.lex diuinæ.27.quæ.2. In malis autem quòd ipſi facimus, eo quòd fieri ſinimus, nobis damnabilius eſt.can.primum.in fi.22.q.2. Nemo rectè monitoris perſonam ſuſtinet, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrat. can. nemo. diſt.81. Præponitur doctrina ſilentio, ſollicitudo contemplationi, labor quieti. Ad quod vtique deſignandum vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus non de Rachaele ſecundùm carnem natus eſt, ſed de Lia, nec legitur eum in domũ ſuam Maria recepiſſe, ſed Martha. c.licet quibuſdam. de reg.& tranſ.ad rel. At verò præcipitur in Euangelio, *Quæcunque dixerint, facite: ſecundùm opera eorum nolite facere*, vt demon-

explic.reg. per diuerſ. themata.

intellectus regulæ.

ſtretur ſemper bonæ ſuaſioni facta accommodanda.can.ſignificaſtis.1.q.1.

CAP. II.

Acta vbique & inter quoſcunque ſeipſa probant.] l.vlt. C. de re iud. cap.cauſam quæ.de prob.l.inſulam (quę nũquam prius ad hoc allegata eſt) de verb.obl. c.quod Dei timorem.de ſtatu mon. Vnde quæſtio facti nulla iuris cõſtitutione decidi poteſt.l.mora.de vſur. l.pen.de prob.l.Seiæ.§.vlt.de fun.inſtr.l.2.§.fin. de don.l.vlt.ad leg.Fla. de plag. Conſiſtit verò in poteſtate iudicantis, non quæſtio iuris. l.ordine.ad mun.l.1.§.1.ad S.C.Turp.Nam & Sulpitius cùm de facto quæreretur, ad Ciceronem ſemper remittebat, vt inquit Cic.in Top. Vide Ariſt.lib.1 rhet. Plutarch.refert de Publio Coſta Iuriſconſulto, qui cùm in quadam cauſa teſtis productus & interrogatus ſe nihil ſcire reſpondiſſet, Ciceronem dixiſſe: Tu forte te de iure interrogatum credidiſti. Sciendum eſt autem circa hanc regu.quid à quo ſit factum non requiri, dum tamen ſit factum, modò is qui fęcit eam habuerit poteſtatem. l.1. §.2. de cal. l.3. C.de inſt.& ſub.l.prætor.de iud.Quod amplius explicat Azo Rubr.59. Licet aliquando debeat impleri factum forma ſpecifica, nec ab aliis expectari. l.ſi quis ex argentariis.§.prætor.de ed. vt latius declarat idem Azo multis iuribus allegatis rubr.69.Multas etiam ſubregulas de factis congeſſit in rub.10. & 98.Item Riſuicius & Donatus fin.lib.5.

Paraphra. reg. multis iur.probatę

Facetum et ridiculum apophthegma.

Intelle.reg.

CAP

CAP. III.

FActa infecta fieri non poſſunt.] l. vtrum. 32.de regul.iur. l.in bello.§.factæ. de capt.& poſtl. reuer. Sicut è contra quod non eſt factum, non poteſt videri factum. l. bouem. §. ſi ſub conditione.de ædil.edi. l.Celſus.de recept. arb.l.1.§.ſi vir vxor.de acq.poſſ.§.1. Auth.de æqual. dot. col. 7. Sciendum eſt tamen legumlatores aliquando facta contra leges pro infectis habere,ſc.quoad iuris effectum.c.quę contra.64.de reg.iu.in 6.d.§.factę.&l.non dubium. C.de legib.Item propter cótemptum.§.1.Auth. de def.ci.col.3. Item factum cōtinet etiam non factum.l.2.in prin.& §.item ſi facto.de ver.obl. Vide circa hanc regul. multa iura adducentem cum ampliationibus & limitationibus Damaſ. in reg.87. Item aliquando leges, ita fingunt,vt non factum pro facto habeatur, & contra, quemadmodum lex Cornelia, & multæ aliæ,ſicuti latè cum diſtinctionibus & iuribus declaratur per Azo.rub.19. *Limit. reg.*

CAP. IIII.

MVlta prohibentur fieri, quæ iam facta tolerantur.] l.patre furioſo. de his qui ſunt ſui.l.1.§.quamuis autem.de poſtul.l.fauor. de ſpon. l.Sabinus.com.diuid. l.heres.de vſufr. leg.l.1.§.biduum.quan.app.ſit. l.relegatorum.§. ad tempus.de interd.& rel. l.vlt. de rit.nup.c.ſi vir.diſt.23. c.ad Apoſtolicam.de reg. c.2.de ver. ſign.c.nec illud.30.q.5. c.poſt ſuſceptum.& ſeq. 30.q.3.c.vn.in fin.de voto & voti red.in 6. c.vn. eod.tit.in extrauag.

explanatio reg. per varia exemp. Quò fit, vt faciliùs toleretur ius quæſitũ, quàm acquirendum.l.2.§.ex his.l.pluribus.§.vltim.de ver.ob.l.vt pomum. §.1.de ſeruit. Quemadmodum ex diuerſo faciens impeditur ius competiturum,quam extinguatur acquiſitum.l.Papinianus.§.ſi conditioni.& ibi gl.de inof.teſtam. Multa etiam contrahendum matrimonium impediunt, quæ contractum non dirimunt iuxta illud poetæ:

Turpius eiicitur,quam non admittitur hoſpes.

Probatur illud vltra ſupradicta iura in c.quemadmodum. de iureiur. c.meminimus. c.conſuluit.qui cle.vel vo.c.contracto.de cogn.ſpir.c.2. eo.ti.in 6.c.1.& ibi gl. de ſpon.& mat.in 6.Item impediunt ordinandum quæ non ordinatum, vt multis iuribus probatur ab Azo. Rubr. 68. Item priora dimittenda ſunt aliquando Dei iudicio, & venia digna ſunt: de reliquo maxima ſolicitudine præcauenda. can. quoniam quicquid. & can.ſeq.1.q.7. *Intellectus et exceptiones regulæ* Atqui ſi prohibeatur aliquid fieri, nec interdum factum toleratur, veluti: res Deo offerendas aut eccleſiæ emere vel vendere non licet, multò magis iam conſecratas.can.Saluator noſter.in fi.1.q.3. Quod videlicet intelligitur: quando res amplius retractari non poteſt, & nihilominus contra iuris diuini, ſeu publici regulas factum fuit. Item iam facta non tenent, ſi prohibitio habeat perpetuam cauſam prohibitionis, præterquàm in fauorabili, vt multis iurib. & rationibus probat Damaſus reg.99. Latius quoque declarat noſtram regulam Azo (luminare maius totius iuris) cum alleg

allegatione iurium, ampliationibus, fallentiis, & diſtinctionibus rub.18.98.& 104.

CAP. V.

SCriptura in actibus humanis non eſt neceſſaria, ſed ad probationem rei geſtæ adhibetur.] ll.contrahitur.de pig.& de fide inſtr. Quę quidem de verbo ad verbum idem ſonant, quamuis ſub diuerſis titulis poſitę ſint:nam idcircò non eſt vitioſa ſimilitudo, nec repetitio. Probatur etiam l. cum res.de prob. l.publicati. l.iubemus.§.ſed ne aliqua.C.de teſta. c.1. de renunc.in 6.l.pactum quod bona.C.de pact.Pan. in c.in noſtra.de reſcr. l.neque ſine. C.de nupt. Hinc eſt quod dicitur tabulas matrimonium non facere.l.donāt.in fin.prin.de don. Fides rei geſtæ ratam diuiſionem etiam ſine ſcripto ſatis confirmat.l.non ideò.C.fam.herc. Conſcriptio ſola producta ad præſumptionem prodeſt: non autem ſufficit ad ſentētiam proferendam, niſi alia legitima adminicula ſuffragentur. c. 2. qui mat,acc.poſſ. Fallit tamen regula in multis caſibus,qui paſſim à Doctoribus enarrantur in l.1.C.de iure emphy. Item ſi in confectione inuentarij.§. hinc nobis.auth.de hær.& fal. Item quando agitur de alienatione rei immobilis. l. vn.circa fin.C.de ſuffrag.Vnde ſanè deductam puto noſtram ordinationem Gallicam,quæ nuper emanauit, in omnibus áctibus centum lib. argenti excedentibus, ſcripturam ex neceſſitate requiri.Sed mirum eſt,cur facilitas corrumpendorum teſtium potius in Gallia id induxerit. Item fallit, vbi inter coniunctas aut neceſ-

Paraphraſes reg. per text. comprobata.

Limit.reg. intellectus

ſarias

ſarias perſonas donatio celebratur. l. donat. ver.in conſcribendis. l.lata.C.de don. Item eccleſiaſticarum legum talis eſt authoritas, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcriptura requiratur. *Intellectus.* can.legum.2.quæ.1. Item quæſtio voluntatis ex ſcripto plerumque declaratur.l.illud.§.fi.de iure cod.cum ſano intellectu. c.dilect.de dona.c. authoritate.de conceſſ.præb.in 6. Ad hæc ſcriptura magnam fidem facit,atque in exercendis litibus teſtium fidei comparatur. l. in exercendis. C.de fide inſtru. imò in quibuſdam caſibus ſcripturæ magis creditur,quàm teſtibus.§.quia vero. Authen.de æqual.dot. col.7. §.ſancimus. Auth.de exhib.& introd.reis.col.5. Item quando ſcriptura eſt neceſſaria,& quando non,multis iurib. hinc inde allegatis oſtendit Azo rub. 39. vbi etiam quando ſcripturæ ſtandum eſt, & quid operetur, quando non cum multis ampliationibus,reſtrictionibus,&diſtinctionibus docet,& alias de ſcriptura regulas adiicit,quę omnia,quia ad ſpeciales materias pertinent, conſultus prætermitto.

CAP. VI.

VEritas plus ſcripto obtinet.] dummodo intellectus aut voluntas agentis poſſit facilè colligi.l.quoniam.C.de ſacroſan.eccl. tot.tit.plus val.quod agit.C.l.1. C.ſi contra ius, vel vtil.pub.l.cum ea. C.de tranſact.l.quoties. *Ratio.* §.1.cum duobus ſeq.de hær.inſt. Ratio eſt:nam veritas rerum erroribus geſtorum non vitiatur, & ideò præſes prouinciæ id ſequitur quod conuenit ex fide eorum quæ probantur ſequi.

l.illic

l.illicitas.§.veritas.de off.præſid.Gel.lib.14.c.2. vnde qualiſcunque fuerit intentio contrahentium expreſſa & ex forma contractus appareat, tamen in effectu quid agatur reſpiciendum eſt. c.illo vos.de pign.Defectus vnius literæ vel ſyllabæ non nocet dummodo aliter ex præcedentibus & ſubſequentibus ſenſus intelligatur. c. ex parte.de fide inſtr.Scriptura quoque quæ intelligi non poteſt, nihil prodeſt. l.2. de his quæ pro non ſcript. Iſtud etiam amplius confirmat multis iuribus & rationibus Azo.Rubr.39. Interdùm tamen plus valet ſcriptura,quàm quod actum eſt: quando ſcilicet ſecundùm Bart.non euidenter de eo quod actum eſt apparet. l. ſi alij.de vſufr.leg.l.fi.C.arb.tut.l.proſpexit.qui & à quib.l.nepos Proculo.125.de ver.ſign. Item in iis quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono & æquo interpretationem capere: ea verò, quæ ex ipſo teſtamento oriuntur neceſſe eſt ſecundum iuris ſcript. rationem expediri.l.in iis quæ.extr.de cond.& dem.

Enarratio regulæ per ſchemata.

exceptiones

CAP. VII.

IN contractibus lata ſit interpretatio, in teſtamentis latior,in reſcriptis latiſſima.] l.in teſtamentis. 12. l.cum tempus. 17. l. Neratius. 152.in fi.l.factum.198. §.vlt.de reg.iur. c.olim.c. cum in partibus. cap.cum tibi. de verb.ſign. c. pen.& vlt. eod.tit. in 6. cap.cum dilect. de donat.Ratio eſt: cùm fauorabilia ſint teſtamenta contractibus, & rurſus teſtamentis principum

Rationes.

ind

indulta beneficia ſeu reſcripta, fauores amplia-
ri, odia verò reſtringi debent. l. 2. C. de bo. vac. cap. odia. de reg. iuris in 6. Alia ratio: Quia beneficium principis debet eſſe manſurum, nec cuiquam auferri. l. pen. de conſt. pec. l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe. Ne quid in loco pub. Huc pertinēt pro regulæ comprobatione. l. plenum. §. ſed ſi pecoris. de vſu & habit. l. reſcripta. C. de precib. imp. off. l. nup. C. de emancip. lib. §. pr. Inſt. de vſucap. l. cætera. §. hoc Senatuſconſultum. de legat. pr. ca. quia circa. de priuil. Vnde plenius eſt ius ſucceſſionis quàm emptionis. l. Pomponius. §. quæſitum. de acq. poſſ. Item in ſententia excommunicationis labor fit interpretationi ea vilipendi videatur, cap. ſi ciuitas. de ſen. exc. in 6. Et verbum (idem) in exceptione rei iudicatæ pinguiùs pro communi vtilitate accipitur. l. & an eadem in princ. de exc. rei iud. Veruntamen teſtamēta quoad heredes & legatarios penè ſunt chirographa. l. ſi quis teſtamentum. ad leg. Aquil. cùm ſæpe in iure argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus, & ex conuerſo ducatur. l. ſeruum filij. §. pr. de legat. pr. Atque ibi ampliè tractatur à doctoribus, ad quos tum prolixitatis gratia, tum quia ſpeciales materias continent, (quod noſtri non eſt inſtituti) lectoré remitto. Itē regula hæc eſt in gratiā impetrātis in reſcriptis introducta, & debitoris in contractibus & teſtamentis. Nam tēpus adiectum hîc pro hærede vel promiſſore interpretatur, vt nempe intra tempus poſſit ſoluere, non autem, niſi exacto tempore, cogatur.

Comprobatio reg. per varia exempla.

l. qui

l.qui hoc anno.l.eum qui.§.fin.& l.quicquid.de verb.oblig.l.cum quis.C.de act.& ob. Sed verba ambigua ſeu obſcura contra ſtipulãtem vel eum, qui potuit apertiùs legem dicere, interpretationem recipiunt.l. quicquid aſtringẽdæ. l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.de ver. obl. l.veteribus.de pactis.niſi verò verba ſint clara. l.ſi mihi & Titio. §. fin.de verb. obl. Verùm de claro & obſcuro alibi ſuo titulo diſſeremus. Itẽ intelligitur regula, niſi detrimentum alicuius vel abſurditas ex interpretatione reſultet, vt in iuribus in regula allegatis. & l. impuberi.de adm.tut.l.cum filiusfa.de mil.teſta. vel niſi iniqua, contra ius, vel ambitioſa ſit interpretatio. l.ex facto.de vulgari.l.ſi quis obrepſerit.ad leg. Corn.de falſis.l.etſi legibus. C.ſi contra ius.ca. quoniam de præb.& di.in 6. *Item priuilegia debent ſtrictè nonnunquam interpretari.* Glo.in cap. literas de filiis presbit. Nam contra ius commune conceduntur. Quod quidem ampliùs declaratur per ampliationes & reſtrictiones a Socino in reg. 381. Cæterùm de interpretatione multa refert notatu digna Riſuicius in paratitlis, & Cicero lib.3.Offic.

CAP. VIII.

Eius eſt interpretari, qui condendi poteſtatẽ habet.] l.pen.l.fin.& ibi notat.C.de legib. can.ideo. 25. qu.pr. Et in prin. auth.de rapt. mul.coll. 9 .cap.inter alia.de ſen. exc. Clemens idem tacet circa diſtinctionem eccleſiaſticarũ & ſecularium legum.in can. ſicut enim 11. q.pr. facit l.in Prætoriis.de præto.ſtip.cap.quoniam.
de

de conſt.cap.ex parte in 3.de verb.ſig. ratio eſt: Quia eo modo vnumquodque diſſoluitur, quo ligatum eſt.l.nihil tam naturale.de reg.iur. Idcircò vnde conſtitutionis proceſſit editio, interpretatio quoque procedat. cap.inter alia.de ſen.excom.cap.ſi.de conceſſ.præb. in 6. Si quid obſcurum eſt & interpretatione egeat, ad principem recurritur, vt duritiam legum eius humanitati incongruam emendet.l.leg.ſacratiſſimæ.C.de legib. Quomodo autem & quando accipiatur verbum interpretandi, vide pulchram gloſſ.in l.1.§.qui operas.ad S.C.Tertyl. At verò imperator condendo leges, debet notioribus vti, & quæ difficultatem adimunt definire, vt quicunque in eam legem inciderit, adiutoris ſeu interpretis non indigeat. l. quoniam. C.de ędif.priuat. Item voluntas principis, ſi illam nó declaret, ex veriſimilitudine inſpicitur.l.ex facto.de vulgari. Nouiſſimè tenendum eſt agi ex ſcriptura declarata ſeu expoſita non ex declarante.l.aſſe toto.de her.inſt. Item eſt neceſſaria interpretatio in rebus dubiis, non claris, vt notaui in tit.de claro & obſcuro. Nam diuerſitas interpretum aliquando ſenſum oſtendit, non errorem inducit. can. quoniam. diſt.88. Et priuilegia debent declarari, ne minus intellecta pertrahantur ad abuſum, propter quem meritò poſſunt reuocari. cap. vt priuilegia de priuilegiis.

Ratio. Paraphraſes regulæ multis textibus probatæ.

Notabilis In. regulæ.

In

in Tit. de Viſu, Demonſtratione, Auditu, & aliis ſenſibus,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Humanarum rerum fideliſſimi ſunt Interpretes ſenſus, qui quanquàm organis ſeu inſtrumentis corporeis vtantur, animi tamen ſunt maximæ & præcipuè dotes, quia ſine ipſis ne vix quidem, ſed nullo modo ad ſummi illius boni perfectionem & beatitudinem perueniret. Inter hos primus enumeratur viſus, & longe alios vtilitate & neceſſitate præcellit. Multa enim ſunt probabilia, *inquit Cic. lib. de nat. deor.* quæ tametſi non percipiantur, quia viſum habent quendam inſignem, & decorum, his ſapientis vita regitur. *Idem etiam alio loco in epiſtol. Fam. ad Torquatum, lib. 6.* Quocunque in loco quiſque eſt, idem eſt ei ſenſus & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & ſuarum: tamen oculi augent dolorem, quippe ea quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miſeriis cogitationum poſſunt, aut vero lætitiam citius ingerunt. *Demonſtratio autem fit multis modis, vt ſing. not. in l. certum. ſi cer. pet. & in tit. de cond. & dem. Verùm ſciendum eſt tantùm ipſam ſignificationem ſeu interpretationem præcedere debere, quãtùm corpus vmbram ſeu figuram. Neq; tamen hic nomen demõſtrationis ita vſurpamus, vt Phyſici ex certis et indubitatis principiis omnia quæ sũt in rerũ natura indicant et demonſtrant, ſed pro eo quo*

Cõtinuatio.

Senſus ſunt interpretes animi.

Viſus & neceßitate & vtilitate alios ſenſus præcellit.

Demonſtratio.

Demonſtrationis acceptio.

quid

quid quantumque ſit, partim oculis, partim vocabulorum appellatione, partim ea circumlocutione, qua vicem nominis obtinet, oſtenditur. Sequitur etiam viſum auditus, tanquam nobiliorē, vt poſteà hoc tit. docebimus. Et hic quidē ſemper patet. Eius enim ſenſu etiam dormientes egemus, à quo cùm ſonus eſt acceptus, ſubito à ſomno excitamur, *vt ait idem Tullius lib. de nat. deor. De reliquis pauca loquemur: tum quis hi duo nempe viſus & auditus frequentiores ſunt & magis neceſſarij: tum quia ſingulorum naturam & conditionem pertractare, magis ad philoſophos, quam ad nos pertinet.*

Auditus.

De Viſu, Demonſtratione, Auditu, & aliis ſenſibus, Tit. ix.

CAP. I.

Expoſitio regulæ cū authoritatibus.

Viſus eſt ſenſus nobilior, qui poteſt ad alios adaptari.] gloſſ. in can. teſtes. 9. q. 9. Cynus & Bartolus in l. teſtium. C. de teſti. Alexand. in l. 1. de verb. ob. Quò fit, vt minùs ſit validum de auditu, quàm de viſu teſtimonium: atque idcircò in huiuſmodi articulo non nimium eſt teſtibus laxanda facultas. ca. tua nos. de conſang. & aff. *Plus valet*, inquit Eraſmus in Adagiis, *oculatus teſtis, quàm auriti decem.* Horatius quoque in arte poëtica:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Cicero item lib. 3. de oratore, *facilius*, ait, *ad ea quæ viſa ſunt, quàm ad illa quæ audita ſunt, oculi*

men

mentis feruntur. Fallit regula,in iis quæ ſolo intellectu percipiuntur, vt declarat Bartol.in l.1. C.de nat.lib.& l.qui teſtamento.§.fin. de teſta. Item etiam regulam explicat cum aliis reſtrictionibus Scipio Ianuarius.reg.297.Item inuiſibilis miſſio multò dignior eſt quàm viſibilis. c.cum ex iniuncto.de hæret. Quod tamen diligenter aduerte,quia ibi de ſpiritualibus loquitur,vt Paulus Apoſtolus ad Romanos.ca.1. Sed hæc Theologis relinquenda ſunt. *Exceptiones.*

CAP. II.

Demonſtratio ſola ſufficit , licet aliud adiiciatur.] l.1. §.fi. l.cum ſcriptum de dote præleg.l.nominatim.de manu.teſtam. Eaque vice nominis plerunque fungitur. l. ſi nominatim.de cond.& dem. Nihil enim intereſt nominibus propriis vel æquipollentibus indiciis aliquem deſignare. ca.tua nos. de conſang. & affin.vt s.in præfatione tetigi.Exemplum in crimine adulterij,vbi ſufficit per ciuitatem, domum,menſem, conſules & perſonas deſignare, non autem minutatim horam neque diem. l.3. de accuſat.Notandum eſt deinceps id inter demonſtrationem & cõditionem intereſſe, quod plerunq; demonſtratio præteritum tempus reſpiciat : conditio verò futurum. d.l.ſi nominatim.in fi.Item demõſtratio, quæ fit per relationem,videtur gerere vices indiuiduæ.l.certum. ſi cert.pet. Quocircà multos textus & doctores allegat Medicæus in reg.10.

Ratio.

Enarratio regulæ per exempla.

Differentia inter demõſtrationem & conditionem.

CAP. III.

DEmonſtratio falſa non vitiat actum.] Ex-

preſsè in legato.l.Quintus Mutius in pr.de auro & arg.leg.l.demōſtratio.l.falſa. l.ſi nominatim.de condi. & dem.l.teſtamento ita canit.de manu.teſta.l.ſi quis in fundi vocabulo.l. quidā, de leg. 1.Bartol.& doctores in d.l.falſa. & l.demonſtratio. Ampliatur regula, etiamſi veritas debiti non ſubſit : non enim vice debiti ſoluitur, ſed tanquam legatum. l. 2.l.3.& l.fin. C.de falſa cauſa adiecta leg. Item falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis non poteſt. l. cum falſa. C. de iuris & facti igno. Et falſa demonſtratio libertati, iam datæ maximè cauſa cognita non nocet.l.1. C.de vind. lib. Amplius declarat Medicæus reg.8.

Amplectationes & intellectus regulæ.

In Tit. de Natura, Arte, Experientia, & Diſciplina.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cōtinuatio. *Natura & ars præcipui modi.* *Quæſtio, An natura arte, an ars natura præpolleat.*

HActenus ea quæ ſunt neceſſaria ad ſubſtantiæ demonſtrationē & ſignificationē leuiter percurrimus. Nunc quot modis ea in omnib. applicetur atque intelligatur, vidēdum eſt. Præcipui itaq; ſunt natura et ars. Quidquid enim inter mortales cōſiſtit, aut natura aut ars comparauit. Vtrū autem natura arte, an verò ars natura præpolleat, multis in locis in alterutram partem diſputat Cicero. Sed ego Flaccum ſecutus amicitiam quandā & cognationem inter artem & naturam ita cuperem ſemper ineſſe, vt nūquam vnum eorum ab altero ſeiungatur. Nam pulcherrima & pretioſiſſima

res

res eſt, quando ars naturam tanquàm imago ſpeculum aut veritatem repræſentat, quemadmodum eleganter dicitur in l.ſi paterfam.§.vlt.de adop.& l.filio quem pater.de lib.& poſth. Porrò notandum eſt nos de illis hic in genere diſſerere, ſicut iam in ſpecie locuti ſumus in tit.de iure natur.& poſitiuo. & tit. de ſubſtantia & accidente. Tum demum experientia rerum eſt humanarum, quæ omnes ſcientias & diſciplinas inuexit, vt dixit poeta, Experiẽtia

Per varios vſus artem Experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam.

Quonam verò pacto homines à puerili ætate vſque ad ſenectutem diſciplinis inſtrui & formari debeant, doctè & copioſe oſtẽdit Plato in ſexto & ſeptimo de Rep. dialogo, vbi & iſtud adiicit, valdè notatu dignum: Nos eam diſciplinam ſtudio digniſſimam arbitramur, qua homines inſtituti, quam longiſſimè in pace vitam agant. *Diſciplina.*

De Natura, Arte, Experientia, & diſciplina, Tit. x.

CAP. I.

NAtura cuiuſque rei inſpicitur.] l.de interdicto.de aqua quot.& æſtiua, l.1.§.fin.& l.2.de aqua plu. arcendã. Succeſſionis ſex gradus conſtituti ſunt, quia vlterius per rerum naturam nec inueniri nomẽ nec poteſt ſucceſſio propagari. Iſidorus can. fin.35.q.5. Verùm proculdubiò natura nõ dat artem, ſed diſponit ad artem.l.Stichus.de leg.3. Quo ſane effectum *Intellectus regulæ.*

eſt, vt quæ natura ſuapte accidunt, in ſtipulationem non veniant, quoniam ea vim etiam diuinam continẽt.l.fluuium.§.vitium.de dam. inf.l.1.§.1.de aqua plu.arc. Vide quæ latius dixi de natura.tit.de iur.nat.& poſit.cap.1.

CAP. II.

ARs plerunque naturam imitatur.] §.minorem.inſt.de adop. l.quidam cum filium. de verb.obli. Hic repetenda erunt, quæ ſ. diximus in præfatione huius tit.ne inani repetitione lectoris animum & chartam conteramus.Ipſam verò aliquando corrigit. Quocircà lepidum eſt Socratis apophthegma, cui cùm Zopirus nunciaſſet eſſe bardo ingenio, quòd iugula obſtructa non cõcaua haberet, Verè ais, inquit, ſed hæc naturæ vitia ſapientiæ ſtudiis, vt potui, emendaui. Vnuſquiſque autem in vocatione ſeu arte, ad quã vocatus eſt liberè permaneat & quietè conuerſetur. cap.1. de reg.& tranſ.ad relig.in clem.iuxta illud:

Quam quiſque norit artem, in ea ſe exerceat.

CAP. III.

EXperientia eſt rerum magiſtra.] vt teſtatur Iuſtinianus in §.pen. inſt.de ſatiſdat. & in principio Auth. Hæc conſtitutio innouat.coll.8.facit etiam ca.quàm ſit de elec. in 6. Inde pluribus exemplis & certis experimentis multa pericula didicimus. cap. licet. de teſtib. Et ſicut artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.can.fin.diſt.83. ideóque tyronibus ab initio ignoſcitur, niſi iteratò aliquid admiſerint

Paraphraſes regulæ multis teſtibus ſuffultæ.

rint

rint.l.3.§.ſi plures.l.qui cum vno.in fi. de re milit.Peritis etiam in vnaquaque arte ſtãdum eſt. l.inter artifices. de ſol. l. 1.§.ſi neque.C.de vet. iur. enucl.ca.fi.de frig.& malef.cap.1.de conſt. Bartolus in procœmio Digeſtorum & in l. 1. §. 1. de ventre inſpic. Quod quidem late declaratur cum ampliationib. & reſtrictionibus à Nouello,reg.159.Socyno reg.362.& Donato fin.lib.5.

CAP. IIII.

EÆ demum artes ac ſcientiæ laudantur,quæ ad bonun finem tendunt : quæ contra ad malum, reprobantur.] l.eorum eſt ſcientia. C. de malef.& math.can. de Conſtantinopolitana diſt.22. Hic quilibet poterit conſulere M. Tullium Ciceronem, Fabium Quintilianũ, & cæteros humaniorum literarum authores, qui de laude ſcientiarum multa eleganter ſcripſerunt.Non ſunt autem prætereundi quidam textus in iure reperti,qui ea quæ circa ſcientiã & tam docentium , quàm diſcentium officium obſeruari debent , dilucide ac patenter explicant. Ignorantia igitur eſt mater omnium errorum quæ in iuriſconſulto non eſt probabilis. l.2.de orig.iur. cap. cum ſit.de conuer. coniug. Et maximè à ſacerdotibus atque iis qui docendi curam ſubeunt,euitanda eſt, ca. ignorantia. & per totam diſt.38. ca.venerabilis. de præb.& dig. Diſertè notatur in can. cum ex iniuncto. de her.Scientia enim inflat, charitas viuificat, & imperfectũm ſcientiæ perfectio charitatis poteſt ſupplere.cap.niſi cum pridem de renuncia.in 6.Quo ſit,vt illiterati omnes & analpha-

Paraphraſes reg. elegantiarib. textib. confirmatæ.

beti arceantur ab ordinatione & beneficiorum prouiſione.can.illiteratos.diſt.32.ca.ſi in laicis. & multis aliis in locis per totam diſt.38.ca.pœnitentes. diſt. 55. Quin imò qui clericalem illiterato contulerit tonſuram, poteſtate conferendi per totum annum priuatur.cap.ſi.de tẽp. ord. Amotus eſt quidam epiſcopus Calinenſis, qui ſe profitebatur, nec Grammaticam didiciſſe, nec Donatum perlegiſſe.cap. vlt.de ætate & qual. In ſumma, quoad eccleſiaſticos attinet, Eccleſia ad ſui regimen maximè literatis viris indiget: nam vbi gubernaculum diſciplinæ cõtemnitur, reſtat vt religio naufragetur.ca.cum ex eo.de elec.in 6.c.2.de ſtatu monach.in clem. Vnde & circa ſublimes & literatas perſonas, quę maioribus beneficiis ſunt honorandę, cum ratio poſtulauerit, per ſedem apoſtolicam diſpenſatur.ca.de multa.de præb. & dig.l.ad beſtias. & ibi notatur de pœnis. Qui pleniorem Dei ſcientiam accipiunt, & plenius diuinis imbuti ſunt diſciplinis, etiamſi malum faciunt, coram Domino faciunt & continuò ad pœnitentiam properant ſecundùm gratiam Dei. ca. & venit. de pœnit. diſtinct. 1. *Senex à iuuene*, inquit Auguſtinus, *& epiſcopus tot annorum à collega necdum anniculo paratus ſum doceri, quomodo poſſum Deo vel hominibus iuſtam reddere rationem*.can.ſi haberes.24.quæſt.3. Iulianus de ſe dicit vſque ad 78. ætatis annum diſcendi cupiditatem optimam viuendi rationem duxiſſe.l.apud Iulianum.de fideic. libert. allegans illud Pomponij: K' ἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω

Scientia in Eccleſiaſticis maximè requiritur.

ἐχῶ προσμαθεῖν τί βουλοίμην. De quo alias mentionem fecimus. Itémq; de doctrina aliorum. ſ: in ti. de ſuo & alieno. c. 6. Quantùm verò ad officium doctrinæ, ſeu diſciplinæ, veritas prius tacendo diſcitur, & poſteà loquendo prædicatur: vt eleganter cum multis authoritatibus probatur, in can. qui ecclaſiaſticis. diſt. 36. Oportet autem ab eo ſcientiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundùm veritatem ſibi traditam ſeruat, vt & ipſe poſſit, quàm rectè ſuſceperit, competenter aſſerere, & rurſus alios edocere. can. relatum. diſtinction. 37. Ille non excuſatur, qui habens à quo diſceret operam non dedit, ſed qui quod diſceret, non inuenit. can. fin. eadem diſtinct. Itaque nemo ad ſummum in Eccleſia gradum niſi per ordines aſcendat, nec antequam diſciplinatus limen attingat, regiminis locum occupet, & diſcere ab aliis incipiat: non docere. can. hoc ad nos. & can. fin. diſt. 59. cap. 2. de magiſt. in clem. Oportet Chriſtianos præcipuè, qui ad clerum Dei vocantur, imbutos eſſe bonis artibus, atque diſciplinis, quo facilius doctores in eis prouentum faciant, atque variis linguis errantes ad Chriſtianiſmum reducant: omnia enim promuntur inaniter vacuáq; redeunt, ſi aurib. per linguam loquentis ignorantium proferantur. c. 1. eod. tit. Ea propter ex clero aliqui docibiles ad ſtudia Theologiæ à prelatis deſtinentur, ex quib. poſtmodum copia poſſit haberi doctorũ, qui velut ſtellę in perpetuas ęternitates mãſuri ad iuſtitiam valeãt plurimos erudire. c. fi. e. ti. in

Quomodò ſcientiam oporteat quęrere.

Egregia & Chriſtiana ſententia. antiquis. Egregia eſt & verè Chriſtiana ſententia in cap. 1. de ſumma trin. & fide Cath. *Sancta Trinitas*, inquit, *ſecundum communem eſſentiam indiuidua & ſecũdum perſonales proprietates diſcreta, primo per Moyſem & ſanctos Prophetas aliósque famulos ſuos iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Tandem verò Ieſus Chriſtus vna in duabus naturis perſona, hominis ſcilicet & Dei, viam veritatis & vitæ manifeſtius demonſtrauit.* Sed quia hæc ad Deum eiuſque cognitionem *Subtilis Hier. allegoria.* ſpectant, ad Theologos remittamus. Subtilis eſt allegoria Hier. in can fin. diſt. 83. *Sicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat & non lauatur, ita bona doctrina per malum doctorem animas credentium, lauat à ſordibus peccatorum.* Pro meritis autem ſubditorum diſponitur à Deo vita rectorum. can. 2. 2. q. 7. Nec ipſe te doceas, inquit idem Hieron. nec abſque doctore ingrediaris viam, quam nunquam ingreſſus es. can. ſi clericatus. 16. quæſt. 1. in magiſtrum enim aſſumi nõ debet qui diſcipuli formam non aſſumpſit, nec eſt præficiendus qui ſubeſſe non nouit. cap. cum in magiſtrum. de election. Doctorem oportet pro ingenio diſcẽtium ſemetipſum aptare. can. oportet. 8. quæſt. 1. Quoad re- *Priuilegia & fauores ſtudentium.* rum temporalium diſciplinam, multa ſcholaribus & ſtudioſis artium, præcipuè diuinarum ac ſacrarum legum priuilegia indulgentur, quorum ſcientia totus illuminatur orbis. auth. habita. & ibi fuſiſſimè tractant doctores Cod. ne filius pro patre. Philoſophantes ſe vtiles

atq

atque frequentes per eandem ſtudiorum ſectã Reip.præbent. Ideóque vacationem tutelarum & munerum corporalium habent:nó quæ ſumptus deſiderant. Nam cum pecuniam contemnant, eius cupidine retinendæ inuitati, fictam ſuam adſeuerationem detegũt. l.10 honoribus. de muner.& hon. Cæterùm philoſophiam iuriſprudẽtiæ multùm adferre, copioſe docet Albertus Pius in lib. de monitis Theologicis.

At verò interdũ aliqua neſcire melius eſt, quàm ſcire. can. quamuis errare diſt. 38. Nam portentis & Magicis artibus per diabolicã fallaciam illuditur curioſitas humana, quando id impudẽter appetunt ſcire, quod nulla ratione competit eis inueſtigare, can. nec mirum 26. quæſt.5. Par eſt culpa prohibita diſcere quàm docere. l. culpa. C. de malef.& math. Ita diſcretum oportet eſſe doctorem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat can.pr.diſt. 43. vbi & per totam diſt. officia & munera veri doctoris enarrat. Inferiorum culpæ in eum refunduntur, qui docẽdi officium accepit, quod exequi neſcit vel negligit. can.pr.& 2.diſt.36. Item cuius vita deſpicitur, neceſſe eſt, vt ſcientia quoque contemnatur. Ideóque doctor non ſolùm verbis, ſed & operibus bonis & proba vita abundare debet. cap.pr.verſ.grandis.de priuil. In extra.commu. Item licet deſiderium intelligendi diuinas Scripturas in nomine reprehendatur, imò commẽdetur, tamen prædicatoris aut doctoris officiũ, niſi ſacerdoti & miſſo ab Eccleſia, nemini attribuitur, cap. cum ex iniuncto. de hæreticis. *Exceptiones & intellectus regulæ.*

Quod

Quod tamen amplius explicandum Theologis relinquo.

In Tit. de Generatione, Corruptione,& Reſtauratione,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cōtinuatio. *Generalis eſt regula apud Philoſophos, vt quicquid habuit ortus initium, id ipſum quoque finem & interitum habere oporteat. Itaque cùm de perſonarum, rerum, iurium & actionum ſubſtātia & natura priùs dixerimus, ſupereſt vt de modo generandi, extinguendi, & reſtituendi ſiue reſtaurandi tractemus. Aduertendum tamen eſt non ſolùm Ethnicos, qui in tenebris cum quadā veritatis opinione vixerūt, verùm etiā eos, quibus lux ſalubrior Chriſtianæ claritatis affulſit, illos tres terminos in omnibus ſubiectis ſtudioſè notaſſe: ſed quantum ad homines attinet, diuerſa & inæquali ratione.* (Tres termini ab omnibus ſtudioſè notatis, ſed diuerſa ratione.) *Extat pulchra commendatio boni viri apud Heſiodum, dum ait:*

Ὃς ἔλαθε θνητῶν τε βιώσκων τε.

Quod Horatius his verbis expreſſit:

Qui viuens moriénſque fefellit.

Imò & bonorum miſeram & luctuoſam vitam, mortem verò ſempiterni gaudij plenam eſſe, Plato in Phædone, & poſt eum Cicero in ſomnio Scipionis exiſtimant. Nos autē eius qui omnia creauit, omnia fouet atque conſeruat, nihilque ignorans de iis quæ ad ſalutem hominum conſeruandam pertinent, nec ignorare nos voluit, ſaniori & pleniori diſcip

diſciplina eruditi, bene atque Chriſtiana fide & pietate viuentium fœlicem natiuitatem, & vitæ curſum, fœliciorem exitum in Domino, ſed longè omnium fœliciſſimā ἀνάςασιν credimus: per quam nimirum exemplo Chriſti tanquam à graui ſomno excitati, æternam vitam & regni cæleſtis immarceſſibilem gloriam poſſidebunt. In aliis rebus humanis (nam de immortalibus non loquor) ſymbolum quoddam inter generationem & corruptionem, & neceſſitudo cohærentiæ eſſe videntur: teſte Daldiano in ſomniorum interpretatione, quemadmodum infrà hoc titulo, ſpecialiter exponemus. Quod quidem ita ſe habet, vt quod de vno dicitur, ad aliud rectè protrahatur. Reſtitutio ſiue reſtauratio iuxta id quod Philoſophi dicunt, De priuatione ad habitum non dari regreſſum., *vix & ſumma cum difficultate fieri poteſt: non certè quoad rei veritatem, ſed quantum cauſſarum & effectus iuris ratio patitur.*

Chriſtianorum fides & ſpes longè firmior.

Symbolum inter generationē & corruptionem.

Reſtauratio quomodo fit.

De Generatione, Corruptione, & Reſtauratione, Tit. xj.

CAP. I.

QVo genere aliquid fit & connectitur, eodem ſæpiùs corrumpitur & infirmatur.] l. nihil tam naturale. 36. l. omnia. 101. l. ferè. 196. de regulis iuris. cap. 1. eodem titulo in antiquis. Nam omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Exemplum in matrimonio. can. omnis. 27. quæſtio. 2. Vt ecce: Verbis obligatio contracta eſt

Ratio cum exemplis.

eſt,aut nudo conſenſu. eadem verbis in cõtrarium actis ſiue nudo conſenſu tolletur. §.Item per acceptilationem.§.fin.Inſt. Quib.mod.coll. obl.l.verborum.l.prout.l.Stichum.§. naturalis. de ſolut.l.ſi diuerſa. C.de tranſact. Et è contra non poteſt verbis tolli, quod verbis cõtractum non eſt.l.an inutilis.§.pr.in fine de acceptil. Aliud exemplum in poſſeſſione,quæ ſicut non poteſt acquiri niſi corpore & animo,ita nec amitti.l.3.§.in amittenda.l.quemadmodum.de acqu. poſſ. Facit etiam ad regulam.l. ab emptione. de pactis.l.pr.Pro derelicto.l. vtrum.de verb. obl. Auth.è cõtra.C.de repud.l.vlt.de verb.ſig.Notabilis Gl.in l.pr. §.ſi parens. Si à parente quis manu.l.ſi puellæ.de ſponſal. l. legata. §.quibus. de adim.legat.l.2.C.de remiſſ.pig. Secunda ratio pendet ex illo theoremate, quod ſuprà poſitum eſt in tit.de contrariis: *Contrariorum eadẽ eſt ratio atque diſciplina.* Vnde eorum quæ inter homines agũtur,quicquid ligatur, ſolubile eſt: §.pr.Auth.de nup.coll.4.vt in præfatione tetigi.Sicut eo modo vinculum obligationis tollitur, quo quæri ſolet, ita non debet ignoranti tolli poſſeſſio,quæ ſolo animo retinetur. l. quãuis de acq.poſſ. Quin amplius cuius eſt potentia creandi, eius vtique verbo ad melius procreantur,& in nouas mutãtur naturas. can. re-uera.can.trum de conſecrat. diſt.2.

Alia ratio.

Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.

Quod autem dictum eſt,conſenſu contractũ, contrariæ voluntatis adminiculo diſſolui,intelligitur ſi res eſt adhuc integra: nõ autem ſecus. l.pr.& ibi notant doctores.C.Quando liceat ab

Intellectus & diſtinctiones regulæ.

emp.

emp. diſce. Item fallit regula in ſpiritualibus, veluti in matrimonio, cuius ſolutionem difficiliorem eſſe quàm celebrationem fauor impedit liberorum. l. fin. C. de nup. l. fin. C. ad Vellei. l. cõſenſu. C. de repud. Spiritualia enim facilè coaleſcunt, & vix reſoluuntur: quia Deus ea ſuo iudicio reſeruauit. §. ſi is qui. inſt. de eo cui liber. cauſa. §. ſacræ. Inſt. de rer. diuiſ. cap. inter corporalia. de tranſlat. epiſc. Et facilius diſſoluuntur corporalia, quàm incorporalia, vt notat Gl. in l. 2. Pro ſocio. Exemplum in epiſcopo, qui ſacerdotibus ac miniſtris ſolus honorẽ dare poteſt: ſolus auferre non poteſt. can. fin. diſtinct. 67. Item in ſummo pontifice, cuius electio à Cardinalibus & religioſis clericis fieri debet: eiectio verò diuino iudicio reſeruatur. can. ſi tranſitus. in fine cum can. ſeq. diſt. 79. Non lõgè diuerſus eſt ab hoc titulus, quem ſuprà poſui de principio, fine, & medio, vnde ſi qua hîc adſcribenda deeſſe videbuntur, reſumi & repeti poterunt.

Hinc procedit ſubregula: *Symbolizatio quædam eſt natiuitatis ad mortẽ.* veluti cui communicatur viuo, communicatur etiam defuncto, & ex conuerſo negatiuè. can. 2. can. ſanè. 34. qu. 2. cap. ex parte. & ſeq. de ſepul. Iſtud tamen aliquando fallit: quando videlicet etiamſi communicatum non fuerit, communicandum illi fuiſſet, quem non contemptus religionis, ſed neceſſitatis articulus impediuit. Singularis textus in cap. à nobis. de ſen. exc.

Subregula Symbolizatio eſt natiuitatis ad mortem.

Exceptio.

CAP. II.

INtereſt maximè animos hominum non corrum

rumpi.] Maximè eorum quos in poteſtate habemus.l.vt tantùm,de ſeruo corru. Huc pertinent tituli.D.& C. de corruptelis. Deteriores ſunt, qui vitam bonorum moréſque corrumpunt iis quî ſubſtantiam aliorum & prædia diripiunt:nam hi aduerſus bona,illi aduerſus nos armantur. can.ex merito.can. deteriores. 6.qu. pr. Quin & ſi res inanimata deterior reddatur, poteſt dici dolo malo redditam non eſſe. l. 1. §. an in pupillum.depoſiti. Idem etiam de iudicibus prædicitur:Bonis malè vtuntur,qui pro tẽporali lucro iuſtè iudicant. Acceptio enim nũmorum præuaricatio veritatis eſt. can. qui rectè.11.qu.3. Atque vtinam ne iſtud in Gallia,& aliis quibuſdam prouinciis magno iuſtitiæ malo & infauſta temporum calamitate obrepſiſſet.Citò violatur auro iuſtitia, nullámque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat.can.pauper.eadem qu. Corruptorem & receptatorem par pœna conſtringit.can.deuotam.27.qu. pr. Corrumpitur etiam aut violatur fides,& religio teſtium,qui primi ſunt iudices: ideóque in his audiendis maxima ſolennitas adhibetur.

Paraphraſes regulæ multis exẽplis & iuribus comprobatæ. Egregiæ ſententiæ de iuſtitia.

Corruptio fit multis modis.

Corruptio autem fit multis modis:Precibus, fauore,nummis,potentia,conſortio, & ſimilibus. Corrumpunt quippe bonos mores praua conſortia,vt inquit Paulus Apoſtolus,& Iuriſconſultus in l.ædiles.§.hoc autem. de ædil.edicto. De aliis modis tractauimus in ſuis titulis ſeparatim. Porrò de vitiatione actus ſiue rei, vide quæ diximus in tit. de confir. valid. & innalid

ualid. Lata eſt enim,& apud nos,& apud Grammaticos,inter has duas dictiones differentia.

CAP. III.

MOrte ſeu interitu omnia finiuntur.] l. aliam.de nouat.l.ſi Stichum.§.fi.de verbor. oblig.l.4. Locati.l.mandatum.C.mandati. Mors enim,ſicut vltima rerum linea,omnia iura reſoluit.§. vlt. Auth.de non elig. ſecun.nub. coll.pr.§.deinceps. &ibi Gl. Authent.de nupt. coll.4.§.ſoluitur.inſt.de ſocietate. l. cum ſtipulatus ſim,de verb.obl. Quod latiſſimè declaratur à Medicæo ſui tractatus parte tertia. Facit ad regulam l. vlt.Ad legem Iul.maieſt. can. vlt. 22.quæſt.2.cap. cum Marthæ. de celeb. miſſa. l. centeſimis.§.vlt.de verb.oblig.l.ſicut. §.venditione.Quib.mod.pig.vel hypo.l.pr.C.de ſacroſanct.eccleſ.l. cum hic ſtatus.§.pœnitentiam. de donat.inter vir.& vxo. Poſtquam de corruptione animorum ſuperiori cap.diximus, nõ erit abſonum ſubſequenter de corruptione corporum,rerum,iurium,& actionũ pauca diſſerere.Quia igitur voluntas morte finem ſuum cõſequitur.l.vxorem.§.Scæuola.de legat.3.conſequens eſt omnia, quæ à voluntate dependent. morte finiri. Vnde crimẽ cum pœna morte extinguitur.l.in heredem.de calum.toto tit. Quæ crim.morte extin.C.l.pr.& 2. C. Si reus vel accuſa.mort.fuerit.Nemo enim iam poſt mortem poteſt peccare.can.Spiritus ſanctus, de cõſecr. diſt.5. A mortuo perit confeſſio ſicut ab eo qui non eſt,can.conuertimini.de pœnit.diſt. pr. Et ſententia lata cõtra mortuũ eſt ipſo iure nulla.

Alia ratio.

Paraphraſes regulæ per varia exempla & rationes cõfirmatæ.

l.In

l.In ſumma.§.fin.de re iudic.Nemo item poteſt liberari poſt mortem ſuam videri. l.qui libertinus.de op.lib. Ideóque legata & fideicommiſſa in tempus mortis conferuntur : l. 2. de auro & arg.leg.Mors domini interueniens afficit ſeruũ præpoſitum,vt etiamſi ignoret, nihil agat,cap. dudum.in fine.de præb.& dig.in 6. Et vice verſa morte ſerui finitur euictio.l.ſi quis tibi.C.de euict. Certum eſt morte finiri mandatum conſulendi aliquem , cùm poſt mortem conſilium ab eo nequeat peti.cap. vii.§.fin.Ne ſede vacáte.Procuratio finitur morte cõſtituentis etiam nouo iure,quo vtimur,quoad negotia iam cœpta,& cauſas in quibus per ipſum lis fuerit ante mortem huiuſmodi conteſtata. cap. vlt. de procur.in clem. Similiter officium conſeruatorium ipſo iure per obitum concedentis expirat cap.fin.§.fin.de offic.& pot.iud.del. Gratia conceſſa ſub beneplacito morte concedentis finitur.cap.ſi gratioſa.de reſcrip.in 6. Acta noſtra moriendo definita relinquimus , atque idcircò præſcriptio iuris eccleſiarum non incipit: niſi à die mortis epiſcopi qui id conceſſit. Notabilis textus.in can.ſi ſacerdotes.16.quæſt.3. Mala fides ſoluitur morte nec nocet hæredi Alexander conſil.4.nu.pr.Quod latè cum ampliationibus & reſtrictionibus tractatur per Medicẹum in præfato loco.

De interitu rerum inanimatarũ.

Quoad interitum , qui de rebus inanimatis proprie intelligitur , certum eſt interitu certæ ſpeciei ſine culpa aut mora debitorem liberari: Aliàs verò nõ liberari.l.vinum.l.quod te. & ibi not

notant omnes,Si certum petatur. l. ſi alienum. de legat.pr.l.inſulā.l.ſi ex legato cauſa.l. ſi certos.l.ſi Stichus.l.ſi homo. l. ſi ſeruum. de verb. oblig.Secus in debitore quantitatis niſi reſpectu certæ ſpeciei.l.incendium.C.ſi cert.petat.l. Titiæ.§.vlt.de legat.pr. Quod quidē latè declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Praterio. in reg. 439.atq; etiam nos ſuprà leniter attigimus : in tit. de genere & ſpecie. Sed quoniam hæc ſubregula ad materiā moræ magis pertinet,quæ ſpecialis eſt, & à doctoribus in prædictis locis abundè tractata fuit, ideò de illa finem dicendi faciam.

Interitu certæ ſpeciei ſine culpa aut mora debitorē liberari.

Multæ ſunt exceptiones, reſtrictiones & diſtinctiones iſtius regulæ.Primùm enim quod dictum eſt crimen morte extingui, de morte naturali intelligitur,non de ciuili, quia ibi ſecus. l.ex ea parte.§.in inſulam.de verb.obl.*Item pœnæ omnes morte delinquentis expirant*, niſi atrocius delictū memoriam ipſius damnari iubeat, & aliquando filios puniri. l. 2. & toto tit. C. Si reus vel accu.mort.l.ex iudiciorum.de accuſat. veluti poſt mortem crimen læſæ maieſtatis exquiritur.Nam & conuicti memoria damnatur, & bona ſucceſſori eripiuntur:iubentur filij perpetua egeſtate laborare, vt mors ſit eis ſolatiū & vita ſupplicium.l. quiſquis.§.1.l.pen.& fin.C. ad leg.Iul.maieſt. Idem eſt in crimine perduellionatus.l.fin.D.illo tit.§.interdum.Inſt.de her. quæ ab inteſt. vt Cicero quoque teſtatur in oratione pro C.Rabirio.Item excipiuntur crimina enumerata in l. in Senatuſconſultum. §. ſi

Exceptiones & reſtrictiones primariæ regulæ.

Pœnæ morte delinquentis expirant.

Exceptiones iſtius ſubregulæ.

propter mortem. ad Turpil. Iſta etiam ſubregula latè declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus per Medi[illegible]æùm reg.6. Petrũ Duénam reg.173. & Damaſum reg. 89. Item morte hæretici pœna quædam ſublata eſt corporis, ſed non cõfiſcationis bonorum. cap.accuſatus. §.ſi verò.& §.ſeq.de hæret. in 6.Item morte rei crimine extincto,perſecutio tamen eorum quę ſcelere acquiſita fiſco probari poſſunt,fiſco cõpetit.pulchra.l. Lucius Titius. de iure fiſci. Et cauſa appellationis poſteà agenda erit per eos, ad quos emolumentum ſucceſſionis pertinet.l. vn.Si pendẽte appellat.mors interue. Item extinguitur crimen morte niſi aliud dictum fuerit.l.3.C.illo tit. Item quibus viuis non commũnicauimus, nec mortuis etiam communicare debemus,vt ſuprà in primo ca.huius tituli probauimus.Quod ſane de vltione canonica ſecũdùm fidei vnitatem & participationem intelligitur; Alioqui legitur D. Auguſtinus pro Traiano,vt optimo principe Deum oraſſe. Ad hæc officium inquiſitionis fidei etiam poſt obitum committentis in negotiis nondum cœptis perdurat.Idque fauore fidei.can.ne aliquid.de hæret.in 6. Quin & data licentia ab epiſcopo audiendi confeſſiones morte ipſius non terminatur.cap.pr.verſic.datam.de priuil.in extra.com. Legatorum à latere qui habent ordinariam poteſtatem morte Papæ facultas non expirat. ca. 2.de officio legâti.in 6.Quod indiſtinctè tamen non accipitur, vt ibi notatur. Poteſtas iudicis ſubdelegati poſt litem conteſtatam morte delegan.

gantis non finitur. Singularis textus in cap. relatum. de offi.& poc. iud. deleg. Nec etiam poſtquam vti cœperit iuriſdictione. cap. licet vndique. eod. tit. Vnde colligitur diſtinctio, quę hãc regulam diſertè explicat : vt ſcilicet non expiret iudicis poteſtas ex quo res integra non eſt. cap. ſi delegatus. & ibi latè tractant Doctores illo titulo. Sicut & mandatum. §. rectè inſtit. de mandato. cap. 3. de officio legati. Sed tunc tutius eſt nouas reſcripti literas obtinere, ſicut & de procuratore ſupra expoſuimus. Si autem integra res ſit, expirat regulariter. Tamen etiam hoc caſu ſicut gratia non perimitur concedentis morte, ita non perit executoribus eius data poteſtas. Ratio, quia ſemel facta gratia negotium conſummatum eſt. cap. ſi ſuper gratia. de offic.& poc. iud. dele. Quod de gratia ſeu indulto ex motu proprio conceſſo intelligendum eſt, vbi etiam ita ſubdiſtinguitur, gratia ſpecialis morte concedentis non expirat, quando eſt facta in fauorem mandatarij : ſecus, ſi in fauorem certæ perſonæ. Expreſse probatur in cap. ſi cui nulla. & ibi gloſſ. de præb. & dig. in 6. Item fallit regula fauore libertatis. l. ſi pater. de manu. vindicta. Quamuis etiam eodem fauore cœpta retractationis ſententia morte extinguantur. l. pr. in fin. prin. Ne de ſtatu defun. *Pulchra diſtinctio.*

CAP. IIII.

MOrs omnib. certa, incertũ illius punctũ.] l. pr. de condit. & dem. l. nõ moriturum. C. de contr. & com. ſtip. Hæc. n. Deus iudicio *Ratio.*

Explanatio regulæ per diuerſa ſchemata.

ſuo reſeruauit. can. idcircò. de pœnit. diſt. 7. Quamobrem notandus eſt caſus, vbi quis viuit tanquam ingenuus: moritur vt libertus. l. 3. de bonis lib. Nec medici poſſunt aliquem à mortuis ſuſcitare, aut verò mortem expellere. can. conuertimini. de pœnit. diſt. pr. incertus fortunæ exitus quoad vitam hominis facit, vt donatio animæ quantitatis ad vitam pro pluribus donationibus habeatur, nec actis indigeat. l. ſancimus. §. fin. C. de donat. Quia propter breuē hominum vitam teſtes de viſu deponere nō valerent, vſque ad gradum ſeptimum computando, teſtes de auditu in materia conſanguinitatis non admittuntur, cùm quartum gradū prohibitio non excedat. cap. licet ex quadam. de teſtib. Atque idcircò mors quæ diſſoluit tātùm animam à corpore, non eſt formidanda, vt paſſim legitur, tam apud Theologos quàm Philoſophos. can. ea vindicta. 23. quæſt. 4. Licet communiter, quantum ad mundanam affectionem ſpectat, dicatur, vltimum terribilium eſſe mortem. l. vlt. de pœnis. Et in omnibus humanæ vitæ caſibus mortis periculum metui poſſit. l. Senatus. §. mortis. de donat. cauſa mor.

Intellectus regulæ.

At verò conſeruationi vitæ humanæ quammaximè ſtudendū eſt. l. vn. §. vlt. de donat. Quia etſi certiſſimè ſciamus neminem vltra terminū à Deo præfixum eſſe victurum, omnibus tamen languentibus non incōgruè medemur. can. vaſis. in fine. 23. quæſt. 4. Timendum eſt: ne langoris prouentu robore ſalutis humanæ natura priuetur. can. nihil contra. 7. qu. pr. Funeſtam vocē

pot

potiùs interdici quàm exaudiri oportet. can. placuit eorum.2.quæſt.7.Cuius famæ parcitur, multò magis vitæ. l. ſi adulterium cum inceſtu. §.ſi.ad legem Iul.de adult. Ignoſcendum eſt ei, qui quoquomodo potuit, ſanguinẽ ſuum redemit.l.pr.de bonis eorum qui ſibi mortem conſci.Et è conuerſo,ſi hominem egentem non paueris,necare videris. l. vel necare.de lib. agno. can.3.diſt.86.Multò magis qui expoſuit ſeruum libertum,aut verò filium ſiue cognatum,priuãdus eſt iure, quod in eius ſucceſſione habet. Nec enim ſuum dicere poteſt; quem pereũtem contempſit.l.2.C.de infan.expo.

Votum captãdæ mortis alienæ tollitur.

Tollenda eſt itaque quantum fieri poſſit, ſuſpicio & votum captandæ mortis alienæ. l. fin. C.de pactis.l.de fideicommiſſo. C.de tranſ.l.ex eo.C.de inutil.ſtipul.l. Cicero.de pœnis. l.conuenire.de pactis dot.§. ſin autem inſt. de pupil. cap.2. ca.nulla.de conceſſ.præ.Ea fuit cauſa Macedoniani. S. C. cùm ſæpe onerati filiifam. ære alieno;quod in luxuriam conſumpſerant, vitæ parentum inſidiabantur.§.ſin.inſtit.Quod cum eo.Educandus eſt pupillus eo loco quo ſit extra ſuſpicionem vindicandæ per illius necem ſucceſſionis.l.pr.vbi pup.educari.l.2.C.illo tit.Improbantur quoque pacta de ſucceſſione viuentis,niſi ipſe cõſentiat, vel niſi illud pactũ tueatur ius ſuccedendi, quod alter habebat quæſitum, vt in filio.l.ſtipulatio hoc modo.& ibi notatur.de verb.ob.l.qui ſuperſtitis.de acqu. her. facit l. 2. §.interdum. & ibi Gloſſa de vulgari l. pr.§.ſi impuberis.de collat. l. pactum dotali.C.

Donationes omnium bonorum an valeant. de pactis.l.hereditas.C. de pactis cõuen. l.quidam.de donat.l.ſi maiores. C. de tranſact. Nec donationes omnium bonorum ſiue alia pacta olim ſuſtinebantur niſi de aliqua parte aut de præſentibus tantùm bonis, vt notat Benedictus in cap. Raynutius verbo, habens duas filias num.195.de teſta.Hodie tamen valent,vſufructu & modico teſtandi gratia retento. Tractatur in l.ſi quis argentum. §.ſed & ſi quis. C. de donat. Eadem quoque ratione prohibitum eſt impetrare beneficium viuentis, nec valet mandatum de certo beneficio vel perſonatu vacaturo obtentum cap.ne captandæ. cap.vlt. de conceſſ.præb.can.tranſitus, diſt.79. Nouiſſimè ſciendum eſt eum credi viuere,cuius mors non fuerit probata.l.ſed ſi mors.de donat.inter vir. & vxor.l.nec nos. C.de poſtl. reuer.l.vxor.C.de repud.vt plenius exponitur per Riſuicium.

CAP. V.

Res ſemel perempta nunquam reuiuiſcit.] l qui res.§.pr.& §.aream.de ſolut.l.2.§. fin. de cap.dim.l.ſi tibi fundi. quib.mod.vſufr. amitt.l.ſi quis ædes. de ſeruit. vrb. præd. l.doli verbum.in fine,de ſeruo corrupt. l.ſi pro parte. §.Idem quærit ſi in rem. de in rem verſo. l. habere licere. de euict. l. ſtipulationem. l.licet. de iure dot. *Rationes.* Ratio eſt:nam,vt Philoſophi dicunt: *De priuatione ad habitum non datur regreſſus:* alia eſt ratio à Philoſophia deprompta ex abſurdo:quia vna & eadem cauſa & liberandi & obligandi eſſet,quod aut dari nõ poſſit, aut ſimul dari

dari poſſit.l.inter ſtipulãtem.§. ſacram.de verb. oblig. Faciunt etiam ad regulam inſequentia iura:l.ob eam cauſam.de præſ.ver.vbi Gloſſa allegat contrarium textum. in l. ſi quis accepto. de condict. ob cauſam. Item l.deducta.ad Trebel.l.poſtquam liti.C.de pactis.l.palàm. de ritu nupt.l.3. §. Nerua.de acquir.poſſ.l.actione.C.de tranſact.l.cum ex cauſa.C.de remiſſ.pign.§.vlt. Inſt.de cap.dim.§.non omnes inſt.de nup.l.fin. de pactis.§.ſi is qui.Inſt.de eo cui libertatis cau ſa.l.ſi filiusfam.de milit.teſta.l.ſi ſeruus.§.ſeruo legato.de adim.leg.l.ſi is qui pro emptore. & ibi notatur de vſucap.

Paraphraſes regulæ multis exẽplis ornatæ.

Incompetens eſt quæ bene excluſa ſunt,rurſus ad remp.reuocare.§. & nos nõ latuit Auth. Quib.mod.nat.effic.ſui coll.6.l.ſi quis in fin. C. de reb.cred.l.nemo clericus.in prin. C. de ſumma Trinit.l. Gracchus. C. ad leg. Iul.de adult. Quando ipſa ſubſtantia debiti extinguitur,non reſtauratur.l.fideicommiſſ.§.ſi rem ſuam.de legat.3.Semel confuſæ aut peremptæ obligationes non reſuſcitantur. l.eius qui delatorem. §. fin. de iure fiſci. Quæ iam vel iudiciali ſententia ſopita ſunt, vel amicabili ſopita pacto, hæc reſuſcitari nullo modo volumus. l. 2. ver.leges. C.de veteri iure enucl.l.ad ſolutionem.C.de re iud.iniuria quæ ſemel diſſimulatione aboleuit, aut remiſſa eſt,ex pœnitẽtia non põterit poſtea recoli.l.non ſolùm in prin.l.ſed ſi vnius. §.Prætor ait. de iniuriis. Etiamſi ficta & præſumpta fuit abolitio.l.ſi vxor.§.fin. ad leg. Iul.de adult. Poſt abolitionẽ idem crimen ab eodẽ in eundẽ

inſtaurari non poteſt: licet repeti intra ſtatutū tempus poſſit.l.mulier.in 2.reſponſo.& ibi Glo. l.ſi quis repetere.l. aut priuatim. §. abolitione. ad Turpil.can.ſi illic.23.qu.4.Sed de abolitione intellige publica, quæ fit cum cauſæ cognitione:Nam ſecus regula locum non habet.l.fin. in fine.D.illo tit. vel niſi ex cauſa id à principe ſit conceſſum.l.pr.C.de abolit. Poſthumo pręterito,quamuis natus illicò deceſſerit,non reſtituitur ruptum ſemel teſtamentum: idque fit in fauorem liberorum.l.2.& 3.C.de poſth. hær. inſt. Poſt lapſum in priſtinum ſtatum reuerti difficile eſt.can.quicunque. & cap.ſeq.diſtin.50.Quicunque de pontificali ordine & habitu ad monachatum deſcenderit, cauſa humilitatis aut pœnitentiæ vlteriùs non poteſt ad epiſcopatū reuerti.can. hoc nequaquam. 7. quæſt.1.Semel facta diſpenſatio poſteriorum literarum intuitu non debet irritari. cap. ex tua nobis. & ibi gloſ.de fil.presbyt.Non poteſt Dei ſemel ſpiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, vt obligatio quæ ſoluta eſt, iterum contrahatur: quod tamen de beneficiis ſpiritualibus eſt intelligendum, quæ iuris regulis non ſunt obnoxia. can. quæris à me. de conſecrat. diſtinctione 4.

Expoſitiones. Hinc tamen excipitur,quod fit diuino priuilegio contra naturā:qualis eſt reſurrectio Chriſti & noſtra ad eius exemplum: de qua ſuprà in præfatione verba feci. Aut verò ſpeciali legis priuilegio. l.ſi is qui Stichum. §. quod dicitur. de iure dot. Alij ſunt caſus limitatiui & ſingul

gulares in l.licet. verſ. ſecundum quæ. de iure dot. Item in l.2.§.fin.ſi ex notali cauſa.& l.ſi v-nus.§.pactus ne peteret.l.ſi.de pact. vbi res facile ad ſuam naturam tranſit: Sed ita,cùm non ipſo iure ſublata eſt actio, ſed tantùm ope exceptionis.Facit §.cum ex aliena.inſt. de rer. diuiſ.c.ab exordio.diſt.35. Nam facilius actus renouatur quàm omninò pereat. l. vel vniuerſorum.de pig.act.l.in rebus.§.vlt.de precario. l.item quæritur. §. qui impleto. l. qui ad certum locati.Fallit etiam in themate.l.legatum eſt.§.vl.de legat. 1. l. voluntate. circa fin.quib.mod. pig.vel hypot.l.cum filius.§.dominus. de legat. 2.l.Papinianus.de ſeruitu.& in Auth. ſi ſeruus. Auth.ſeruis.C.de epiſc.& cler.Item publicę vtilitatis gratia.§.1.Auth.de fideiuſſ.coll.1. Item fauore libertatis.l.ſtatuliberũ.§.fi.de ſtatul.Itẽ in iis quæ reſtituuntur iure poſtliminij. §.poſtliminium.inſtit.quib.mod.ius pat.pot. l.ſi cum quis.§.fi.de furt.Item licet confuſa ſit actio,tamen redintegratur actio propter bonæ fidei poſſeſſionem.l. heredem. de his quæ vt indig. Secus ſi culpa heredis interuenerit.vt in d.l.heredem.primo reſponſo.& l.eum qui. §.1.eod.ti. Item non habet locum regula,quando res non omnino extincta & perempta eſt, ſed duntaxat pendet ſiue ceſſat, ſicuti exemplis ſatis dilucidè apparet in d. l. qui res.in prin.& §.aream.de ſolut.Item pulcher eſt caſus, vbi, reſtituitur actio aduerſus patrem quæ perierat.l.ſi paternã. l.ſi mulier.C.ad Velleian.Sed magis tunc inſtituitur denuò quàm reſtituitur,vt apertè declarat

rat. l. quamuis. §.ſi cum eſſem.D.illo tit. Nam inſtauratur noua actio, non autem perempta reſtauratur.l.2.C.ſi aduerſ.tranſact.

Diſtinctiones. Item actio ſemel extincta ſolutione cedi nõ poteſt niſi ſpecialiter reſeruetur. l. 1.C.de contra.iud. tut. Illud autem eſt de veteris iuris rigore: noſtris temporibus in contrarium vſus frequens inualuit. iuxta l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio C. Mandati.qua de cauſa etiam rerũ quæ ſemel fiſco per damnationem acquiſitæ ſunt, per indulgentiæ occaſionem prius dominium non integrabitur, niſi id ſpecialiter indulgentia contineatur, vel niſi ad omnia bona fiat reſtitutio.l.1.l.fruſtrà.& toto ferè tit. C. de ſent.paſſis.Item lapſi ſemoti ab eccleſia, & qui propter peccata iubentur deponi,poſt peractã, quæ eis iniuncta eſt,pœnitentiam in priſtinum ſtatum reuocantur, vt in l.diſtin. per totam. & can.quia aliquanti.diſt.82.Nam non debet deſpici,quod fuit malus,quia iam incipit eſſe quod *Aurea ſententia.* non fuit. Aurea ſententia Gregorij in can. ferrum.diſt. l. Elegans eſt quoque in hanc rem.ſimilitudo Ciceronis. lib. de Oratore à ruſticis capta. *Facilius*, inquit, *reuocantur,ſicut in vitibus, ea quæ ſe nimium profuderunt, quàm ſi nihil valet materies noua ſarmenta cultura excitantur.* Vide etiam pulchram diſtinctionem circa hãc regulam quę ſanè eam belliſſime declarat apud Azonem rub.76.

CAP. VI.

Reſtitutio ponit omnia in priſtinum ſtatũ.] l.1.§.qui à me.de vi &vi armata.l.3.ad.Syl-

la. §.ſi plures.inſtitut.de fideiuſſ.l.mulier. C. de ſponſ. ca. ſi epiſcopus.& per totam 3.q.2. Quod latius confirmatur ab Azone rub. 59. Nam reſtituere eſt honoribus, ordini & omnibus cæteris redintegrare.l.1.& ibi gl.C.de ſent.paſſis. Officio iudicis ita fit reſtitutio, vt in omni cauſa eadem ſit conditio actoris, quæ futura eſſet, ſi id de quo quæritur, actum nõ eſſet.l.ſemper. §.in hoc interdicto.Quod vi aut clàm.Reſtitutus in ordinem, eum locum tenet quem primò tenuit:at verò relegatus velut nouus in ordine venit.l.2.§.reſtitutus. de decurion. Tantum ad reſtitutionem indulgentia valet, quantum ad correctionem ſententia : vtque deportationis per ſe nomine omnium rerum ſpoliatio continetur, ita indulgentiæ, reſtitutionis bonorum ac dignitatis vno nomine, amiſſorum omnium recuperatio.l.fi.§.fi.C. de ſen. paſſis. Item reficere pro reſtituere interpretatur, aliúdque eſt quam de nouo facere. Nam reficere eſt ad formam priſtinam, iter & actum reducere, hoc eſt ne quis producat, deprimat, aut exageret.l.1.§. ait Prętor.de itinere actúque priuato.Quid autem inter refectionem & purgationem interſit pulchrè explicat.l.1.§.deinde ait Prætor.de riu. Sed quod ita ſanatum eſt, vt in priſtinum ſtatum reduceretur, nunquàm morboſum fuiſſe intelligitur.l.quod ita. de ædil.edicto. Verùm profectò non pœnæ ſed cauſæ fit generaliter reſtitutio eleganter notatur in l. eius qui delatorem. de iure fiſci. Item reſtitutio hæretico pœnitente, id eſt, reuerſo ſatis eſt, vt cõmunicet laic

Ratio.

Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata.

Intellectus exceptiones

laicis,nõ vt honores quos anteà habuerat, recipiat,ne ſcilicet arma retineant, quibus cõtrà nos antè rebellauerunt.can.2.& ferè per totam 1.qu.7. licet quandoque in hereticis reſtitutionem fieri, ſed cum pulchra diſtinctione doceat Cyprianus in can. conuenientibus. ead. quæſt. quæ quidem ad Theologos magis pertinent. Fallit item regula,in ſpecie.l.1.§.ſi re.depoſiti.l. 2. §. & hi. de cap. dimin. l.in rem.§.item.de rei vendic.

In Titulum de Quantitate, & Qualitate.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

Diximus ſuprà ſatis copioſè de iis quæ ad ſubſtantiæ intelligentiam pertinere videbantur. Lubet modò accidentia & in primis quantitatem & qualitatem ſeparatim à ſubſtãtia dignoſcere. Subſtantia ſiquidem rem ipſam ſignificat: Accidens, quod ipſi cohæret. Rurſus & accidentium aliud naturaliter,ideſt,intrinſecus,alind extrinſecus aduenit, vt omnis Logicorum turba poſt Ariſtotelem tenuit. Hæc diuiſio noſtro propoſito aptiſſimè congruit. Quantitas igitur,& qualitas, quæ ſunt potiſſimæ accidentium ſpecies(nam de relatione titulum poſuimus) aut conſiderantur naturaliter & propriè, quòd neceſſario ſubiectum comitentur, & à natura procedunt, veluti ex ſexu, ætate, affectione corporis & animi: aut verò ſeorſim, ita vt à ſubiecto abeſſe poſſint, veluti ex conditio

Accidẽtia intrinſecus alia extrinſecus.

Quantitas & qualitas duplici modò conſiderantur.

ditione, ſtatu, dignitate, elatione, officio, opibus, gratia, & affectionibus extraneis. Quæ ſingula quomodo ſe habeant, quantùm ad iuris noſtri cognitionem particulatim diſcurrendo explicabimus. Porrò definitiones, diuiſiones & proprietates earũ vocum quilibet ex Philoſophorum ſchola repetere poterit: nam ea logicæ artem potiùs quàm noſtram Iuriſprudentiam reſpiciunt. Sufficiet hoc loco ad tyronum demonſtrationem iſtud annotare: Quantitatem maximè in pondere, numero, menſura, & aliis modis, quibus totum in partes diuiditur ὁμογενεῖς verſari: qualitatem verò in habitu ſeu diſpoſitione corporis, aut animi, aut rerum fortunæ, aliiſque quæ partis ἑτερογενεῖς continent. *Quantitas & qualitas in quib. cõſiſtit.*

De Quantitate, & Qualitate, Tit. xij.

CAP. I.

QVantitas in omnibus maxime inſpicitur.] l.quidam.de legat.2. Bartol.in l.1.de leg.2. l.pen.de alim.legat.l.ſi legatum.de annuis legat.Quocircà vulgò dicunt medici: *Qualitas non nocet ſed quantitas*.Item rei quantitas attẽditur in reuocanda donatione facta à prælato. cap.3. de donat. & in muneris oblatione.ca.etſi quæſtiones de Simonia.Facit ad regulam. l.2.§. fin. qui ſatiſd.cog.l.4.§.in eum.de damno infecto. Multa quoque alia in hanc regulam allegat Medicæus reg.5. *Paraphraſes regulæ.*

Aliquando tamen non conſideratur quantitas, ſed modus & rigor. l. 1. §.1.ne quid in flu. *Exceptiões*

pub

pub. nec etiam quantum, id eſt, quam diu, ſed quam bene quis ſtuduerit.l.ſi quis ante.de acq. poſſ. Sed & de quantitate multas alias regulas tradunt & explicant Bernardus Dial. reg. 634. & Medicæus reg.2.5. & 9. Poſtremò notandum eſt quantitatem in iure pro ſumma æſtimatione vel pœna quæ in pacto comprehenſa eſt, aut pro eo quod in litem iuratur accipi. quæ nonnunquàm id quod intereſt excidit: interdùm non excedit iuxta varietatem & naturam contractuum.l.ſi per alium.§.1.ne quis eum qui in ius vocatus. l. 2. §.fin.qui ſatiſd.cog.l.4.§.in eum. de damno infecto.l.vnic.in fin. ſi quis ius dicenti. Vt apparet etiam clarius in titulis de ſententiis quæ pro eo quod intereſt,& quę pro certa quantitate. C. Sed hæc ad materiam ſpecialem eius quod intereſt referemus: quia de gnoſibus generalibus duntaxat tractare decreuimus.

Quantitatis acceptio

CAP. II.

Omnis actus ſecũdum qualitatem perſonæ, rei, vel negotij, de quo agitur, declarandus eſt.] De qualitate perſonæ primò loquitur.l.plenum.§.equitij.de vſu & hab.l.ſi filio.§. incertum.de iniuſto rupto.l.ex militari. de mil. teſt.l.aut facta.de pœnis. §. atrox.inſt.de iniu.l. ſed et ſi ſuſcepit. §. 1. de iudic.l.ſed & ſi quid. §. ſufficienter.de vſuf.Semper enim,vt in epiſtola dedicatoria ſcripſi,quis loquatur & cũ quo loquatur inſpiciendũ eſt.Iuuat hãc reg.l.2.l.quãuis.C.de imp.l.in teſtamento,in pr.C.de milit. teſt.c.ſi pater.de teſt.in 6.§.item lex Iulia. inſt. de pub

Qualitas perſonæ.

Ratio.

de pub. iud. can. de parentela. 35. q. 6. cap. cum in tua. de ſponſa. & mat. cap. et ſi quæſtiones. de Simonia. Cognitio prætoris ex qualitate perſonæ & genere cauſæ ſtatuitur, vt tenet Vlpianus in l. 3. §. Iulianus. de lib. exhib. Qualitas & habitus præſens quoad dignitatem in atrocitate iniuriarum conſideratur: nam talis eſſe præſumitur, in quali habitu reperitur. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. de iniur. cap. ſi iudex laicus. de ſen. exc. in 6. offerente malo ſacrificium, ſi ſumat bonus, tale cuiq; eſt, qualis ipſe fuerit qui accipit. iuxta illud: *Omnia munda mundis.* vt elegāter Auguſtinus notat in ca. docuimus. circa fin. 1. q. 1. Perſonę qualitas limitat generaliter dictam l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Treb. l. 2. C. de ſen. ex breu. recit. hanc regulam latius tractat Medicæus reg. 1.

Paraphraſes regulæ exemplis cōfirmatæ.

Hoc autem de perſona intelligendum eſt, ſi vniformiter qualitas ad perſonas referatur: ſecus ſi difformiter. l. legata inutiliter. §. in legato. de legat. 1. l. ſi legatum. §. cum ita. de legat. 3. Item conditio aut qualitas eius qui ſe in obligationem deduxit ſpectanda eſt, vt cum eo agi poſſit, non autem ſemper actoris. l. ſi ſeruus. de diuer. & tempor. præſ. quod vtique intelligitur de iudicio momentaneæ poſſeſſionis, vbi magnum incommodum non vertitur, vt in l. 1. D. illo titulo. Item res non capit reſtitutionem, cùm quis ſtatum mutat. l. ſi ex cauſa. §. Pomponius. de minor. l. in eum. §. 1. de inſt. act. intellige ſecundùm gloſſ. & Bartolus in dicto §. Pomponius. cùm omninò mutatur ſtatus & qualitas perſo

Diſtinctiones & intellectus.

perſonæ : ſecus in arrogatione, vbi tantum minuitur. l. 3. §. ſi quis minor. de minorib.

Qualitas rei. Intellectus & notabilia.

Qualitas negotij vel rei in primis à iudice diſcuti debet. l. iudices. C. de iudic. Qualitas iúcta verbo intelligitur ſecundùm tempus verbi. l. in delicti. §. ſi extraneum. de nox. act. Angelus conſ. 148. Alexander conſ. 162. quod quidem latè cum ampliationibus & reſtrictionibus declarat Nouellus reg. 103. aduertendum eſt tamẽ, quoties qualitas in aliquo negotio requiritur, ipſa probari debet, vt tenet Io. Andreas in ca. 1. de homicid. idipſum amplius explicatur cum ampliationibus & limitationibus per Scipionẽ Ianuarium. reg. 164. & Bernard. Diam. reg. 632.

CAP. III.

Qualitas qualitati non adiacet.] l. 1. de vſuf. leg. Sic nec vſuræ vſurarum, nec acceſſiones acceſſionum. l. eum qui. §. 1. de his quib. vt indig. non enim eſt ipſius ſubiectum: ſiquidem, vt vulgò dicitur : *Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.* l. ſi ſeruum. §. vlt. de act. empt. Baldus in l. 2. C. de bon. poſſ. contra tab. l. 2. de vſuf. & l. fi. de coll. bon. quod quidem latè cum ampliationibus & reſtrictionibus exponit Medicæus reg. 2. 9. & 10. item & Riſuicius. Vide pulchram qualitatum diſtinctionem apud Bartol. in l. ex facto. num. 1. de vulgari.

Ratio.

In Titulum de Sexu.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Diuina πρόνοια de ſtatu mundi.

CVm diuina illa cura ſeu πρόνοια mũdi & creaturarum ſtatum repentè extinctum iri cerneret

ret, niſi quodam viciſſitudinis vinculo & continua propagine retineretur: ſexum, id eſt, marem & fœminam omnibus creaturis animatis dedit, ex quorum commixtione tanquam ligni cum terra perpetuus ordine ſucceſſiuo ramus enaſcatur, hoc eſt natura animantium in ſe nullam continuitatis iacturam incurreret, ſed ſemper eadem mutatis tãtummodo ſubiectis vigeret. Non autẽ promiſcuum eſſe voluit vſum vtriuſq; ſexus, ſed vnicuique propriũ, & peculiarẽ functionem, ne quod ad conſeruationẽ natura induxerat, ſenſim perturbatione aut confuſione ſpecierũ labefactaretur, vtque vnus ab altero facilius diſcerni poſſet. Quocirca multa inter vtrũque ſexum diſcrimina ſtatuta ſunt, vt ſpecialiter ĩ. notabimus. Virum prius creauit, atque ideò fortiorem, conſtantiorem, & alacriorem (vt ſunt ſemper primi fœtus) rebus gerendis & publicis negotiis capeſcendis præpoſuit: ſubinde effectum eſt, vt fœminæ ab iis remotæ domi familiam pro ſua induſtria & diligentia gubernarent: & illi politicæ, hæ verò œconomicæ vitæ aptiores operam darent. De Hermaphrodytis, id eſt, vtroque ſexu prædítis, propter raritatem nihil certi veteres ſtatuerunt: Iuriſconſulti tamen in negotiis & functionibus vitæ obeundis, vter ſexus potentia & vſu aliũ antecelleret, accuratè inſpiciendũ eſſe dixerũt.

Sexus inſtitutio.

Diſcrimen & vſus ſexuum.

Hermaphrodyti.

De Sexu, Tit. xiij.

CAP. I.

MAſculinum concipit fœmininum, non è contra.] id eſt, intelligitur fœmineum

ſub maſculini vocabulo. l. 1. de verb.ſign.l.qui duos. l. ſeruis legatis. l.luctus. §. quæſitum. de legat.3.l. Lucius.§.Mæuia.& ibi Gloſſ.&Bartolus.l.fi.& ibi gl. ad Treb. l.tres fratres.de pact. l.3.in pr. de neg. geſt. l.1.§.1.de conſtit.pecu.l.ſi quis id quod. de iuriſd.omn.iud. l.mancipia. C. de ſeru. fugit. Ille enim ſexus, velut nobilior, fœmineo præualet, vt probatur toto tit. de eo qui ſibi vel hered. in vſib. feud.& 30.qu.5. Huc etiam refertur.l.deteſtatio.40.§.1. l.patroni.52. l.inter ſtuprum.101.§.vlt.l.liberti.172.l.pronunciatio.195. l.quiſquis.116. l. Herennius. 122.l.illa verba.161.§.vlt.l.pueri.204.de verb.ſig.l.ſi quis ita. de teſt.tut.§.vl.inſt.qui teſtam.tut. dantur. l.ſi ita ſcriptum. §.1.de legat.2.

Ratio.

Exceptiones.

At vero in odioſis non complectitur,cùm odia reſtringi conueniat. l.cum patronus. de op. lib. l.1, ver.quare & ſi ita.de ventre in poſſ.mit. l.cum quidam.de lib.& poſth. Tamen aliquando vir nominatur non reſpectu ſexus, ſed animi virtute: mulier quoque non ſexu corporis, ſed mollitie mentis, vt elegāter ſcribitur in ca. quod propoſuiſti. 32. q.7. Item exempla & iura cum diſtinctionibus in hanc regulam traduntur ab Azone rub. 17. illam etiam latiſſimè declarant cum ampliationibus & reſtrictionibus Medicæus reg.2.Donatus Fina.lib. 5. Nouellus reg.90.Dias reg.406.Socynus reg. 312. atque idem Azo rub.104.

Notabilis Hominis appellatio

Nouiſſime ſciendum eſt hominis appellatione tam maſculum quàm fœminam contineri. l.hominis.152.de verb.ſig. In dubio tamen, vel ind

indefinitè ſeu appellatiuo nomine prolatum, ad virum, ſicut dixi, tanquam nobiliorem refertur, vt in prædicta cauſa.30.q.5.amplius tractatur. Nam generi poſteríſque datæ immunitates ad eos qui ex fœminis nati ſunt, nō pertinent.l.1.de iure immun.Et pœna alicui impoſita & eius poſteris liberíſque ad deſcendentes tantùm per lineam maſculinam non ad fœmineam extenditur.cap.vbicunque & ibi pulchra gloſſ.de pœnis.in 6. *in dubio marem cōtinet.*

CAP. II.

SExui fœmineo, vt ciuilibus negotiis interdicitur, ſic etiam tanquam fragiliori indulgetur; & nobilior exiſtimatur virilis.] l. fœminæ.2. de reg. iur. l.1.de Senat.l.doli.verſ. diuerſum.de nouat.Ratio ex iis quæ dicta ſunt in præfatione huius tituli deſumitur. Nam cùm mulier in ſocietatem viro à Deo ſit tradita, Geneſeos cap.1. imò ex eius fœmore prodierit, conſtat virum eſſe ipſius caput, eique in omnibus præferri. can. fin.32.quæſt.6. Ob illius itaque ſexus vtilitatem mollitiem & inſcitiam inter homines conuenit, ſtatim atque ciuitates condi cœperunt & magiſtratus creari, vt viri in rebus gerendis audaciores & conſtantiores publicis functionibus exercendis occuparentur: fœminę verò domeſtica procurarent, & ab iis quæ ſunt iuris ciuilis & publicis officiis, eſſent immunes, tùm quod incapaces, tùm etiam ne à priuatis rebus diſturbentur. Quapropter nec iudices eſſe poſſunt fœminę.l.cum Prætor.§.fi.de iudic.nec arbitræ.l.fi.C.de rece. *Ratio.* *Primi mēbri expoſitio.* *Paraphraſes regulæ rationibus & authoritatibus decoratæ.* *Exempla.*

arb.nec procuratrices.l.neq;.de procur. l.alienam.C.eod.ti.Duenna reg.311.Nec argentariæ. l.pen.de edendo.nec tutrices.l.fi.l.tutelæ.de tu tel.l.ſcire.de tut.& cur.datis. l. quo tutela.74. de reg.iur.l.1.& Auth.matri & auiæ.C.quando mulier tut. off. fung. Nec item poſtulare. l.1.§. ſexum. de poſtul. nec pro alio interuenire ſeu fideiubere poſſunt.l.1.& tot.tit.ad S.C.Velleia. nec quemlibet publicum ſeu ciuilem magiſtratum gerere.l.qui originē.§.corporalia. de mun. & hon.Medicæus latè exponit.reg.2. In iſtis enim omnibus facilè verecundiam ſexus egrederentur:quod permitti non debet. §.conſequēs. inſtit. de ſuſ. tut.ſed cauendum ſummopere ne perſequendæ litis obtentu in cōtumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, & conuentibus virorum vel iudiciis intereſſe cogantur.l.maritus.C.de proc.ca.mulier.de iud. in 6. Naturalis quippe pudor non omnib.eas perperam ſeſe manifeſtare cōcedit.l.optimam. C.de cont.& com. ſtip. Et licet veteris temporis ſerie cōceſſum legimus populum iudicare, hodie pro peccato quod ipſa mulier mundo introduxit,ab Apoſtolo iubetur verecundari, atque in ſignū ſubiectionis velatum caput haberi: ideo ſecundum legem perfectionis gratiæ ab omnibus publicis muneribus meritò abſtineant, vt eleganter traditur in can.1.& per totum 15.q.3. Mulier quamuis proba & docta viros in conuentu docere nec alios baptizare poteſt. can. mulier.de conſ.diſt.4. Sed & multò magis moniales tum propter verecundiam ſexus,tùm ob

ſuæ

ſuæ conditionis ſtatum non expedit publico cœtui demõſtrari nec extrà ſua monaſteria vagari.cap.indemnitatibus. §. porrò. & ibi notatur de elect.in 6.cap.2.de iudic.in 6.Ideoq; nec per ſeipſas litigare permittitur. ca.1. §.porrò.de ſtatu reg.in 6. Ac demùm ad teſtimonium ferendum in iudicium venire non compelli, ſed ſub certa forma decernitur.d.c.2.Mulierem cõ ſtat eſſe ſubiectam dominio viri ſui,& nullam authoritatẽ habere: idcirco nec teſtis eſſe nec fidem dare nec iudicare,nec vouere abſque viri licentia poteſt.ca.mulierẽ.33.q.5. Præcipuum autem munus eſt fœminarum concipere liberos ac tueri conceptos.l.quæritur.de ædil.edic. l.2.C.de ind.vid.toll.Poſtremò lubet hanc ſententiam præclaram Ariſt.lib.2.Polit.cap.7. hic adiicere: *In quibus Rebus publicis*,inquit, *ratio vitæ muliebris eſt male conſtituta, putandum eſt quod illic accidit,dimidium ciuitatis lege ſolutum viuere*. Quod quidem in plurimis Europæ prouinciis nimium infœliciter locum obtinet. *Præcipuũ fœminarũ munus.*

Sed tamen poſſunt fœminę gerere propinquorum negotia & mandatum ab eis ſuſcipere.l.3. de nego. geſt.l.ſed ſi quis in prin.de inſt.act.Et pietatis intuitu permittitur eis poſtulare. l.1.de ſuſp.tut.§.conſequens.inſt.eod. tit. Vnde conuenientius eſt mulieribus alumnos manumittere propter earum charitatem & beneuolentiam quamviris,tametſi etiam eis permittatur. l.alumnos.de manu.vindicta.Item quamuis ſecundùm regulas iuris ciuilis fœminę à publicis officiis ſint remotæ, & ab omni iudiciali exa- *Exceptiones & intellectus.*

mine ſeparandæ, quia tamen iuxta conſuetudinem approbatam, in partibus Gallicanis fœminæ precellentes in ſubditos ſuos iuriſdictionem habere noſcuntur, ideò arbitrium ab eis latum tenet. cap. dilecti. & ibi gl. & Doctores. de arbit. Item baptizare & docere mulier neceſſitate cogente poteſt. d. ca. mulier. de conſe. diſtin. 4. Poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili. l. ad teſtium. §. 1. de teſt. vt declarat Duenna cum ampliationibus & fallentiis reg. 312. & 314. Sed de iure canonico in criminali cauſa non poteſt. can. mulierem. 32. q. 5. cap. torus. de verb. ſignif. veluti fuſius exponitur cum ampliationibus & limitationibus per eundem Duennam reg. 315. Item optimum conſilium aliquando petitur à muliere, ſed primum melius. §. hæc auté. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuf. coll. 2. Pulchra eſt & vera diſtinctio, vt quoad ciuilia & publica negotia fœmina deterioris ſit conditionis viro. l. in multis. de ſtat. hom. In aliis autem nó, quàm doctè explicat idem Duenna reg. 208. & Fina. lib. 5. Item in quibuſdam caſibus fœmina eſt melioris conditionis, qui enumerantur ab Azone in rubrica 70.

Diſtinctio.

Secundi membri explanatio.

Quantum ad ſecundum membrum regulæ, ſciendum eſt, ſicut fœminas à rebus publicis tractandis & officiis arceri, ita propter fragilitatem ſexus in eiſdem & multis aliis cauſis eis ſubueniri atque id fit identitate rationalis rationis. l. ſi à ſponſo. l. cum multæ. C. de don. ante nupt. l. 2. C. de iis qui veniam ætatis imp. l. imperialis. C. de nupt.

Nam

Nam cùm facile circumuentiones fiant aduerſus eas.§.his conſequens.Authen. de æqua. dot.coll.7.§.1.inſt.quib.alien. licet. Notatur in §.extraneis.inſtit.de her.qual.& diff.§.1. Auth. vt immobilia donat. ante nupt. coll. 5. l. vlt.C. de donat.ante nupt.& plerumque fœminæ aduerſus propria commoda laborent. l. ſi pater. C.de ſponſal. Conueniens remedio oportet eis ſubuenire ne fragilitate naturæ in repentinam inopiam deducantur. l. vnic.§.& cum lex.C.de rei vxor. act. iuncta.d.l.1. ad Velleian. Ideoque non poteſt mulier ſuo periculo tutorem filiis petere.ſed potius magiſtratus periculo,niſi ſpecialiter periculo eius dari Decreto fuerit additum.l.1.l.fin.C.ſi mater indem.promiſit.Mitius circa filias quàm filios agitur propter infirmitatem ſexus in crimine læſæ maieſtatis, quas minus eſſe contra principem auſuras veriſimile eſt. l. quiſquis. §. ad filias.C.ad legem Iul. maieſt.Maritos adulteros fœminis grauius puniri decet, quò magis ad eos pertinet & virtute vincere & exemplo regere fœminas.can.indignantur.32.qu.6. Quod quidem legi antiquæ apertè repugnat quæ traditur à Gellio libro Noct.Attic.10.cap.23.Sed vt hęc inuicem concilientur dic ſecundùm Theologos æquè peccare vtrumque:at ſecundum politiam mundanam minus in mares, quã in fœminas propter turbationem ſanguinis & incertitudinem prolis animaduertendum eſſe. Eoque iure omnes vtuntur. Item quando de earum moribus corrigendis agitur,ſequenda Pauli Apoſtoli ſentẽ- *Ratio.* *Pauli Ap. de fœmin. ſententia.*

tia, qui eas leniter obiurgari præcipit, ne ſexus inſtabilis magis deterreri, quam admoneri videatur. can. de viduis. 27. q. 1.

Intellectus regulæ. Non tamen loco minoris circumſcripti habenda eſt mulier. l. ſi mulier hereditaté. ad Velleian. l. regula. de iuris & facti ignor. Non enim ætatis ſed inſcitiæ defectum habet, qui ſanè conſulendo peritos, ſuppleri & deleri poteſt, vt s. dixi in tit. de ſcientia & ignor. cap.

Expoſitio vltimi mẽbri. Quoad vltimum membrum regulæ, probatur in l. quæritur. de ſtatu hom. & ex iis quæ in præfatione tituli dixi. Item denominatur qualitas municipij à patre non à matre niſi fortè priuilegio aliquo materna origo cenſeatur. *Exceptio.* l. 1. ad municip. Atqui olim partus matris conditionem ſequebatur, vt notatur in §. 1. inſtit. de ingenuis. Item de iure canonico ex matre libera, patre verò ſeruo natus liber eſt, ídque fit propter fauorem libertatis. cap. dilectus. de ſeruis non ordin.

CAP. III.

NOn temere inter vtrumque ſexum diſcrimen ſtatuitur.] Quantum videlicet ad emolumenta & vtilitates priuatorum attinet. l. maximum vitium. C. de lib. præt. §. noſtra. inſt. de exhær. lib. §. conſideremus. Authen. de triente & ſemiſſe. coll. 3. l. 1. C. de infir. pœnis cœlib. *Ratio.* Ratio Quia vtraque perſona in liberorum procreatione ſimili naturæ officio fungitur. §. neque illo. Authent. de triente & ſemiſſe. *Paraphraſes regulæ multis authot. illuſt.* In hoc enim natura vtrumque corpus edidit, vt maneat ſuis vicibus immortale & alterũ

alte

alterius auxilio egeat, vnóq; ſemoto aliud corrumpatur. l. lege xij. Tabularum. C. de legit. hær. Itaque qui tales differentias inducũt, quaſi naturæ accuſatores exiſtunt, cur nõ totos maſculos generauit, vt vnde generentur non fiant d.l. maximum vitium: quod eſſet inteſtinum, & inſanabile vulnus. d.l. lege duodecim. §. item vetuſtas. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. §. cæterùm Inſt. de leg. ag. ſucc. veluti in præfatione huius tituli tetigimus. Notandum eſt hîc tamen pluralitatem in vtroque ſexu cùm non ad imparia iudicentur reprobari. ca. gaudemus. de diuort. Qua de re vide latiùs differentem Coſtanum in libro de ſponſal. & matrim. *Notabile.*

Porrò hæc regula ex præcedenti limitationẽ accipit: Sed & multi atq; propè infiniti ſunt caſus in iure, quibus inter marem & fœminam diſcrimen ſtatuitur, quos omnes enarrandos nimis otio & publica ſtudioſorum vtilitate abuteremur. Quantum ad Hermaphroditos, nulla certa regula ſtatuta eſt, quia rarò & contra naturam gignuntur, teſte Plinio. lib. 7. nat. hiſtoriæ, argumento l. nam ad ea. de legibus. Sed in iis id duntaxat, quod in ſexu qui magis in illo præualet, obſeruatur. vulgata l. quęritur. de ſtatu hom. Tametſi Gell. lib. 9. noct. Att. c. 4. non ſemel tantùm, ſed multos partim editos, partim arte paratos quõdam fuiſſe commemoret. *Limitationes.*

In Tit. de Ætate, Nouo & Veteri,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõtinuatio

INter ea accidẽtia ſeu qualitates, quæ ſubiectum neceſſariò comitantur, ætas connumeratur. Nam ſtatim atque animal natum eſt, ætas incipit, atq; ad extremum vitæ terminum producitur: cum nihil aliud ſit ætas præterquàm incrementum temporis. Quod diſertè probat Cicero lib. de Senectute: Curſus, *inquit*, eſt certus ætatis, & via vna naturæ, eáque ſimplex, ſuáque cuique parti ætatis tempeſtiuitas eſt data. *Ætatis commodiſſimam diuiſionem (de hominibus loquor: nam in cæteris ætatis momenta non valdè conſiderantur) veteres Philoſophi in quatuor partes fecerunt: putà puerilem, iuuenilem, virilem, & ſenilem, hiſque ſingulis ſpatium viginti annorum Pythagoras conceſſit. Siue quòd quatuor anni tempora referant, ſeu etiam quòd quatuor humani corporis temperamenta ſignificent: quæ eo quidem temporis interuallo magis ac magis imperare videntur. Tametſi Gellius poſt Tuberonem ſcribat Seruium Tullium Romanorum regem in tres ætatum claſſes ſuum populum diſtinxiſſe. Vtcũq; ſit hanc diſceptationẽ nõ moror menti tenendum eſt in iure ætatis maximè rationẽ haberi: vt quæ in teneris propter imbecillitatem & animi defectum facilè ignoſcuntur, in adultis & prouectiori ætate, grauiter & ſeuerè corripiantur, quemadmodum infrà latiùs oſtendemus. Cæterum quia ætatis nomen propriè ad res animatas refertur, impropriè ad ea quæ ſenſu ac ratione carent: In his*

Aetatis definitio.

Aetatis diuiſio.

Aetatis in iure ratio habetur.

Nouum & vetus.

bis hæc duo tantummodò tempora, nouum, id eſt, recens, editum, aut fabricatum, aut inuentum: & vetus, hoc eſt, priſtinum & antiquum apud Iuriſconſultos attenduntur, vt ſecundùm ea vel extendatur, vel reſtringatur, aut conſeruetur vniuſcuiuſque legis rigor.

De Ætate, Nouo, & Veteri, Tit. xiiij.

CAP. I.

IN omnibus cauſis, maximè pœnalibus, ætatis debilitati ſuccurritur.] l.ferè.109.l.in eo. 111. §.pupillus.l.pupillus. 150. de reg.iuris.l. ſi quis id quod de iuriſd.omn.iud. cap. ex eo.& ibi Gl. de elect.in 6.c.1.in fine.de reg.& tranſ.ad relig.

Ratio eſt: Quia animi iudicium, quod in rebus agendis neceſſarium eſt, in illis deficit, vt dicitur in præfata l.pupillus. & §.pupillus.inſt. de inutil.ſtip.l.non tantùm.de excuſa. tut. can. pr.30.quæſt.2.l.pr.& ibi Gloſſa.de falſa moneta. Quàm multa verò ſint conceſſa propter defectum ſeu imbecillitatem ætatis, indicant tum varia Prætorum edicta, Senatuſconſulta, Iuriſconſultorum reſponſa, & Principum reſcripta, quibus noſtrum ius abundat. Primum exemplum in pupillis: Pupillus aut infans nihil ſcire præſumitur, ſiue quid fraudis pro eis, ſiue contra eos agatur.l. diuus. de offic.præſid.l.qui iuraſſe.de iureiu.l.pupillus. de acquir.hær.l.Infans.Ad legem Corneliam. de ſicar.l. 2.§.ſi quis in iudicio. Si quis cautio. Vnde nullum negotium ſine tutoris authoritate contrahunt: in quo à furioſis differunt, vt infrà latiùs oſtendã.

Ratio.

De pupillis.

Paraphraſes regulæ multis iuribus confirmatæ.

Imp

Impubes falſi vix tenetur, cùm dolus malus in eam ætatem non cadat. l. impuberem. Ad legē Corn.de fal. Nec item torqueri poſſit, cum talis ætas ad mentiendum ſit procliuior. l. ex libero.de quæſt. Qui in cunabulis ſectus eſt, non poteſt dici id affectaſſe, quia iudicium non habebat.cap.3. de corp.vit. ord. Satis crudele videtur eum qui non ſentit ingratum exiſtimari. l.ſi quis in ſuo.§.fin.C. de inoff.teſt. In pueris relinquitur inultum quod in aliis punitur.cap.pr. & cap.fin. de delictis puero. cap. fin.de ſen.exc.

Exceptiones in pupillis. Atqui proximus pubertati pupillus eſt doli capax, ideóque propter crimen punitur ex animo procedens.l.pupillus. 112. de reg. iuris. l.fin. de iuris & facti igno.l.fin. de manu. vindicta. §. in ſumma.Inſt.de oblig.quæ ex delicto. Idem in acquiſitione poſſeſſionis quæ eſt magis facti quàm iuris. l. pr. §. adipiſcimur. de acquirend. poſſeſſ. Item propter vtilitatem receptum eſt ſtipulare & agere poſſe. l. ſeruum. rem pup.ſal. fore. Item aliquando minor ſeptem annis intelligere quod agit, dicitur, ſed non rectè.l.in ſpõſalib. de ſponſal. Quin & de dolo aduerſus eum excipitur, qui doli capax eſt, iniuriámque facere videtur.l.apud Celſum.§. ſi quis de doli excep. l.impuberem.de furtis.l.3.§.1.de Iniur. Itaque generaliter dicendum eſt peccatum alicui non imputari, niſi ſit doli & rationis capax. can.firmiſſimè.15.quæſt.pr.can. ſi quis cuiuſlibet. iuncta Gloſſ.21.quæſt.5. Si enim in eam ætatem delictum cadere poteſt, impunitas non conceditur.l.impunitas.C.de pœnis.l.pr. C. ſi aduerſus

Generalis concluſio.

delict

delictum. Vnde pupillus qui ſtabilem mentem nondum adeptus eſt propter priuilegia militū non debet ſapientum iura pertractare.l. fin. C. de teſta.mil. Item actus & voluntas pupilli in aditione hæreditatis neceſſaria ſunt. l. potuit. C.de iure delib.Infans tamen & furioſus obſides accipi poſſunt.l.obſides.de teſta.l.diuus. de iure fiſci.l.necnon ex quibus cauſis maiores.Et nullius loco habentur, vt nempe in ſuum præiudicium conſentiant circa ea in quibus volūtas eſt neceſſaria:circa ea verò in quibus tacita ſufficit voluntas,aliud eſt.l.2.§.vlt.ſol.ma.Item in ea re quæ publicam tutelam meruit, pupillis agentibus reſtitutiones auxilium tribuendum non eſt:ſtatutum enim ligat minores ſicut maiores : vt notant Doctores in l. etſi ſine. §. Lucius.de adm.tut.l.2.ne de ſtatu defuncto. Hæc quoque regula latiùs tractatur cum aliorum allegatione iurium & diſtinctionibus ab Azone in 70.& 71. Item quòd pupillus neque in ciuilibus nec criminalibus agere aut defendere poſſit: ſicut nec adultus ſine curatore probat.l. clarum.& ibi Baldus.C.de auth.præſt. Tractat etiam hac de re Claudius Bataudel multáſque notabiles diſtinctiones & explicationes adfert.

De minoribus 25.annis. Paraphraſes regulæ iuribus cōprobatæ.

Aliud exemplum in minoribus viginti quinque annis , quorum ætas eſt fragilis , infirma, continuiſque captionibus ſuppoſita. l. pr. l.ait Prætor. §.non ſolùm. l. verùm. §. ſciendum.de minor.l.vtilitatem.de cōfir.tut.l.3.qui pet. tut. l. tutor.§.præterea.de ſuſp.tut.l.penult. C.de in integ.reſt.l.pr. C.de filioſam.minore. Et ob ætatem

tatem minore ſæpe in errorem ducimur.can.epiſcopus.diſt.77. quapropter huiuſmodi perſonarum ſe patrē imperator nominat. §. vlt. Authent. Vt qui obligatos ſe perhibent. coll.6.Impuberes & minores publica officia gerere non poſſunt.l.2.§.impuberes.de iure immun. l.fin.§. minores.C.de ſen.paſſis.Tum quia illa ætas cōſilio & experientia caret.l.pr. C.de falſa moneta. Tum quia ridiculum eſſet, eos qui ab aliis reguntur, aliorum curam & adminiſtrationem ſuſcipere.§.pen.Inſt.de Attil.tut.§.item minor inſt.de excuſat.tut. l. ab adminiſtratione. C.de legat. l. 4.C.qui dare tutores. Nec eſt æquum minores ad honores admitti cum damno publico aut eorum pernicie. l.ad rempublicam.de mun.& hon. Item adoleſcentes aut pueri, qui non poſſunt eccleſiæ deſeruire,non ſunt idonei reputandi.cap.ſuper inordinata.& ibi Gloſſ.de præb. & dign. Et generaliter iis qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, ſubuenitur: atque ideò nec iudicium,nec ciuilia munera ſuſcipere coguntur.l.Prætor. de vaca. & excu. mu. can. defenſiones.diſt.88.l.quamuis. C. de iuris & facti ignor. Minores & alij inhabiles iuſiurandum deferre non poſſunt.l.tutor.§.pr.de iureiu. Lex nempe eorum conſilio tanquam minùs firmo reſiſtit. l. ſi minor. de ſeruis export. Minorum confeſſio quoad libertatem eis non præiudicat,ne ante videlicet libertatem inconſultè amittant, quam alij propter ætatis rationem ſine conſilio præſtare non poſſunt, pulchra l. ſi miniſterium.C.de lib.cauſa.

Min

Minoribus quoque ſuccurritur aduerſus omiſſam inſinuationem, ſi patris auxilio deſtituti ſint. l. minoribus. C. de donat. ante nup. Atq; etiam in cauſis criminalibus minoribus curatores dantur, ne ex ſua imperitia vel iuuenili calore aliquid vel dicāt, vel taceant, quod ſi fuiſſet prolatum, vel non expreſſum prodeſſe eis poterat, & à deteriori calculo eos eripere. l. 3. C. de auth. præſt. Minores autem 25. annis qui robuſtæ ætatis non ſunt, ad accuſationem adulterij non recipiuntur, niſi propriam iniuriam exequantur: & tunc eis facilè de calumnia ignoſcitur. l. ſi maritus. §. lex Iulia. ad legem Iul. de adult. At licet adulterij crimen poſt pubertatem ætate non excuſetur, tamen mulieres in Iure, errantes inceſti crimine non tenentur, & propter ætatem eis remittitur, cùm in adulterio nullam legitimam excuſationē poſſint adducere. Singularis textus in l. ſi adulterium cū inceſtu. §. fratres. & §. Iidem Pollioni ad legem Iuliam. de adult. Subuenitur quoque ei qui in ætate tenera cōſtitutus facilitate potiùs quàm ex ſano & maturo iudicio promiſit. c. 2. de voto & voti red.

Exceptiones & diſtinctiones in minorib.

Verùm proculdubiò his omnibus aliiſque ſimilibus perſonis (de quibus poſteà loquemur) lex ſuccurrit, non vt alios calumnientur & decipiant, ſed cum defenduntur, & de earum incommodo agitur: non enim decipientibus, ſed deceptis lex opem præſtat. l. pupillus. de acqu. rer. do. l. nō ideò minus. C. de procur. l. pen. §. vlt. ad leg. Pomp. de parri. l. diuus. de in int. reſt. l. 2.

C. Si

C.Si minor ſe maior.dix.l.cùm quidam.§.ſi pupillo.de vſuris.l.quod autem. §. ſi quid. quæ in fraud.l.cõtra iuris.de pactis.§.pr. Inſt.de auth. tut.Cùm autem minor ſe dicit deceptum, non ſtatim,ſed cauſa cognita videbit Prætor,an deceptus ſit. l. nam poſteà. §.ſi minor de iureiur. Nec enim ſemper reſtituitur minor, niſi æquũ bonúmque ſit,ne magno incõmodo huiuſmodi ætatis homines afficiantur, & nemine cum his contrahente quodammodo commercio ipſis interdicatur. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.l. non omnia.l.quod ſi minor. §.pr. de minor. Vix tamen iis in teſtamentis condendis remittitur, quia poſſunt conſulere prudentiores. l. 2.§.vlt. quis ordo in bon.poſſ. ſer. l.Aurelio.§.Caius.de lib.leg. Aduerſus etiam factum vel fortunam, de quibus ſuprà mentionem fecimus, nõ reſtituitur minor,quia euentus damni duntaxat reſtitutionem non indulget, ſed inconſulta facilitas.l.verùm.§.ſciendum. de minor. Neque in delictis atrocioribus excuſatur, niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perducit: non enim debet ei ætatis eſſe excuſatio, qui dum leges inuocat, contrà eas committit.l.auxilium, illo tit. item minores (ſemper de 25.annis intelligo) à decurionatu non excuſantur,nec etiam ſenes.l.non tãtùm de decurio.

Quinimò adulti,id eſt puberes pro aliis poſſunt poſtulare.§.vlt.inſt.Quib.excu.manum.nõ licet.Maſculus 20 annorum, honeſtate morum præditus,rerum ſuarũ adminiſtratione præfici poteſt

Quid permittatur adultis.

poteſt.l.2. C. de his qui veniam ætatis impet. Non enim diffidẽdum eſt iuuenibus,quia quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur.can.ancillam.32.quęſt.2.Item in quãtum facti ſunt locupletiores, id eſt, ad eos peruenit, tenentur. l.naturaliter. §. pr.de condit. indeb.

Item hactenus minoribus ſuccurritur, niſi probetur eos alioqui in rebus ſuis ſedulos & induſtrios eſſe: maximis quidem, non minimis argumentis elegans & ſingularis textus in l. 1. C. qui & aduerſus quos: *Malitia enim aliquando ſupplet ætatem*, vt vulgò dicitur.l. 3. C. Si minor ſe maio.dix.c.3.c.de illis in 2. c. fin. & ibi notat Glo.de deſp.impub. Et quod annorum fuerant interſtitia collatura, ſancti propoſiti ſpõte ſuſcepti præſtat deuotio.can.monachus.diſt.77.Item præſcriptio currit etiam contra minores, non contra pupillos. l. ſicut.C.de præſcript.30. anno. Doctores autem diſtinguunt inter conuentionalem & legalem præſcriptionem ex l. auxilium.de minor. Sed quia hæc ſpecialem materiam præſcriptionum ſpectant, conſultò relinquemus. At verò par eſt honeſtos adoleſcẽtes rebus ſuis liberè frui, qui relictis nucibus incipiunt ſapere, quibúſque ante pilos venit ſapientia præcox. Eſt enim valdè periculoſum inuidioſam illam tutorum vim ac poteſtatem in res alienas tandiu vigere, exẽplo Rufini & Stiliconis, qui cum Arcadio & Honorio relicti eſſent tutores, & diutiùs liberè dominarentur, ſua tandem perfidia euertendi imperij Romani

Malitia ſupplet ætatẽ.

Elegans cõcluſio.

Pulchra exempla. authores fuerunt. Et hæc adeò vera ſunt, vt apud Gallos Carolus quintus cõſtituerit regum Franciæ filios anno ſuæ ætatis decimo quarto conſecrari & coronari poſſe, cuius rei deinde exemplo fuerunt Carolus vj. Carolus viij. & Carolus ix. qui in prima & vixdum puberi adoleſcentia regni Franciæ adminiſtrationẽ ſuſceperunt. Simile huic quoque mihi contigit, cui nedum ephebos excedenti cura totius rei familiaris & domeſticæ poſt mortem paternam tanquam maiori natu etiam inuito ſubiit: quæ res, mehercule, multùm à ſtudiis bonarum literarum, cui alioqui ex natura ſatis eram deditus, auertit & diſturbauit. Interdum tamen periculoſum eſt principem in ætate rerum imperita & adhuc primo calore laſciuientem reipu. gubernaculis abſque conſilio ſapiẽtum admoueri: eáque de cauſa Epyrotæ Pyrrho principi ſuo xj. annos nato vſque ad adultam ætatem tutores dederit.

Diſtinctio vtilis adultorum. Hinc adoleſcentes Athenis priuſquam ad res ſuas gubernandas accederent, biennio vicinas regiones circumire, nempe à xviij. vſque ad xx. annum iubebãtur. Vnde hi περίπολοι καὶ ἐπίσκοποι τῆς χώρας vocati: poſtea ληξιαρχικοὶ fiebant, id eſt, rerum ſuarum ſoli gubernatores. Porrò quod ætas ſępe excuſet, fuſiùs exponitur cum ampliationibus & limitationibus per Medicæum reg. 1. 2. & 9. & Petrum Duen. reg. 259.

De ſenibus. *Paraphra. reg. multis iurib. illuſtratæ.* Poſtremum exemplum eſt in ſenectute: nam hæ tres ſunt hominũ ætates, quibus iudicium non ita abundè ſuppetit ac in aliis, ſed plerunque

que defectus & imbecillitas eius à iuris communis regulis nos recedere facit. Igitur ſenectuti multoties indulgetur, maximè decrepitæ. l.vlt.C.fide inſtru.l.2.l.paupertas. poſt ſuſceptã. §.1.de excu.tut.

Semper enim ſenectus venerabilis fuit: & circa munera municipalia ſubeunda, & penè omnia maiores noſtri eundem honorem ſenibus quem magiſtratibus tribuerunt. l. 3. l. ſemper. de iure immu. quocirca pulchræ ſunt de iure canonico ſententiæ: Quanto morti quiſque vicinior eſt, tanto ſollicitior & timidior eſſe debet, ne in reprobum ſenſum incidat. can. tanta nequitia. diſt.86.item: Corpore ſeneſcente vigor deuotionis & fidei non deficit, ſed vergente deorſum conditione, corpora feruor ſpiritus in ſublimiora conſcendit, cap.1. de renunciat. Itẽ: qui in iuuentute continens & pudicus fuit, nõ creditur facilè in ſenectute fœtores libidinis amplexari, cùm labes huiuſmodi, quæ nonnunquam in iuuentute contrahitur, in ſenectute frequentiùs expietur, cap. cum iuuentute de præſump. Ætatis ſeneſcentis defectus atque canities, quæ vix labores ac dolores tolerare poteſt, faciliùs excuſat, cap.magnæ. de voto.

Attamen ſenectus non impedit teſtamenti factionem, dũmodò ſana mens adſit. l.Seruium. & ibi notatur. C.Qui teſta.facere poſſunt. Item circa hanc regulam de ſenectute plura tractat cum allegatione iurium & diſtinctionibus Azo rubr.70. *Exceptiones & intellectus.*

Nouiſſimè ſciẽdũ eſt, pro intellectu reg. narrari *Intellectus regulæ.*

rari eas perſonas, quibus de iure propter ætatem ſubuenitur in l.cum de indebito.de prob.

CAP. 11.

QVæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.] l.pr.de ventre inſpic. l.de ætate. §. ex cauſa.& ibi Bartol.de inter.act.l.planè. vt in poſſ. legat.vel fid.§.fin.Inſt. Quib. ex cau. manu.non licet.§. 1.& §. quod autem. Auth. de non elig. ſec.nub.col.1.§.1.Auth.vt defunct.ſeu funera eorum..coll.5.& in prin. Auth. vt factæ nouæ conſt.coll.5.l.3.C.Ad exhib. Auth. ſed cũ teſtato.C.ad legem Falcid.

Ratio.

Ratio deſumitur ab Imperatore Iuſt. in l. 2. ver.ſed quia.C.de vet.iure enu. *Multas, inquit, formas edere nouas natura deproperat, eáque propter Imperialem fortunam Deus præpoſuit rebus humanis, vt poſſint omnia quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis ac regulis competentibus tradere, nunc antiquiorum declaratione, nũc verò nouorum editione iurium.* Idem Bonifacius repetit in procœmio ſexti decretal.

Paraphraſes regulæ multis rationib. & authoritatibus ornatæ.

In generali itaque Codicis compoſitione excipitur, niſi varia rerum natura aliquid nouum creauerit, quod principali ſanctione indigeat, l.vn.verſ.his igitur omnibus.C.de emend.Cod. Iuſtin. Vix enim aliquid adeò certum clarúmque ſtatuitur, quin ex cauſis emergẽtibus, quibus iura mederi non poſſunt, in dubium reuocetur, vt eleganter Ioannes Papa in procœmio decretalium ſcripſit. Quæ non fuerunt à iure determinata, boni iudicio arbitri relinquãtur. l.pr.§.fin.de iure delib. Vulgò etiam dicitur in

Gallia

Gallia: *De nouueau faict, nouueau conſeil.* Ex cauſa de nouo ſuperueniente priuilegium reuocatur & immutatur. cap.ſuggeſtum.& ibi pulchra Glo.de decimis.Lex noua non extenditur ad ſuperuenientia de nouo.l. qui cum tutoribus. de tranſact. Gloſſa & Doctores in cap. cum inter. de renuntia. Quod etiam tractat ampliùs Medicæus in reg.pr. Non enim poteſt videri illud veniſſe in iudicium, quod poſtmodùm accidit, ideóque alia interpellatione opus eſt.c.3.verſic. præmiſſa & ibi Glo.de ſen. & re iud.in 6. Hinc dependent multæ ſubregulæ, veluti nouis profeſſionibus veteres euaneſcunt.l.2.de cenſibus. Cui adſtipulatur quod ſuprà dictum eſt, nouiſſima derogant prioribus, in tit. de prin.med.& fin.cap.7.Item, *Nonnunquam ex conſequẽtia primi facti videor potiùs facere, quàm veteri conſentire aut ratum habere.* can.pr.31.quæſt. pr.l.denique.§.ſcio.de minor.l.ſi donatæ. §.ſi ſponſus.de donat.int.vir.& vxor.l.ſi mulier. C.Ad Velleia. Quod intelligitur quando factum quoad obligationem ſemel eſt conſummatum:poſteà autẽ illud quid exequitur, vt pulchre declarat Azo Rubr.10. *Subregulę.*

Nouæ autem dicuntur nuptiæ quæ per anni coronam nondum durauerint.can.pr.& ibi pulchra Glo.35.quæſt.8.De quo alias tradidi in tit. de tempore,cap.5.

CAP. III.

Ntiquitas ſtudioſè inueſtigari, obſeruaríque debet.] §.pr.Inſt.de teſta. ordin.§.ſingulorum.Inſtit.de rer. diuiſ. l. fin.§.& hæc

quidem.C. de iure delib.§. fin.Inſt. Quibus ex cau. manu.non licet. §. aliud Auth. de æqual. dot.coll.7.§.pr.Auth.de manda.prin.coll.3.l.vn. §.in primo.C.de cad.toll.l.vn.C. de Nili agger. non rump.cap.3.de tranſl epi.

Ratio.

Ratio deſumitur ex iis quæ in epiſtola dedicatoria ſcripſimus. illis credendum quippe eſt, quos magis veriſimile eſt memoriam attigiſſe antiquitatis, quò ipſis legumlatoribus propiores extiterunt. Quò fit vt antiquitati magnam reuerentiam tribuat Iuſtinianus imp.adeò quidem vt omnia nomina Iuriſconſultorum ſingulis capitulis Digeſtorum impoſita ſint. l. 2. verſic.tanta.C.de veteri iure enuc.Quod etiam latiùs declaraui ſuprà tit.de autho. cap.pr.Retinendus eſt mos fideliſſimæ vetuſtatis & maiorum inſtituta.l.minimè.de legibus.l.teſtamẽta.C.de teſta.Cicero lib.2. de legibus. Ariſtot. lib.2.Polit.cap.6. Plutarchus ex Pauſania in apophthegmatibus. Inculpabilis vocatur antiquitas. §.interdicimus. Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuff. coll. 2. Ab antiquitate habemus nominum veritatem,vt dicitur in princ. Auth. de defen. ciuit. coll. 3. In aliqua difficultate oportet diligenter inquirere priorum dicta, & quid maiores ſenſerũt. cap. peruenit.30.quæſt. 1.Vbi nihil dictum eſt de ſolutione, ſemper antiquior cauſa eſt ſpectanda. l. cum ex pluribus. in pr.cum aliis eiuſdem tit. de ſolut. In perquirenda conſanguinitate, vbi deſunt propinqui ab antiquioribus & veracioribus exquiri debet.can.pr.35.quæſt.6.Quotieſcumque in geſtis

Paraphraſes regulæ cum multis authoritatibus.

con

conciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius ſententia magis teneatur, cuius antiquior & potior erit authoritas.cap.hoc ipſum. 33.quæſt. 2.can.domino.circa fi.diſt.50. Satius eſt quippe in antiquis confidere, quàm nouorum appetitione etiam antiqua perdere. §. pen. Auth. Vt qui obligatas ſe perhibent. coll.5. Quod maximè in fide Chriſtiana locum obtinet. Nam in lege religionis circa Deum omni nouatione ceſſante, vetuſtas & canones priſtini eccleſiaſtici debent obſeruari.l.omni nouatione. C. de ſacroſan.eccleſ. Iſtud ego aliàs verſibus ita expreſſi:

Eſto nouis alios rebus ſtudiiſq; teneri,
At ſyncera fides ſimplex mihi chara vetuſtas. *Antiquitas in fide celebratur.*

Tutius eſt,vt in dubiis veterum patrum ſtatuta ſeruentur,quàm nouum aliquid ſtatuatur. cap.pr.de cleric.pereg. Plerumque pariunt nouitates diſcordiam: præſertim cùm ab eo quod diu æquum viſum eſt per nouam conſtitutionē receditur: nec quare recedatur, vtilitas euidēs vel alia cauſa ſubeſt.Eleganter dicitur in cap.1. de priuil.in extra. commu. Qua de re ampliſſimè ſcribit Ariſtoteles in ſuis Politicis.Quod olim etiam erat ritè ſtatutum, non debet nouis retractationibus mutilari.can. Achatius.in pr. & can.ſeq.24.quæſt.1.

CAP. IIII.

QVæ vetuſtate ferè cōſumuntur,reparanda ſunt.] §.quoniam Auth.de hæred.& Falcid.l.lex quæ.C.de adm.tut.§.pr. Auth.de mandat.prin.coll.3. cap.cum dilecta. de confir.

Ratio. vtili. Potiùs enim ad conſeruationem antiquorum ſtudeamus, quàm noua ſollicitè exquirere. can. Achatius in pr. & can. ſeq. 24. quæſt. pr. Vnde poëta:

Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri.

Amplintiones. Hæc regula in legibus, priuilegiis, Inſtrumentis, aliiſque rebus locum habet. Adeò ſanè, vt niſi ad nouum opus pecunia ſpecialiter legata ſit, vetera ex hac reficienda ſint. l. decuriones. de admi. rer. ad ciuit. pertin. Quinimò pecuniã in opus nouum legatam potiùs in tutelam eorũ quæ ſunt, conuertendam diuus Pius reſcripſit: ſed ita, ſi neceſſitas aut Reipub. vtilitas id ſuadeant. l. fin. de oper. publ. *Paraphraſes regulæ multis exẽplis & iuribus ornatæ.* Inſtrumentum penè conſumptum vetuſtate renouari debet. cap. vlt. de fide Inſtru. Si verò omnino conſumptũ fuerit, ita vt legi non poſſit, nulla ei fides adhibetur. cap. inter dilectos. eod tit. niſi tenor per teſtes fide dignos fuerit approbatus, cap. cum olim. de priuil. Quæ autem adhuc legi poſſunt, fidem faciunt. l. 1. §. ſi roſæ. de bo. poſſ. cõtra Tab. Plurimum quoque laudis acquiritur, ſi quæ inſtaurationem requirunt, quæúe ab aliis initiata & imperfecta reſederant ædificia, ea perfecta & culta reddantur. Eapropter nõ permittitur iudicibus opus nouum publicũ inchoare, priuſquam incœpta compleuerint. l. fin. C. de ædific. priuat. Quando autem antiquis literis credatur, vel non, vide Speculat.

Exceptiones intellectus. At verò non permittitur refectio ei cui conſtructio prohibetur, aut inſtitutio: qui enim vult reficere, videtur quid de nouo facere, neque

neque permittitur alieno in ſolo quid moliri niſi ius haberet, vt diſertè ſcribit Vlpianus in l.3.§.ait Prætor.de itinere actúq; priu. Cui textui videtur aduerſari.c.conſuluit.de Iudæ. Sed ita cōciliantur per gl.& Alexand.in l.1.§.ſi quis ædificium.de noui op.nunt. vt refectio antiqui operis totaliter diruti dicatur noua conſtructio: alias non. Item nihil intereſt nouos quis faciat curiales, an foueat, quos inuenit: quod ad iuris ſcilicet effectum attinet. l. 3.in fi.C.de nat.lib. Hinc naſcitur alia ſubregula: *Qui reparat vetus, nouum non facit.* d. §. ſi quis ædificium.& d. cap.conſuluit. cap.cum venerabilis. de cenſib. Et cum imperator actionem rei vxoriæ in melius reformat, nō eam tollit omnimodo ſed quod bonum in ea eſt alteri accommodat. Pulchrum exēplum in l.vn.§.ſed & ſi.C.de rei vx.act. Innouatio priuilegij nec nouum ius confert nec tollit vetus, ſed in eo ſtatu remanent omnia in quo erant tempore impetratæ innouationis: ideóque nullum præiudicium fit iuri alias competenti: nam nouum ius nō conceditur: imò vetus confirmatur. cap. ex parte. cap.quia intentionis.de priuil.

Subregulæ Qui reparat vetus, nouum nō facit.

In Titulum de Paſſione, & Affectione hominum.

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

Varij motus, quibus homines agitantur, à Græcis Philoſophis πάθη nuncupati, in belluas & res ſenſu ac ratione carentes non cadunt: ideoq

Affectus qui Græcè πάθη in belluas nō cadunt.

Affectuũ & paſſionum definitio.

ideoque in his nunquam talium in iure aut certè infrequenter ratio habetur, ſed tantùm in hominibus. Vnde Cicero libro Tuſcul.q.3.in pr.eleganter perturbationes motus animi concitati aut vero rationi non obtemperantes definit, quarum ſpecies etiam copioſiſſimè explicat. Macrobius item lib. Satur. 4. ex multis cauſis eos affectus ſeu motus animi oriri oſtendit. Nos autem reliquis ſpeciebus in alium commodiorem locum reſeruatis, de iis tantùm nunc agemus, quæ frequentius hominibus adſtant & accidunt: quales ſunt, ſanitas, ægritudo, imbecillitas, fatuitas, μώρωσις, inſania, furor, lætitia, dolor, & ad aliquid prona inclinatio & affectio. Hæc omnia iſto ſolo tit. quoad Iuriſprudentiam attinet, comprehẽdimus, tum quod ex eodem fonte naſcuntur, tùm quòd ferè ſint coniugata, aut ſymbola: putà cùm poſitio ſiue affirmatio vnius ad aliud identitate rationis rectè deducatur.

Affectuũ ſpecies.

De Paſſione, & Affectione hominum, Tit. xv.

CAP. I.

Ratio.

INfirmitas mentis à iure ſubleuatur.] l.3.de teſtam. l.3. C.qui teſtam.facere poſſunt.l.ſanum mente. C. de tranſact. Ratio eſt, Quia cùm non ſint in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum eſt, vix rebus ſuis ſupereſſe poſſunt.l.4.de priuil.cre. Cauendum itaque eſt, ne lãgor animi damnum etiam in bonis adferat. l. iuſto. §.eum qui.de vſucap.

Paraphraſes regulæ iurib. confirmatæ.

Amen

Amenti etiam quæcunque pietatis ſunt, conferenda ſunt.can.qui recedunt.cum ſeq.26.q.6. Furioſo dementi, prodigo, libidinum omnium vitiorúmque ſeruo non eſt committenda filij vel minoris adminiſtratio, cùm ſua gubernare non poſſit. l. in quæſtione. §.minori.C.de ſent, paſſis & reſt.Porrò de iis qui mentem infirmam habent, ratione ætatis, ſuperiore tit. diximus. hîc de iis qui licet natu grandiores aut à natura aut verò per aliquod accidens, imbecillitatem mentis acceperũt ita vt rebus ſuis ſupereſſe non poſſint: de quibus loquitur d. l. 4.§.fi. cum ll.ſeq.& l.1.§.fi.cum quatuor ll.ſeq. de poſtul.l.his qui.§.diuus Pius.de tut.& cur.datis.§.1.in fi.Auth.vt qui oblig.ſe perhibent.coll.6.

Multiplex mentis infirmitas.

Sunt autem in multiplici differentia. Prima eſt tradita à Ciceron.lib.3.Tuſcul. quæſt. inter inſaniam & furorem. Illa ſtultitiæ iuncta patet latiùs. Aliquando enim inſania talis eſt, vt nihil ſana mente agere poſſit: quales habentur fatui & inſipientes natura, melancholici, vt Græco vocabulo vtar, ſeu qui μώροσι laborant: qui morbus ex humenti malóque temperamẽto cerebro herenti gignitur,vt refert Galienus & Plato lib.11.de legib. Nonnũquam accipitur inſania pro inconſtantia animi recto iudicio vacante, tametſi poſſit mediocritatem officiorum & vitæ communem cultum atque vſitatum tueri: in quo ordine ponuntur phrenetici, prodigi, & ij qui aut vi morbi alicuius, aut caſu ſuperueniente veluti ſtupore ingenti, vel alia de cauſa mentis auerſionem paſſi ſunt.

De

De impedimento corporis ſequenti cap. dicemus. Sciendum eſt igitur his omnibus: quia, vt ſæpe dixi, res ſuas curare non poſſunt, dum in eodem ſtatu permanent, curatores dari ſed nõ ſine magna cauſæ cognitione: quoniam pleriq; vel furorem vel dementiam fingunt, quò magis curatore accepto onera ciuilia detrectent, l. obſeruare. de curat. fur. Secus autem ſi ad vnam litem vel cauſam duntaxat curatorem dari oporteat. vt ibid. glo. innuit & in l. & muli. §. 1. ille ti. Alij ſunt etiam ſtatus & conditiones perſonę, in quibus curator nõ perſonis ſed reb. & bonis tãtummodò datur, de quibus loquitur l. Fulcinius. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. l. idem priuilegium. §. 1. de priu. cred. l. 1. §. fin. de mun. & hon. Sed hic tractatus curatorum magis ſpecialis eſt: ideoque ad propoſitum redeamus. Aliud eſt membrum furor, qui definitur, ab eodem Tullio, mentis ad omnia cæcitas, nec ſolùm ex atra bili ſed & iracũdia grauiore, vel timore, vel dolore deſcendit, quo genere fuerunt Athamas, Alcmæon, Aiax, Oreſtes. Et iſtis equidem multò fortius curatores dandi ſunt. Simili quoque ratione magis eis ſubuenitur iuxta gnoſem noſtram. l. fere. 109. l. in eo. 111. §. vlt. de reg. iur. In quo etiam à pupillo furioſus diſcrepat: furioſus & amens à pupillo diſcrepat. Ille enim tutore authore negotium rectè contrahit. §. pupillus. inſt. de inutil. ſtip. Hic nihil quicquam agere vel authore curatore intelligitur. l. vbi. 167. de reg. iur. l. qui ad certum. locati. l. maritus. C. de proc. l. excipiuntur. ad Syll. l. 2. §

Curatores aliquando perſonis aliquando bonis dantur.

Furioſus & amens à pupillo diſcrepat.

l.2.§.voluntatem.ſol.mat.l.ſi à reo.§.adeo.de fideiuſ.l. ſi ſeruus decem.§.fi.de ſolut.l.1.§.adipiſcimur. de adq. poſſ.gl.in Auth.quod ſine.C.de teſta. Sed per omnia abſentis ſeu quieſcentis loco habetur.l.2.§. furioſis.de iure codic. Item infantem innocentia tuetur : furioſum fati infœlicitas ne pœna afficiatur.l. infans. ad legem Cornel.de ſic.Satis enim eſt iam furioſum ipſo furore puniri.l.diuus.de off.præſ.l.pen.§.fin. ad Legem Pomp.de parricid.Nec debet ipſius infortunium expenſarum detrimento prægrauari.l. tam demẽtis.C.de epiſcop.aud. l.ſi furioſi. C. de nupt. Item mente alienatus conſentire non poteſt, ideoque non tenet ab eo profeſſio regularis facta, niſi poſtea cum mentis compos eſt factus,ratum habeat.ca. ſicut tenor.de reg. & tranſ.ad relig.

Verumtamen malorum mores infirmitas animi, dummodo ſit doli capax non excuſat. l.1. C.ſi aduerſus delictum.Quod intellige vt ſ̃.expoſui ſuperiore tit.cap.1. *Intellectus regulæ.*

CAP. II.

Egritudo corporis negotiis gerendis non officit.] l.2.& 3.de teſtam.l.3.l.ſenium.C. qui teſt.fac.poſſ.l.ſenectus.C.de don.Facit l. ſi ſerua.§.ſi ſpadoni. de iur.dot.§.ſed & illud. §.fœminæ.inſt.de adop.l.adrogato.§.vlt.D.illo ti.Ratio eſt,Quia per procuratorem,geſtorem, aut aliam interpoſitam perſonam rectè expediuntur cùm conſenſus domini adſit:at in mẽtis infirmitate conſenſus eſſe non poteſt , vt ſ̃. proximo cap. dictum eſt. Natura magis ac ge- *Ratio.* *Paraphraſes regulæ.*

ner

multis authoritatib. ornatæ. nerandi conſuetudo ſpectatur, quàm temporale aliquod vitium, aut valetudo, propter quam abducatur homo à generãdi facultate. l. ſi quis poſthumos. de lib. & poſth. Item naturæ vitium aut ſuperfluitas in culpam imputari nõ debet. can. fin. diſt. 5. Indignum eſt vt ſi moleſtia corporis irruat, honore ſuo priuetur ægrotus. can. 2. 2. q. 1. Ægritudo non debet impedire clericum ad recipiẽdos ordinarios eccleſiæ reditus: quia ſi alij eius eſſent exemplo deterriti, fortè non poſſet eccleſiæ militans inueniri. cap. 1. de clerico ægro. Deſyderium infirmorum maximè cum vrgens neceſſitas exigit ſupportare poteſt, & debes. cap. 2, in fi. de obſer. ieiun. Valetudinarij, & membrorum deſtitutionibus impediti excuſantur, dummodò ſatisfaciant his quibus per eos conſtiterit iniurias irrogatas. cap. ea noſcitur, de ſent. excomm.

Exceptio & intellectus reg. Interdum tamen vitium corporis poteſt ad animum peruenire, ipſúmque vitiat. l. 1. §. apud Viuianum. de ædil. edict. In compoſitio etiam corporis, inquit Auguſtinus, inęqualitatem indicat mentis, veluti pulchro Catilinæ exemplo apud Salluſtium demonſtratur & in can fi. diſt. 41. Item corporis debilitas & aduerſa valetudo propter quam rebus ſuis ſupereſſe nõ poſſunt, ſatis excuſat. l. 2. l. paupertas. l. poſt ſuſceptam. §. 1. de excuſat. tut. l. 3. l. ſemper. de iure imm. l. fi. §. camilaſia. de mun. & hon. Quod vtique intelligendum eſt, de excuſatione eorum munerum ſeu functionum, quæ corpore impleri debent. l. libertus qui poſt. l. nec audiendus. de oper. lib.

cap

cap.niſi cum pridem.de renunt. Cæterùm quæ conſilio prudētis viri vel patrimonio ſufficientis in honores obiri poſſunt niſi certis & probabilibus cauſis non remittuntur.l.ſextum decimum verſ. corporis de vac.& excu. mu. Item ſententia contra febricitatem lata,qui ſontico morbo laborat, ipſo iure nulla eſt. l. quæſitum de re iud. vbi diſtinguitur inter ſpecies febris. Item vulgata eſt diſtinctio inter morbum leuem & grauem : Leuis non curatur nec impedit. d. l. quæſitum. & ibi gloſſ. Grauis verò interdum facit recedere à regulis iuris communis.l.ſi cui.§.tamen.ex quib.cauſ. maiores. l. ſi quis in graui.ad Sylla.cap.1.in pr.de ſtatu regu. in 6. Quod etiam latius tractat Medicæus.reg. 1.& 5.Item aliquando in debilitate ægritudinis conſtituti à negotiorum diſcuſſione ſemoti ſub diligenti examine dirigimus aciem mentis noſtræ, vt dicitur in prouerbiis : *Afflictio dat intellectum*.cap.2.circa medium.de pręb.& dig. in extra.commun. *Diſtinctio.*

CAP. III.

AFfectio maxime cuiuſque ſpectatur.] l.vl. §.vxori.de annuis leg.l.Cornelius. pro ſocio.can.ſi alia.in fi.pr.q.2.Eſt enim clarum cordis iudicium quod ex pluribus circunſtātiis dignoſci facile poteſt. De quo Cic. latè ſcribit in Topic. & in ſomnio Scipionis, eſtque de genere παθῶν. Sic enim hāc regulam diſtingo ab ea quæ ſcripta eſt ſ̃.ſub tit. de voluntate & verbis.cap. 4. Nam ibi affectus pro voluntate ſola accipitur : hìc pro ardenti quodam alicuius *Ratio.*

rei

Paraphraſes regulæ. rei deſiderio. Perſonę igitur affectio generalem diſpoſitionem reſtringit, nec tamen eam tranſgreditur. l. ſi in emptione. de minor. l. qui officij de cont. empt. l. ſpadones. de excuſ. tut. Quod amplius exponit Socynus reg. 284. fal. 35. & ſeq. Item Medicæus. reg. 1. & 8. Affectionis gratia alioqui illicitum permittitur. l. affectionis. & ibi notatur. de donat.

At verò aliquando affectus non quæritur, nec etiam ipſius ratione cōdemnatio augetur. l. ſi ſeruum. Ad leg. Aquil. l. pretia rerum. l. in lege Falcidia. ad leg. Falcid. l. vn. & ibi valde notatur. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. Quod etiam amplius declaratur per Duennā in reg. 34. Item reſignationes ſpiritualium & temporalium quæ nullo pacto ſed affectu animi præcedente vtrinque acquiruntur, pro ſimonia nō tenentur. In quo caſu licet delinquentibus per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori. ca. ſi. de ſimonia. De affectu verò pœnitētis & impœnitentis quomodo diſcerni debeat pulchrè not. in c. pœnitētem cum aliis ſeq. 26. q. 7. Quod quia Theologos tangit, ad eos remittēmus.

CAP. IIII.

AFflicto non eſt danda afflictio.] Vulgata l. iure ſuccurſum eſt. de iure dot. l. diuus. de officio præſidis. l. ex facto. §. vlt. de vulgari. §. vlt. inſtit. de action. can. cum percuſſio. cum duob. ſeq. 7. qu. 1. & tit. de clerico ægrotante, in antiquis. cap. at ſi clerici. §. 1. de iudic. Quin imò conſolatio potius afflicto, oppreſſo, & infœlici datur. §. 1. Auth. de nupt. coll. 4. can. irritam. 3. q. 6. cap

6.cap.ex parte.de cler. ægro.cap.licet multum. de cenſib. Vnde parentes & liberi defunctorũ habeant ſucceſſionem in ſolatium ſuæ triſtitię. l.vn.C.de his qui ante apert.tab. §.1.inſt. de S. C.Tertyl.l. fi.in fi.C.de indicta vid.toll.l.fin.C. communia de ſucceſſ.quod ſ.latius expoſui in tit.de dominio.cap.6. Iuſtus quoque doctor aliquando excuſat.l.1.§.fi.ad leg.Corn.de ſic.l.ſi adulterium.§.imperatores.al leg.Iul.de adult.l. Gracchus.C.ille tit. *Paraphraſes regulæ.*

At verò ſemper boni à malis perſecutionem patiuntur. Ideoque humiliari nos oportet ſub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis.ca. nulli dubium eſt.3.q.1.Sed aduerſitas,quæ bonis obiicitur,probatio virtutis eſt,non indicium reprobationis. ca.aduerſitas. 7.q.1.Hanc etiam reg. latè declarauit Donatus Fina.lib.5.& Riſuitius noui compilatores. *Intelle. & diſtin.reg.*

CAP. V.

SAnitati & ſaluti maxime inuigilare debemus.] l.Medicus. de var.& extr.crim. Itaque labor eximius pro ſalute conſeruanda nullo modo compenſari poteſt. l.ſi pater.§.1.de don.Item medicorum iuſtior, id eſt, magis neceſſaria cauſa eſt quàm profeſſorum: cùm illi ſalutis hominum, illi ſtudiorum curam agant. l.1. de variis & extra. cogn. Purgatio cloacarũ ad ſalubritatem & incolumitatem ciuium pertinet: nam cœlum peſtilens & ruinas minantur immunditiæ, ſi ſtatim cloaca non reficiantur. l. 1. de cloacis.l.de pupillo.§.ſi quis riuis.de noui ope.nunt. Homo tenetur facere pro ſani- *Paraphraſes & amplia.reg.* *Intellectus regulæ.*

tate aut ſalute alterius quod poteſt: cùm autem ad hoc vetum fuerit, vt huiuſmodi rei niſi peccando conſulere nõ poſſit, iam ſe exiſtimet non habere quod faciat, quoniam id eſſe reliquum proſpexerit, quod rectè faciat. Eleganter notatur in can. faciat. 22. q. 2.

In Titulum de Statu, & Conditione perſonæ.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Cõtinuatio. *ACcidentium ſeu qualitatum, quæ homini extrinſecus contingunt, primum eſſe diximus conſyderandum ſtatum conditionémque perſonæ: quæ quidem abſque corruptione ſubſtantiæ, & adeſſe, & abeſſe poſſunt, ideóque magis propriè accidentia vocantur. Status autem multifariam diuiditur. Præcipuè quidem in liberum & ſeruilem ſtatum, & aliquando medium, qui libertinorum eſt, atque eorum qui aliquam capitis diminutionem, aut, vt Cicero nuncupat, de capite demptionem ſuſtinent. Cæterùm hæc diuiſio magis ſpectat antiquam formam ſeu conditionem hominum quam noſtram: quandoquidem lege Chriſtianorum inter eos qui baptizati ſunt ſub nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis inter libertatẽ & ſeruitutem nullum diſcrimen ſtatuitur. Omnes enim ſecundùm legem Domini ſumus liberi, vt ſcribit Paul. Apoſt. ad Galat. & Iuſtin. in Auth. vt liber. de cætero. coll. 6. Sed quoniam de iſta ſtatus diuiſione ſæpius leges noſtræ loquũtur, quæ in reliquis perſonis Chriſtiana pietate carentibus locum ſibi vend*

Status diuiſio in liberum & ſeruilem.

vendicant, ac etiam in exemplũ trahuntur quarũdam perſonarum, veluti monachorũ adſcriptitiorũ, libertinorum(quos in Gallia mainmortables, *appellant)ſiue aliorũ, aut quos lex ſeruos pœnæ effi cit, & in metallum damnat, aut verò qui liberi viuunt, & ſerui moriuntur, idcirco de his mentio nõ nulla fieri viſa eſt. Poſtea de clericali & laico ſtatu iuxta ea quæ traduntur in c. duo ſunt genera.* 12. *q.* 1. *De aliis ſtatuum diuiſionibus nõ item: tũ quia infrequentiores ſunt, tùm quòd non adeò generaliter humanæ ſocietati accommodentur.*

Alia ſtatus diuiſio in clericalẽ & laicalẽ.

De Statu & Conditione perſonæ, Tit. xvj.

CAP. I.

LIbertas maxime fauorabilis & inæſtimabilis eſt.] l. quoties. 21. l. libertas. 107. l. nõ eſt. 137. §. vlt. l. in obſcura. 140. l. libertas. 165. de reg. iu. l. ſi ita fuerit. §. fi. de reb. dub. l. ſi ſeruum. de acq. her. l. iudicatę. de excep. rei iud. l. in bello. §. manumittendo. de cap. & poſtl. reuer. l. fin. C. de his quibus vt indig. l. 1. §. vlt. C. commun. de manumiſſ. Ratio eſt: quia per eam redeunt ſerui ad priſtinũ & naturale ius & alij in ſuo iure conſeruantur. Natura. n. omnia ſunt libera. §. 1. §. ius autem gentium. inſt. de iur. nat. gent. & ciu. §. 1. inſt. de libert. l. fi. de ſeruit. l. cum eo. de ſeru. vrb. præd. l. altius. C. de ſeru. & aqua. Fauor etiam libertatis amplius probatur in §. vlt. inſt. de donat. §. ante. inſt. de leg. l. procurator. § vlt. rem rat. haberi. l. 3. §. hoc interdictũ. de lib. ho. exh. §. 1. §. idémq;. §. præualuiſſe. & §. fi. inſt. quib.

Ratio.

Primi mẽbri regulæ declaratio.

ex cauſ.manu.non licet.l.fi.C.de pat.pot. l. ſtatuliber rationem.de ſtatulib.

Libertatis fauores.

Cæterùm quam infiniti ſunt fauores libertatis, paſſim in toto iuris corpore facilius eſt annotare quàm hîc ſigillatim recenſere. Notabiliores tamen, vt moris eſt noſtri, lubet adſcribere. Ergo libertatis fauor benigniores ſententias exprimit. l.pœnales.§.fi.in fi.ad leg.Falcid. Iudicibus diſcordantibus æquali numero pro libertate pronunciandum. l. lege Iunia.de manumiſſ. Nemo prohibetur libertati fauere, ideò interdictum de libero homine exhibendo omnibus competit. l.3. §. hoc interdictum.de lib. hom. exhib. Pendente liberali cauſa interim pro libero habetur. l. 1. C.qui dare tut.poſſ. Et ſeruus heres inſtitutus vel tutor datus fit liber. l. 2. l. quidam. C.de neceſſ. ſer.her. Statim poſt annum à die mortis teſtatores competunt libertates.l.fi.C.de petit. her. Libertatis fauore pro parte viri ſecurius iudicandum eſt, vt ſit liber.ca.licet.de coniugio ſer. Ceſſat etiam auxilium Velleiani, ne ſcilicet dominus & re & pretio careat.l.veterum.C. ad Velleia. Non eſt ignotum contra iuris rigorem multa pro libertate eſſe conſtituta, vt expreſſe inquit Vlpianus in l.generaliter.§.ſi quis tutorem. de fid. lib. & Iuſtin.in §.vlt.inſt.de donat. Denique cordi eſt imperiali ingenuis magis hominib, quàm liber tis remp. frequentari.l.fi.C.de bon.lib.

Paraphraſis regulæ multis exemplis & iurib. prob.

Probatio reg. per oppoſita.

Econtra verò pactio omnis quæ libertatis onerandæ cauſa interponitur, nullius eſt momenti.l.1. §.quæ onerandæ. quar.rer.actio non det.

l.Tit

l.Titio centum.§.Titio centum.de cond.& demóſt.l.nec ſi volens.C.de lib.cauſa.l.nemo carcerem. C. de exact. trib.lib.10. Valdè iniquum eſt ingenuorum corpora ad tuendam Remp. deſtinata magno ſalutis & incolumitatis publicè detrimẽto nexibus ſeruitutis irretiri, vt aic Diodorus Siculus lib. 2. de fab. geſt. antiq.Publicè intereſt ne liberi homines à quoquam retineantur: non enim differunt à ſeruis, quibus facultas non eſt recedendi.l.1.& 2.de lib. hom. exhib. Libertas ſemel data nec priuilegio minoris ætatis retractari poteſt.l.1.2.C.ſi aduerſus liber. Nec iure antiquo libertatem eripere liberis licebat.l.fi.C.de pat.poteſt.Licet falſi poſteà declarentur codicilli,libertas ſemel ſeruis acquiſita tenet.l.2.C.de fid.lib.Durum eſt,vt ſi alij pro mercede libertates tribuunt, ab eccleſia à qua tueri debent reuocentur.cap.1.de natis ex lib.vent. Quælibet clauſulæ & conditiones appoſitæ ad libertatem quæ ſemel competiit reuocandam non ſunt efficaces, nec poteſt ad tempus dari libertas.l.libertas. l. imperatores.de manu.teſt.Contra libertatẽ nullo tẽpore pręſcribitur niſi cuius memoria non extat.l.vl. C.de præſ.long.temp. quæ pro liber. Lex Scribonia eam vſucapionem ſuſtulit, quæ ſeruitutẽ conſtituit,non etiam eam quę præſtat libertatẽ ſublata ſeruitute.l.ſequitur.§.vlt.de vſuc.

Quantùm ad ſecundum regulæ membrum: Libertas omni cõmodo pecuniario præfertur. l. ſtatuliberum medio. de ſtatul. §.& ne huius. inſt.de eo cui lib.cauſa.Quò fit vt liberum cor- *Secundi membri expoſitio.*

pus æſtimationem non recipiat. l. liber homo. in pr. ad leg. Aquil. ex hac lege. ſi quad. paup. l. fi. de his qui deiecerunt. l. naturalis. §. fi. de præſ. verb. Attamen diſtrictè cauetur, ne quis ſeipſum offendat, cùm non ſit dominus membrorum ſuorum: quoad ſcilicet ſui offenſam ſed gubernationem & conſeruationem. d. l. liber homo & ibi paſſim annotatur. Facit pulchra. l. ob æs. C. de act. empt. l. fin. de his quæ in teſta. delentur. & l. Cornelia de ſicar. tenetur. qui ſe vltrò caſtrãdum præbuerit. l. lege Cornelia. in fi. ad legem Corn. de ſic. Multa quoque de libertate ad interpretationem huius regulæ tradit Riſuicius in paratitlis. Porrò de libera volũtate vide ſ. in tit. de vol. & verb. cap. 2. & de libera diſpoſitione & cæteris animi fruitionib. vide ĵ. tit. de diſpoſit. cap. 1.

Intellectus regulæ.

CAP. II.

SEruus eſt omnino incapax eorum quę ad ius gentium & ciuile ſpectant.] Quare nec teſtari, nec contrahere, nec aliud agere abſq; domini voluntate poteſt: quemadmodum ab hoſtibus captus. l. in itinere. 3. §. vlt. l. illa verba. 68. de verb. ſign. l. ſeruus. C. commun. de ſucceſ. l. in bello. §. medio tempore. de capt. & poſtl. reuerſ. can. vlt. & ſeq. 13. q. 2. Vnde nec dicitur ſeruus vllam volũtatem retinendi aut aliquid de iure faciendi habere. l. velle. 4. l. in perſonam. 25. l. quod attinet. 33. l. cum ſeruis. 108. l. in omnibus officiis. 136. l. qui in ſeruitute. 161. l. quod quis. 289. l. ad ea. 99. l. ſeruus. 211. de reg. iuris. §. ſeruus. inſt. de cap. dimin. §. item vobis. inſt. per quas

Exempla.

quas perſonas. Et his hodie comparantur monachi.cap.cum olim.de priuil.in 6.Coloni item cẽſiti ſeu adſcriptitij, quos in Sabaudia & quibuſdam aliis regionibus,*taillables* vocant.Non tamẽ in omnibus,nam ratione legis Chriſti receſſum eſt à vetuſta illa crudelitate,quæ rationis capaces homines eodem loco quo bruta animãtia habebat, cùm naturali ratione omnes liberi ſimus, vt ſ.dictum eſt in præfatione huius tituli.

Ratio eſt: Quia ſeruitus mortalitati comparatur.l.ſeruitutem.209. de reg. iur.l.cum hic ſtatus. §. ſi donator. de don. inter virum & vx. l.intercidit. de cond. & demonſt. §.ſi vero decretum.Aut.de nup.coll.4.Serui igitur pro nullis habentur apud Prætorem. l. 1. de iure delib. nec omnino ſiue de iure ciuili ſiue Prætorio ſiue extra ordinem computantur.l.nullomodò. ad leg. Corn. de falſis.Nuntiatio noui operis à ſeruo facta nullum effectum habet.l.de pupillo in fi.pr.de noui op.nun.Cum ſeruo nullũ poteſt iudicium conſiſtere. l. ſeruus. I. cum debitoris. C.de iudic.l.fin. C.an ſeruus pro ſuo facto.Neque ſeruus habere bona dicitur, ſed peculium, quod ad patrem familias non pertinet.l.paterfamilias.182.de verborum ſign.Item nec ſeruus debere, nec ei deberi poteſt, ſed cum eo verbo vtimur factum magis demonſtramus, quàm ad iusciuile referimus obligationem.l.nec ſeruus. de peculio. Pœnæ pecuniariæ aut mutationis ſtatus in ſeruos non cadũt quia ſunt iuris ciuilis, ſed cùm natura eſt cõmunis, aliunde in eos

Ratio.

Paraphr. reg. multis iur.probat.

grauiúſque animaduertitur, vt notabiliter dicitur in l.hos accuſare.§.1.de accuſat.

Subregulæ Hinc naſcitur ſubregula: *Qui ab alio poſſidetur vel regitur, alios poſſidere nō poteſt*.l.cum hæredes.§.2.de acq. poſſ. l. ſic eueniet. Ad legem Iul. de adult.§.item maior.Inſt.de excuſa.tut.§. nos autem.inſt. de Attil. tut. nec aliquid ſuum dicitur habere.§.item vobis.inſt.per quas perſ.

At verò ea quæ facti ſunt, ad dominum non tranſeunt.l.qui heredi.in prin.de cond.& dem. Item inter dominum & ſeruum cōſtat de fraude annonę iudicium.l.1.ad leg.Iuliam.de annona. Item licet ſeruis cauſas perorare, ſiue curare pro dominis fas nō ſit, tamē certis in cauſis id eis indulgetur.l.1.& ibi gloſſ.C.ſi per vim aut alio modo. Item tametſi relictum ſeruis à teſtatore de rigore iuris peti non poſſit, heres non iuſtè ſiue piè recuſabit id exoluere.l.quidá.§.illo videlicet.C.de neceſſ.ſer.her. inſtit.Quidam tenent ex inuentione vini ortam ſeruitutem, adeò vt nulla eſſet ſeruitus niſi ebrietas in mundum veniſſet, vt notatur in can. ſexto die.diſt.35. Hodie autem inter Chriſtianos ſeruitus locum non habet, quia omnes in Chriſto vnum ſumus, nec differentia eſt conditionis. can.1.29.q.2. nam vbi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas, nec ſub lege eſt: quia lex non ponitur iuſto.cap. licet quibuſdam.de regul. Simulachra tamen ſeruitutis in quibuſdam regionibus remanſerunt, vt in Sabaudia *mainmortables*, & in Hiſpania vocantur *ſchiaui*, qui ex Paganis in bello ſunt capti. Quin etiam galeritæ, i. ad

galc

galcatas naues adſignati, quodammodo ſerui pœnæ dici poſſunt. Item liberi fiunt, qui ad ſacros ordines promouentur. Ideóque inhibetur laicis, ne ſub prætextu ſeruitutis eos vexent. Nam ſicut liberi facti ſunt ad ſuſcipiendũ gradum & diuinum officium peragendum, ita nihil ab eis præter diuinum officium exigatur. ca. 2. de ſucceſſ. ab inteſtato.

CAP. III.

QVos dignitas Eccleſiaſtici gradus exornat, eorum qui in laicali ordine conſiſtũt obſeruantiam, vt loco, ita religione præcellant.] can. denique. diſtin. 4. can. ſynodum. diſt. 17. can. ſi officia. diſtin. 59. can. de induciis. 3. quæſt. 3. can. fin. 3. qu. 5. can. qualis enim 8. quæſt. pr. can. pr. 15. quæſt. 7. Ratio eſt: Nam ſpiritalem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem, oportet tanto clariùs nos fateri, quantò ſpiritalia temporalibus antecellunt, vt multis rationibus & exemplis demonſtratur in cap. pr. de maiori. & obed. in extra. commu. Alia eſt ratio: Non multùm differunt inter ſe, ſacerdotium & imperium. Honorandi enim nobis ſunt ſacerdotes vt principes. §. ſinimus. Auth. de non alien. coll. 2. can. ſacerdotibus. 11. qu. pr. can. duo ſunt genera. 12. qu. pr. can. nos ſi incompetenter circa med. 2. qu. 7. vbi principum eſt corporalem irrogare pœnã, & horum ſpiritalem inferre vindictam. Alia: Clerici ab eorum etymologia in ſortem, id eſt, partem domini vocati tales ſe exhibere debẽt, vt poſſideant dominium, & à domino poſſidean *Rationes.*

Paraphraſes regulæ multis rationibus & iuribus comprobatæ.

deantur.can.clericus.12.qu.pr. Quò fit vt clerici intuentium maximè laicorum forma & exẽplum eſſe debeant.can.vlt.21.q.4. Tantò eſt grauius pondus ſacerdotum laicis, quantò etiam pro ipſis regiminibus hominum in diuino examine reddituri ſunt rationem. can.duo ſunt. diſt.96. Epiſcopus non debet ſubeſſe principibus ſeu poteſtatib. ſecularibus, ſed præeſſe, vt amplè oſtenditur in cap. ſolitæ. de maio.& ob. nec teſtimonium dicere compellitur. l.nec honore. C. de epiſ.& cler. Laici non admittuntur ad teſtimonium vel accuſationem aduerſus clericum, niſi in accuſatione tantùm, quãdo ſuam vel ſuorum iniuriam proſequuntur. cap.de cætero.de teſtib.can.2.can. laicus. & ferè per totã 2.q.7. Sed è conuerſo carnales à ſpiritalibus cõuenit accuſari.can.ſunt plurimi 6.qu.pr. Dei enim ordinationem accuſat, qui eos qui ab ipſo ſunt conſtituti ſacerdotes accuſat, aut damnare cupit: quandoquidem populus eſt ab eis docendus & corripiendus, non illi ab eo. Idcircò qui patres, id eſt, ſacerdotes accuſat, infamis eſt.can.ſacerdotes.can.oues 6.qu.pr.cap. pr. & ſequentibus.per totam 11.qu.pr. Laicus aliquid in eccleſia ſtatuere non poteſt, cui obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi. can.non placuit.16.queſt.7.cap.eccleſia Sanctæ Mariæ.de conſtit.cap.cum laicis.de reb. eccleſ. non alien. Cauendum eſt ne miniſterium preſbyterorum ſeu clericorum vilipẽdatur. c.ſignificaſti.de adult.& ſtupro. Et diſſolutionis ac euagationis materia eſt præ cæteris religioſis

aufer

auferenda.cap.cum ſingula.de præb.& dign.in 6.Decet fratres, quos mendicantes vocant,puritatem omnimodam in ſuis obſeruare actionibus,& ab his abſtinere propenſius, per quæ poſſit aliis exempli pernicies generari.c. fin. de pactis in 6. Quod idem de monialibus dicitur, quibus extra clauſtra vagari inhibetur, & laicos intra admittere,vt ſic à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ omnino ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi opportunitate ſublata,eidē corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodiant, vt eleganter traditur in cap.pr.de ſtatu regul.in 6. Idémque de monachis.c.pr.§.quia verò.c.2.de ſtatu monach.in Cle.c.2.ne clerici vel monachi in 6.Cōuenit etiam maximè ſacerdotibus & religioſis per decentiam habitus extrinſeci morum intrinſecam honeſtatem oſtendere.c.2. de vita & hon.cler.in Cle. Quantò digniores ſunt ſacerdotes, tātò faciliùs in neceſſitatib. pro quibus clamant exaudiuntur.can ipſi ſacerdotes.1. q.1. can.quàm pio.1.q.2.can.remoto 7.q.1.can.ſacerdotib.11.q.1.Nec eſt ſimplicibus ſacerdotib.detrahendum,cum in eis debeat ſacerdotale officium honorari, qui propter excellentiam ordinis & officij dignitatē deorum nomine nuncupātur.c.cùm ex iniūcto. de hæret.Cauēdū. n.eſt ne propter iniuriam ſacerdotū diuina indignatio grauiùs exardeſcat.cap.ſanè de celeb. Miſſ. Pontificali autem dignitate præditis ob reuerentiam ſacri officij, quod exercent plus aliis honoris deferri conuenit. c.2.de off.& pot.iud.

Dignitas ſacerdotalis.

del

del. in 6. De ſacerdotibus eorúmque officio diſſerit Iuſtinianus. §. vn. Auth. apud quos oporteat epiſ. coll. 6. §. pr. Auth. Vt clerici apud proprios epiſco. ead. coll. §. Deo autem. §. presbyteris Auth. de ſanctiſſ. epiſ. coll. 9.

Clerici à ſecularib. negotiis ſint alieni.

Eadem proculdubio ratione vetitum eſt, ne laici eccleſiaſtica negotia diſponant, vel clerici ſecularibus negotiis ſe immiſceant, c. 2. de iud. can. quoniam idem diſt. 10. & toto tit. Ne clerici ſecularibus negot. in antiquis. & ſexto can. his igitur. diſt. 23. can. pr. diſtin. 53. can. clerici. de vita & honeſt. cleric. Indignum eſt dare Deo, quod dedignetur homo. can. fin. diſt. 49. A turpi lucro & voluptatib. alieni ſint clerici, & ſecularibus negotiis, niſi iis quæ per neceſſitatem ipſis iniunguntur. can. pr. diſt. 32. can. fin. diſt. 86. Idem etiam in diſt. 88. per totam. vbi pulchra exempla & authoritates adducuntur. Cunctorum ſacerdotum vitam ſuperiorẽ ſanctiorémque ac diſcretam à ſecularibus & laicis hominibus, ſupérque eis eſſe cõſtitutos probat. can. beatus Petrus 6. q. pr. Tanto ſollicitius in laicis clericali ſtatui aggregandis examinatio procedat, quantum inter mundanam religioſámque vitam conſtat eſſe diſcriminis, quia vtique cõuenientia eccleſiæ miniſteria ſunt deputanda, non inconuenientibus meritis ingerenda. can. monachus. diſt. 77. Huc pertinet, quod à Paganis quoque inter functionem iuris diuini & humani obſeruabatur.

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Clemens ſcribens clericis ait oportere ſummo

mo ſtudio niti, vt omnes vitę huius occupatio-
nes fugiant: nam alioqui impietatis crimen eſt
neglectis verbi ſtudiis ſollicitudines ſeculares
ſuſcipere.can.te quidem.& ſeq.11.q.pr.Cui por-
tio Deus eſt, nihil curare debet, niſi Deum, ne
alterius impediatur neceſſitatis munere, cum
duo ſint genera Chriſtianorum, vnum quod
mancipatum diuino officio, & deditum contẽ-
plationi & orationi ab omni ſtrepitu tempora-
lium ceſſare conuenit: aliud, quibus licet tem-
poralia ad vſum poſſidere. can. cui portio. can.
duo ſunt genera.12.qu.pr.Clericus adhærens v-
xori non poteſt Deo placere, cùm quaſi diuiſus
in duo plenam ſui non habeat poteſtatem, vt ei
à quo plenius ſtipendium recipit, pleniùs famu-
letur. Idque veluti in pſalterio & cythara malè
concordat. Quapropter non debent clerici cõ-
iugati ferre tonſuram.ca. diuerſis. cap.Ioannes
de cler.coniug. Item clerici conductiones ſiue
ſeculares cauſas & negotiationes non ſuſci-
piant. nam aut clerici ſint ſine actionibus do-
morum, aut actores ſine officiõ clericorum, ex-
ceptis videlicet iis officiis quæ ibi deſcribun-
tur can.pr.& ſeq.21.q.3. Inhibetur ne ab eccle-
ſiaſticis perſonis exigantur pedagia ſiue alia
iura temporalia. nam & hi munerum ciuilium
vacationem obtinent.l.Prætor.de vacat.& ex-
cu.mun. Quod nimirum intelligitur ratione
rerum eccleſiæ, non earum, quas mercimonij
aut rei temporalis gratia exercent. cap. quen-
quam. de cenſib.in 6.Item pigneratio in perſo-
nis eccleſiaſticis fieri non debet c. vn.de iniur.

&

& damno dato in 6. in ſumma aduerſus clericos negotiationibus vel commerciis ſecularibus vel officiis non conuenientibus clericali propoſito publicè inſiſtentes vel arma portantes, ſic iubemus canonica ſeruare Inſtituta, quod & illi ab exceſſibus compeſcantur huiuſmodi, & ipſi de damnabili circa hoc negligentia nequeant reprehendi c. pr. de vita & hon. cler. in Cle. Igitur nec arma ſumant militaria, quia non poſſunt ſimul Deo & ſeculo ſeruire. can. ſunt nonnulli. can. reprehenſibile. 16. q. 1.

Sed & magis abſurdum eſt, vt miniſterium clericale humanæ ſit ſeruituti obnoxium. can. generalis. diſt. 54. cap. iniuſtum. de rer. permut. Serui enim aut aliæ viles perſonæ militiæ clericali aggregari non debent, vt a caſtris dominicis, quibus aſcribuntur nullius neceſſitatis vinculis obſtringantur, can. 1. can. de ſeruorum. eadem diſt. Nec poſt ordinationem ampliùs operas, ſiue aliud temporale patrono præſtant. can. qui ex famulis. eadem diſt. Ea tamē diſtinctio ponitur, quòd ſemel ſerui clerici facti, in eadem conditione manent: presbyteri verò ſtatum mutant: diaconi etiam, ſi vicarios poſſunt præſtare. Aliter in ſeruitutem reuocantur. can. ex antiquis. & can. ſeq. eadem diſt. Æquum eſt vt ab humano ſeruitio liber recedat, qui diuino amore diſtrictiorem appetit ſubire ſeruitutem: quod non tamen indiſtinctè, ſed cum ſolerti indagatione recipitur. Gregorius in can. multos. diſt. 54.

Propter hoc ipſum clericis beneficium indulg

dulgetur,vt aliis omnibus derelictis Dei omnipotentis miniſteriis hæreant. can. Chriſtianis. 11.q.1.l.generaliter.C.de epiſc.& cler.Vnde opprobrioſum eſt eis ſi ſe peritos velint oſtendere diſceptationum forenſium, nec debent ad extranea iudicia pertrahi, nec prouinciam aut locum in quo habitant, cogi exire. l. omnes.l. repetita.C.illo tit.l.conſulta.C.de teſtam.Vult etiam Iuſtinianus Imp.vt epiſcopi creandi nullos habeant liberos ſeu poſteros, propterea quòd qui huius vitæ curis & ſollicitudinibus afficitur,quas liberi,vt qui maximè parentibus afferunt,eius omne ſtudium & cogitatio inDei cultu, eiúſque eccleſiæ rebus verſari nõ poteſt. l.nos ſemper.C.de epiſc.& cler. Itẽ cùm clerici templum Domini,& ſacrarium Spiritus ſancti debeant eſſe,indignum eſt eos cubilibus & immunditiis deſeruire,atque ideò vxores ducere, aut concubinas habere. Sed ſi quas vxores antea habuerint,eas cum voto caſtitatis retinere poſſunt.can.1.diſt.27. can. decernimus. diſt. 28. can.placuit.can.ſeriatim.can.hoſpitiolũ.diſ.32. Huc pertinent can.clericus.can.ſi quis. & can. oportet.diſt.81. de cõtinentib.tantùm loquitur can.propoſuiſti.can.plurimos.diſtin.82.At verò ſtricta illa obſeruãtia ad tẽpus oblationis ſanctorum redacta eſt, vt à Deo faciliùs conſequi queant,quę ſuppliciter poſtulant:hortatu Pauli Apoſtoli.can.1.can.quoniam diſt.31. Sed hæc omnia ſic intelligenda ſunt, vt priſcis temporibus vxorem habentes, ad clericatum aut ſacerdotium peruenire poſſent: non autem

An clericis expediat habere vxores.

cleric

clerici vel ſacerdotes contrahere nuptias, præterquàm in Orientali eccleſia: vt multis authoritatibus comprobatur in can. quicunq;. & can. fin. ead. diſt. Placuit quidem in Carthaginenſi concilio, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altari inſeruiunt. can. cum in præterito. diſt. 84.

Conuiuiis aut. turpibus ſpectaculis inter eſſe nō poſſunt.

Hodie tamen iuxta ritum ſacroſ. Rom. eccleſiæ neutro caſu poſſunt vxores ſiue cōcubinas habere. Qui verò ad aliquem promoti ſunt eccleſiaſticum gradum (de maioribus loquor) conuiuiis intereſſe non debent, ne auditus & obtuitus ſacris miniſteriis deputati turpium ſpectaculorum atque verborū contagione polluantur. can. presbyteri. diſt. 34. Denique longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui eccleſiæ gubernacula committuntur. can. 1. & ſeq. diſt. 60. Nemo enim in eccleſia Dei nocet ampliùs, quàm qui peruersè agens nomen vel ordinem ſacerdotis & ſanctitatis habet. can. nemo. diſt. 83. Iudæorum quippe eſt, vt hi debeant eccleſias regere qui nō nouerint gubernare ſe ipſos, cum ad eccleſiarum regimen tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præemineant, & morum præfulgeant honeſtate. c. Iudæorum. de ætate & quali. Maior etiam in ſpiritualibus quàm in temporalibus tā prouidentia quàm authoritas & idoneitas requiritur, vbi videlicet maius eſt periculum. cap. per venerabilem. Qui filij ſint legitimi. Nemo quippe ad presbyteratus accedat faſtigium, niſi & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipen

Qua morū probitate ornati eſſe debeant.

ſtipendia anteacta teſtentur. can. ſi officia. diſt. 59. Neque ex ſanguine aut ordine loci poſtpoſitis vitæ meritis primas epiſcoporum eligatur, quia apud Deum nó gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. can. ſicut excellentiam. 23. qu. 4. can. apoſtolica. 8. qu. pr. Raptor ſanctimonialium vltimo afficitur ſupplicio, quòd non ſolum ad iniuriam hominum, ſed ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam cómittat. l. vn. in prin. C. de rap. virg.

Exceptiones & intellectus regulæ.

At verò etiam ſi nunquam clericatus tonſuram vel religionis veſtem quis ſuſcipiat, non ideò minùs ſalutem promerebitur: cum nónulli in laicali habitu ſanctiſſimi Deóque dilecti inueniantur. can. innocés. 22. q. 4. Item clericos laicis infeſtos oppidò tradit antiquitas: quod & præſentium experimenta temporum manifeſtè declarant, dum non prudenter attendút, quam ſit eis in clericos & bona eccleſiaſtica interdicta poteſtas. cap. 3. de immun. eccleſ. in 6. Item clericorum audacia compeſcatur qui ſub prętextu clericalis ordinis impunitatem exceſſuum obtinere ſperantes, nonnulla multoties enormia committunt, per quæ nimirum diffamatur eccleſia, & ſcandala in populo generantur. cap. 1. de off. iud. ord. in Clement. In hoc deteſtabile eſt crimen ſacerdotum, qui non priùs ſe iudicant, & alios alligant: deberent enim in ſe timere crimen quod in aliis deteſtabile cenſent. can. pr. de pœnit. diſt. 6. quemadmodum & aliàs demonſtraui ſuprà tit. de æquitate.

In eccleſiaſticis verò perſonis iuris rigor &

diſtrictio non habet locum, ſed patientia cum æquanimitate, dùm per hoc iuſtitia non periclitetur.c.1.de dol.& cont. Cæterùm quomodo inter ſe ius diuinum ſeu canonicum & ciuile, conueniant, & in quibus diſcrepent noſtrum non eſt hic exponere: nimis enim longum & tædioſum eſſet: at quilibet curioſus ex Bart.& aliis qui de ea re ſcripſerunt, poterit addiſcere. Neque tamen in abſumendis eccleſiæ facultatibus clerici vacent, titulum quidem clericorum ſuſtinentes, cæterùm officio clericorum quod in cultu diuino verſatur negligentes. l. nos ſemper.ver.ſancimus.C. de epiſcop.& cler. Sed in ſecularibus negotiis aliquo modo peritus eſſe debet, id eſt pro neceſſitate, vt eccleſiæ ſubueniat.can.1.diſt.39. Sicut non eſt ab eccleſiaſticis ſecularium literarum quærenda peritia, licet eis ad neceſſitatem ſcire liceat.can.legimus.& per tot.diſt.37.

in Tit. de Dignitate, Officio, & Obedientia.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõparatio *SIcut ad vitæ ſocietatiſque humanæ tuitionem multos gradus dignitatum & officiorum eſſe oportet, ita varia eis conceſſa ſunt priuilegia, iura & authoritates: quædam omnibus communia, alia verò ſpecialia vnicuique, vt oſtenditur in tit. de muner.& hon. & tit.vt dign.ordo ſeruet.lib.12.*

Cod

Cod. & paſſim apud humaniorum litterarum authores annotatur. Deus enim Opt. Max. non ſolùm in cæleſti illa hierarchia, quam Dionyſius accuratè depinxit, verum etiam in hoc inferiori mundo plures gradus & ordines dignitatum conſtituit, quo vna alij præcellente & imperante & quiſque in ſui debito officij contineretur, & ſingulorum hominum functiones inter ſe facilius diſtinguerentur. Porrò ſciendum eſt hic nos officium non pro eo accipere, quod Græci καθῆκον vocant, id eſt munus & opus debitum, ſed pro qualitate magiſtratus aut prærogatiuæ, quæ vnicuique ſecundùm electionem factam à principe ſiue populo competit. Princeps quippe in monarchia primum gradum tenet honoris & dignitatis, poſtea ſubditi, prout cuiuſque ratio magiſtratus obuenerit. Cuius rei quædam ſimilitudo in aliis adminiſtrationum generibus obſeruatur. Quot denique iis qui Reip. curam & officium ſuſtinent & quanta veteres tribuerunt, omnia vndecunque ſcripta demonſtrant. Præſertim autem hæc duo enarranda putaui: obedientiam ſcilicet & reuerentiam: tùm quod firmiſſimæ ſunt partes, quibus ornamentum ſuperioris dignitatis retinetur, teſte Cice. lib. de inuentione: tùm etiam quod vna ſine alia vix eſſe poteſt, quinimò ambæ ad politiam inter homines conſeruandam viſæ ſunt perutiles ac neceſſariæ.

Multi sũt gradus officiorum et dignitatũ ad exemplum hierarchiæ cæleſtis.

Officii exceptio.

Ornamẽta dignitatis, obedientia & reuerentia.

De Dignitate, Officio, & Obedientia, Tit. xvij.

CAP. I.

Dignitas perſonæ & aliarum rerum inſpicitur.] l. ſeruo. §. filio, cum duabus ll. ſequ. De iniuriis. l. omne delictum. in prin. de re mil. l. pr. de albo ſcribendo: vbi exponuntur gradus dignitatum. l. accuſationis. & ibi Gloſſa. C. de accuſat. cap. paſtoralis. de off. & pot. iud. del. l. 3. C. de nat. lib. l. ſi cui annum. de annuis leg.

Paraphraſes regulæ multis textibus probatæ.

Vnde compoſitum ſeu mixtum debet à digniori denominari, vt notant Doctores in cap. quanto de iudic. l. cum in diuerſis. de relig. & ſump. fu. Quod quidem ampliùs tractatur per Riſuicium & Donatum Finam lib. quinto. Potior eſt cauſa eius in ferendis ſententiis, qui pluribus eodem tempore ſuffragiis iure decurionis decoratus eſt. l. ſpurij. §. pater. de decurio. Ad inuidiam nocere alicui nullam dignitatem oportet. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi metúſve cauſa. Quinimò per dignitatem, quam quis à principe obtinuit, omnis macula ciuilis interdictionis aboletur. Singularis textus in l. imperialis. §. ſimilis. C. de nupt. Sacrilegij inſtar eſt diſputare de principali iudicio, & an dignus ſit officio quem elegerit princeps. l. 2. C. de crimine ſacril. Tanto grauius eſt iudicandum periurium in epiſcopis, & prælatis, quanto maiori præeminent dignitate, atque eorum exemplo faciliùs alij poterunt ad ſimilia prouocari, cap. cum

cum quidam de iureiur. Nam ſicut dignitate præcellunt, ſic & aliis debent religione & ſanctitate vitæ præeminere. cap. hi quoſcunque. & can. viliſſimus. pr. qu. pr. cap. ex multa. de voto. Collatores beneficiorum indignis prætermiſſis idoneos aſſumant. cap. graue. de præb. & dign. Deus etiam vt dignis digna rependat, potioribus attollit inſigniis dignitatum & præmiorũ vberiori retributione proſequitur, quos digniores agnoſcit & commendat ingentior excellentia meritorum. cap. ſtatuimus. diſt. 61. cap. 1. de reliq. & ven. ſanct. in 6. Eiúſque exemplo eccleſia cenſet, ipſos ſanctos honorificẽtiæ potioris impendiis attollẽdos, vt ab ea tanto propenſiùs honorari ſe ſentiant, quantò ipſum prę cæteris excellentiùs illuſtrarũt, vt in fine eiuſdem capit. dicitur. Sanctus itaque exiſtimatur, quem apex tantæ dignitatis attollit. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit commemoratio prædeceſſorum, aut qui eriguntur illuſtrat. can. non nos. diſt. 40. Et ſi in temporalium diſpoſitione bonorum habenda eſt præcipuè diſcretionis cautela, vt ea dignè & laudabiliter diſponantur: in eccleſiaſticis tamen rebus multò fortiùs inuigilare noſtra debet intentio, vt iuxta perſonarum conditiones & ſtatus ad diuini nominis laudem & ipſarum vtilitatem prouideatur ex merito eccleſiaſticis perſonis: cum iuxta canonicas ſanctiones nihil ſit, quod eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni aſſumantur ad regimen animarum, cap. 2. de præb. & dign. in extra. commu. Dignitas perſo-

næ facit nos recedere à regulis Iuris commu-
nis.l.ſi conditio. §. ſi arbiter. de arbit. l.2. C.de ſen.ex breui.recit.l.ſed reprobari.§.ampliùs. de excuſa.tut.Notatur in l.ad beſtias. de pœnis. l. ad egregias.de iureiur. Decius in cap. eccleſiæ. nu.15.de conſtit.Non modicum detrahis epiſcopali dignitati,ſi ab epiſcopo qui dignitaté propriam ſuo ingenio augere debet, comites honoris ſui cauſa adhibiti abducantur,cap.1.in fi. de offic.iud.ord. Tantò accuratiùs circa prouiſiones excellentium dignitatum prouidendum eſt,quanto maioris eminent altitudine dignitatis,& periculosè erraretur in eis. cap.3.de elect.in extra.comm.Cæterùm qui maior eſt ordine & in portione percipienda potiorem eſſe volumus.cap.ſtatuimus.de maio.& obed.

Intellectus regulæ limitationes.

At verò contra conſcientiam non loquitur, qui non aliquem ſimpliciter, ſed in quantū humana fragilitas noſſe ſinit, aſſerit eſſe dignum, quia ex quo indignum non nouerit,dignum debet exiſtimare.cap.1.de ſcrutinio in ord.fac. Item oportet gradui conferre honorem,licet ab ipſo nō acceperit,iuxta illud : *Magiſtratum vir, non virum magiſtratus exornet.* Non enim loca, ſed vita & mores ſanctum faciunt ſacerdotem. can.pr.diſt.40. Nec dignitas facit epiſcopum, ſed vita , quemadmodum multis exemplis demonſtratur in can.non omnes. can. qui nec regiminis.2.q.7. Item quando ratione dignitatis ſeu officij aut generis aliquid fiat , vel non latiùs tractat cum multis textibus ampliationibus & fallentiis Azo.Rub.47. Item augmētum

dig

dignitatis non extinguit legatum, quia neque conditio immutatur.l.falſa demonſtratio.§.pr. de cond.& dem. Sed de augmento & diminutione alibi ſuo titulo dicemus. Multæ aliæ quoque regulæ de dignitate traduntur à Riſuicio & à Donato Fina lib.5.

CAP. II.

INdignus eſt auxilio prætoris, qui contra honorem ſuum aliquid facit.] l. pen. circa fin. Quib.ad lib.procla. non licet. cap. an ſit deferendum. de appellat.cap.2. Ne clerici vel monachi. cap. conſulere. de ſimonia. Huius regulæ infinita traduntur exempla, quorum pauca enarrabo: Æquum eſt mulierem carere connubio, quo ſe monſtrauit indignam.l.conſenſu. §. vir quoque.C.de repud. Quę ſe proſtituit redemptam ab hoſtibus, indigna eſt pretium recipere propter odium deteſtabilis quæſtus.l. fœdiſſimæ.C.de poſt.reuer. Ridiculum eſt, vt quem iniuria dignum pater exiſtimat; ſcilicet exhæredando, amplius habeat, eo quem taciturnitate in inſtitutione præteriit.l. maximum vitium. C.de lib. præt. Sacerdotes & alij clerici alieni fiant à miniſterio & honore eccleſiaſtico, quibus indignè vſi ſunt. can. Maximilianus. diſtinctione 81. can. quia aliquanti. diſtinct. 82. can. qui & diuinis. 12. quæſt.2. Ante altare Dei non meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluerit auocare. can. Cyprianus. 21.quæſt.3. Qui immeritum conſecrant, ius ordinandi amittunt. can. ſi qui epiſcopi. 25.qu.2. Et econtra quicunque clerici

Explicatio regulæ per exempla.

pro neceſſitatibus eccleſiaſticis non obtemperauerint epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem ampliorem in eccleſia ſua promouere, nec illi miniſtrent in ſuo gradu, vnde noluerũt recedere.can.ſi qui clerici.can.placuit.diſt.74.

Intellectus. Indignus certè ille non vocatur, qui alieno laborat vitio, veluti naturalis liberi.l.legem Anaſtaſij.C.de nat.lib.

Subregulæ. Hinc multæ naſcũtur ſubregulæ: *Perſonis vilibus & infamibus porta dignitatum patere nõ debent.* Iuxta legitimas ſanctiones. ca. infamibus. de reg.iur.in 6.cap. inter dilectos. de exc. præl. cap.cum dilectus.de electione. Nihil eſt, quod Dei eccleſiæ magis officiat, quàm quòd indigni aſſumuntur prælati ad regimen animarum, vt ſuprà dixi. Quod trahitur etiam ad alios ordines & eccleſiæ dignitates. cap.nihil eſt.illo tit. Item: Cauere debet ſacerdos, ne indignis & nõ intelligentibus ſecreta myſteria ſua prædicatione reuelet, vt copioſè docet Origenes in can.fin.diſt.43. Quædam enim ſunt ſacramenta dignitatis, quæ niſi dignè fuerint adminiſtrata, vt digni dignè à dignis accipiant, dignitates eſſe deſinunt, non vt minuatur veritas ſacramenti, ſed vt ceſſet officium adminiſtrandi pro qualibet circunſtantia. Elegãter in can.remiſſionẽ 1.q.1.Itẽ: *Priuilegium dignitatis meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.* can.vbi iſta didiciſti.diſt.74.vt ĩ.latiùs tit.de vſuc. Itẽ: *Qui in legẽ cõmittit, fruſtrà eius inuocat auxiliũ.* vulga.l.auxiliũ. de min.l.fin.§. poſtquã C.de iure deli.ca.bonæ memoriæ.de elect. Quocirca

multa

multa iura hinc inde allegat & pulchrè diſtinguit. Azo rub. 18. Et alibi quoque ſatis mentionem fecimus ſub tit. de æquitate.

CAP. III.

QVę iure officij ſeu magiſtratus fiunt, teneri dębent.] l. iniuriarum. §. Idem Labeo ſcribit. de iniur. Ratio eſt, Quia qui ſunt in dignitate aut officio iudiciali cóſtituti, pars videntur corporis principalis, ideóque contra eos moliens pœnam læſæ maieſtatis incurrit. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. Item alia: Parùm eſſet condere iuxta niſi executione à iudice mandarentur. cap. vn. §. fin. de ſtatu reg. in 6. Cum igitur dux vel quilibet alius iudex iudicat non eius dignitas ſed miniſterium vel officium quo fungitur ſpectandum eſt: ſingularis textus in l. ſi quando. C. de appel. Sciant iudices, quod non magis alios iudicant, quàm ipſi iudicãtur, cum etiam ipſis iudicium ſit Dei: partibus autem hominis, atque ita nimis terribile. l. rem non nouam. C. de iudic. Iuxta illud Euangelicũ: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Quod & ipſum ſupra latius probaui. tit. de æquitate. ca. 4. Licet quis per ſe facere poſſit, tutius tamen eſt & melius interponi magiſtratuum. l. ſi ſtipulatus ſum. §. fin. de ſolut. Litteris etiam ſententiæ iudicis ſtandum eſt donec cõtrarium probetur. cap. poſt ceſſionem. de prob. c. in præſentia. de renunt. quod & ipſum j. hoc tit. latius exponam. Nec debet quis mandato iudicis tametſi iniquo reſiſtere, ſed apud ipſum precibus inſtare, donec plenius veritas innoteſc

Rationes.

Paraphraſes regulæ multiis exẽplis & iurib. confirmatæ.

teſcat. Singularitei in can. ſi quando. de offic. & pot. iud. deleg. Qui iudicium refugit, apparet eum à iuſtitia eſſe diuiſum. can. Chriſtianis. 11. q. 1. Ne iudicialis euaneſcat authoritas litigatoris improbitas temerè dicto iudicis refragãtis arbitrio ſuperioris punitur. cap. dilectus. de pœn. cap. per tuas. de ſent. excom.

Subregulæ officii neceſſitas excuſat.

Hinc naſcuntur aliquæ ſubregulæ: Primùm, *officij neceſſitas excuſat*. l. poſt legatũ. §. his vero. l. tutorem. de his quibus vt indig. Quod elegãter tractatur, & in vtramque partem agitatur de tutore. in l. cum quædam mulier. C. de adm. tut. & l. 2. C. qui accuſare non poſſ. vbi exceptio traditur niſi euidẽs tutoris calumnia appareat. Facit quòd ſuprà diximus in tit. de læſione. ca. 2. Officium nemini eſſe damnoſum. l. ſi ſeruus communis. §. quod vero. de furt. vbi officium pro liberalitate ſeu beneficio accipitur nõ pro magiſtratu. Magna præſumptio eſt pro inſtrumento ab eo condito, qui officium ſuum fideliter adimpleuit. ca. illud. in fi. de præſump. Item, iudicialem authoritatem liberius oportet exerceri, ac iudicibus honorem debitum tribui. ca. ſuper quæſtionum. de offic. & pot. iud. dele. cap. vt debitus. de appel. Et è contrà prouocatione iudici fit iniuria. l. fi. & ibi gl. C. quando prouocare non eſt neceſſe. Item, iudices ſeu rectores prouinciarum ad honoris inſignia non ambitione vel pretio, vel ſanguine ſed probitate anteactę vitæ cum doctrina ſufficienti promoueri debent. l. fin. C. ad leg. Iul. repet. vbi de iuramento quod ipſi præſtare debent in ingreſſu

offic

officij tractat. Idem de ſacerdotibus & aliis officiis eccleſiaſticis recte dicitur. ca. apoſtolica. 8.q.1.quemadmodum ſ. notaui tit. prox. cap.3. Necnon ad electionem iudicum is gradu, cæteros antecedat, quem labor prolixior & ſtipẽdia longiora fecerint anteire vt concinnè ſcribitur in l.1.C. de offic.magiſt.offi. & can. miramur.diſt.61. Item, Litigans debet adire iudicẽ: non è contra iudex litigantem, niſi certa de cauſa incuſatis, iudex det alios ad examinationem cauſę ſubſtitutos, idque non ſolum legibus, ſed & naturali iuri conueniens eſt.l.Iulianus. §. omnes.C.de epiſc.& cler.

Quod ſit autem boni iudicis officium declaratur eleganter in can. iudicet.3.q.7.vbi etiam illa eſt pulchra ſententia: *In iudicando cordi magis eſt cuſtodia veritatis, quam obedientia voluntatis.* Hæc inter alia notatu digniſſima ſunt præcepta: in primis iudicem oportet puram conſcientiam & prouidam intentionem poſſidere. cap. cum contingat. de reſcript. cap. 1.de conſang. & affin. Item non ſeueritatis aut clementiæ gloria in iudice affectanda eſt, ſeu alia vitia de quibus in prox.ca. fit mentio, ſed cuncta diligenter rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, & tandiu actionem vẽtilare oportet, quouſq; ad rei veritatem perueniatur, ne aliquid pretermiſſum fortè remaneat quod annecti conueniat: tùm demum perpenſo iudicio prout quæque res expoſcat ſtatuere. l. reſpiciendum.de pœn. can. iudicantem.30.q. 5.cap.cum Ioannes eremita.de fide inſt.c.ſuper quæſt

Boni iudicis officiũ.

quæſtionum.de off.& pot.iud.del. Prætereà nõ exemplis, ſed ſecundùm legis veritatem & iuſtitiæ veſtigia iudicet.l.nemo. C. de ſent.& interloc. omn. iud. Monet denique Innocentius & præcipit clericis iudicibus, vt vigorem iudiciarium gratis impartiantur, nec quiquam præter expenſas victualium accipiant, cum ad hoc ſint eccleſiaſtici reditus deputati,vt ex his honeſtè viuere debeant. Imò & iuſtũ iudicium iudici vendere non licet, & venales ſententiæ ab ipſis etiam ſecularibus legibus prohibētur. cap. cum ab omni. de vita & hon. cler. Multa quoque alia de recti iudicis officio traduntur in d. l. reſpiciendum à Cicerone ſecunda epiſt. ad Brutum & Gellio lib. Noct. Attic.14.cap.2. Sed iam ad ſpecialia tranſeuntes inſtituti noſtri methodum derelinquimus. Cæterùm magiſtratus neminem condemnãt vel abſoluunt, imò tantùm declarãt, & legis ſunt executores: nam acta praua malorum potius quàm ſententia ipſos faciunt pœna condignos vt dicitur in extraua.Henrici tit.2.Idque propriè loquendo: vulgariter autem ſunt, quibus pœna per ipſam ſententiam imponitur vt in extra. ad reprimēdam. Alij quibus ipſo iure, vt ibidem Bartol. explicat.Quod autem legibus omiſſum eſt,non omittetur religione iudicantium, quorum ad officium pertinet eius quoque teſtimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere.l.quæſitum.de teſtib.

Notabilia

Intellectus Verùm proculdubiò iudices aut principes qui poteſtatem habent iudicãdi, ex officio ſuſcepto

cepto non licentiam peccandi,ſed bene viuendi neceſſitatem ſe nouerint aſſecutos. l.nec magiſtratibus.de iniur.can.1.diſt.40. Namque adminiſtrationes ſecularium poteſtatem niſi his vtatur ex obedientiæ licentia, vtentibus ſunt nociua.can.1.verſ.in his omnibus.de pœn.diſt. 5. Decurio tamẽ licet in dignitate permaneat, ad eruendam veritatem in crimine falſi vti priuilegio decurionis non poterit. l.ſi quis decurio. C.ad leg. Corn. de falſis. Multa quoque de officio iudicis notatu digna tradunt Donatus Fina.lib.3.Riſuicius item Medicæus reg.8.

CAP. IIII.

IMperitia, ſeueritas ſeu aliud delictum iudicãtis neminem ligat,ſed extra ordinem coercetur.] l.qui cum natu. verſ.neque enim.de bonis lib.l. vlt.de var.& extra.cognit. l.ſeueriter. C.de excu.tut.l.quiſquis.C. quorum appel. non recip.l.fin.C.de cuſtodia reor.Ratio,Nam inane eſt nomen officij ſi exercitium negligatur. Pulcher textus in can.innouamus. diſt.60. per iudicium. Itaque iniuriis aditus patere non debet. c.nonnulli.de reſcrip. *Ratio.*

Adeò vt propter iniuriam iudicis fideiuſſores non obligentur. l.ſi ſine. §. cum autem.rem ratam haberi.Parcitur quoque officiali,ſi iudici non admittenti appellationem reſtitit pertinaciter. l.quoniam iudicis. C.de appell. Temerarium iudicium plerúmque nihil nocet ei de quo temerè iudicatur: ei autem qui temerè iudicat,ipſa temeritas neceſſe eſt,vt noceat: ſpiritus enim ſanctus habitans in ſanctis per quẽ *Ampliatiões & expoſitiones primi membri regulæ.*

quiſq

quiſque ligatur, aut ſoluitur immeritam nulli ingerit pœnam.can.temerarium.can. illud planè.11.quæ.3.Hanc reg.iuuant,quæ ſ. diximus in tit.de ſuo & alieno.c.5.Sic honeſtis & diſcretis defertur iudicibus,quòd per improuidos& iniquos innocentium iuſtitia non lædatur.c.quoniam contra falſam.de probat.Suſpecti verò & inimici iudices eſſe non debent.ca.ſecundo requiris.§.fin. de appell. Nec debent iudices odij gratiæ, amoris lucri, aut commodi temporalis obtentu contra iuſtitiam,& cõſcientiam committendo contra quenquam procedere, vbi nõ ſit procedẽdum:aut verò omittere, vbi ſit procedendum. Aliter enim grauiſſimæ pœnæ ſubiiciuntur.c.1.§.verùm.de hæret.in clem.

Secundi membri expoſitio. Iudicum item maximè deſidia aut potius auaritia coercetur, qui commodis propriis magis quàm vtilitatibus ſtudẽt publicis. l.vn.C. de officio comitis ſacra.largit. Quin imò iudex appellationis iniquitatem iudicum imperitiámque & calliditatem corrigit. l. 1.de appell. l.1. quando appell. ſit. Punitur etiam defenſor ciuitatis ſi eius diligentia aut ſollicitudo deſyderetur.l.mancipia. C.de ſeruis fugit. At verò præcipitur iudicibus errorem ſuum corrigere, qui aliorum corrigunt errores: quoniam, inquit Pontifex, apud iudicem diſtinctum in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, ita videlicet vt inueniatis occaſionem aliquam cõgruentem per quam ne veſtra vileſcat authoritas.cap.qualiter.de accuſat.

Exceptiões & intellectus. Atqui error iudicis aut præſidis etiam cõtra-

form

formam iuris, ad infamiam valet, quia ſtatur pro iudicato.l.diuus Seuerus de iniur.Præſumitur enim pro ſententia iudicis qui motum animi ſui potuit ex multis cauſis informare.c.cum ad ſedem.de reſtit.ſpol. Sententia quippe iudicis ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt, vt elegāter docet Gregorius de eccleſiaſtico loquens in can.1.11.quæſt.3. Nec debet quis ſententiam eccleſiaſticam contemnere,ne per hoc amplius ex ſuo contemptu ligetur.cap.per tuas literas. de ſen.exc.Quod & s̃.in 3.ca.huius tit.tetigi.

CAP. V.

SIcut obedientia,ita reuerentia ſuperioribus à ſubditis debetur.] l.2.l.quippe.l.parentes. l. generaliter. de in ius vocando. l. 2. C.illo tit. Ratio eſt, Nam omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe debet, cùm omnis poteſtas à Deo ſit,teſte Apoſtolo.c.omnis anima. de cenſib. Et quò principib. magiſtratibus aut aliis in dignitate vel ſuperioritate cōſtitutis grauiora negotia ſunt commiſſa, eò magis ipſis morem gerere debemus.§.1. auth.de inſtr. caut.& fide.§.1.inſt.de nupt. Nec in terris dicitur aliquid ſanctius imperiali maieſtate.l.fi.C. de legib.facit.l.imperatoris.de appellat.l.vn.§. cum autem.C.de rei vxo.act.

Ratio.

De obedientia.

Obedientia itaq; eſt maximum ſacrificium. cap.niſi. de renunt. Imò victimis anteponitur; quia per victimam aliena caro, per obedientiam propria mactatur.can.ſciendum.8. q.1.In dolo eſt qui nō obedit iudici. l.non poteſt. 160. de reg. iuris. niſi ſit iuſta cauſa ſicut ex diuerſo

Expoſitio regulæ cū authoritatibus & exemplis.

qui

qui iudici obtemperat, cui parere neceſſe habet,dolo caret.cap.quod quis.84.eod. tit. in 6. Superioribus cum humilitate obtemperãdum eſt,etiam ſi iugum vix ferendum imponatur. c. 1. verſ. dicendo. diſt.18. can. ſi quis verò non obediat.11.quæ.3.Generale eſt pactum ſocietatis humanæ obtempetare regibus ſuis.c.quæ contra mores.diſt.8. De obedientia inferiorum erga epiſcopos & ſacerdotes in dignitate conſtitutos fuſiſſimè tractatur in ti.de maio.& obed. præſertim in cap.ſolita. Tutius & honeſtius eſt ſubiectis debitam præpoſitis obedientiam impendendo in inferiori deſeruire miniſterio, quàm cum præpoſitorũ ſcandalo graduum appetete dignitatem.ca.ad aures.de temp.ordin. Qui ſe ſcit aliis eſſe propoſitum,nõ moleſtè ferat aliqaem ſibi eſſe prælatũ, ſed obedientiam quam exigit,etiam ipſe depẽdat. Egregia Leonis ſententia in can. quamquam.diſt. 23. facit can.honoratus.in fi.diſt.74. Obedientia debetur in eccleſia ab inferiori ſuperioribus, maximè verò ſummo Pontifici, ita vt nulli liceat ei communicare, cui pro actib.ſuis inimicus ipſe extiterit. can. 1.& per totam diſt. 93. Hortatur tamen Papa Cantuarienſem epiſcopũ, vt finis rebellioni taliter imponatur ab ipſo,quod prę-teritæ contradictionis rebellio per virtutẽ ſequentis obedientiæ expietur.c.2.de no.op.nũt. per tot.diſt.93. Lex diuina ita medio quodã loco poſuit aliqua,vt in vſurpãdis merito reprehẽdatur audacia,in exequẽdis iure laudetur obedientia.c.lex æterna.23.q.5.Non eſt ſingulis cõ-

ced

cedēdū quod per magiſtratū publicè fieri oportet. l.non eſt.137.de regu.iur. l.extat.quod met. cau.l.non exiſtimo.de admin.tut.l.1.de pollic.l. fi.de rit.nupt.l.in tantùm.§.ſacræ.& ibi gloſ.de rer.diuiſ. Non enim inferior ſuperiorem ligare poteſt,ſed contra.l.nam magiſtratus.de recept. arb.l.ſeruus.C.de pact.Gl.in auth.ad hæc.C.de vſur.c.cum inferior. & ibi gl.de maio.& obed. Duæ ſunt formulæ obedientiæ. Prima, qua lenitate ducimur:altera, quæ ſeueritate coërcet: eleganter deſcripta in can.ſchiſmatici. 23.qu.5. Iuſtè bella ſuſcipiuntur à bonis obediendo principib. aduerſus violentias reſiſtentium:Summa enim militiæ laus eſt obedientiam reip.vtilitatib.exhibere.can.quid culpatur.can.fin.23.qu.1. Item pendente negotio criminali, quod inter eos tractatur monachi abbati obediant, & intendant, ita vt per hoc proſecutio negotij nequeat impediri.c.olim.de accu.Item:*inobedientes puniri debent*.§.his igitur.& ibi not.Auth.de hær.& fal. Bart.in l.vn. ſi quis ius dic. non obt. c.cum olim.de dol.& cont. Cuius quidem ſubregulæ vide explicationem cum fallentiis multis apud Prat.in reg.440. Item ſicut ſubditus à prçlato cum humilitate & puritate debet tranſeundi licentiam poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur,ſic profectò prælatus ſubdito ſine difficultate & prauitate qualibet debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire diuinitus inſpiratum. c.licet quibuſdam. de reg.& tranſ.ad reli. Obedientia quoque & reuerentia quæ deben-

Intellec.& ampl.reg.

ſubregula.

tur à ſubditis prælatis nõ poteſt præſcribi cùm membra a capite ſuo non liceat recedere. cap. cum non liceat.de præſcr. Et ex diuerſo contumacia,quę propriè in non obediendo intelligitur,grauiter punitur. can.quanto à nobis.2.q.5. can.decernimus.& ibi gl.3.q.9. c.petimus. 11.q. 1.c.ne illicita.in fi. can.de excommunicationis. 24.q.3.c.1.in fin.de appel.in 6.c.venerabilibus.§. porrò. de ſen.exc.in 6. Nihil enim prodeſſet obedientia humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet.c.1.de poſt.prel.Et contumacia prefertim in cauſis fidei ſuſpicioni pręſumptionem adiicit vehementem.c.cum contumacia. de hær.in 6. Quò fit vt contumax pro præſenti in eius odium habeatur. d.c.decernimus, & c.abſens. 4. q.9. Nec debeat.melioris conditionis eſſe contumax, quàm obediens. Imò deterioris.c.contingit.de dol.& contu. Maior tamen aſperitas dominorum in ſeruos coërcetur, §.ſed & maior.Inſtit.de his qui ſunt ſui.Nec enim in omnibus ſeruus domino parere debet. l.ſed ſi vnius. §.prætor ait. de iniur. Quod alibi expoſui tit. de ſtatu. Item debemus obedientiam ſuperioribus in iis quę iuſtè fuerint imperata præſtare. can.1.diſt.99.Sed & ſacerdotes & omnes plebes ſuis obedire debent epiſcopis, etiam ſi ipſi aliter (quod abſit) debitum agant, niſi in fide errauerint.can.ſacerdotis. can.qualis.2.q.7.Quæ duo iura videntur prima facie ſibi aduerſari.Conciliantur verò ex can.non ſem per.can.ſi is qui præeſt.& ſeq.11.q.5. c.dilectus. de tempo.ordin. vbi quando iubet ea quæ ſunt

Probatio regulæ per antitheta.

Intellec. et diſtin.reg.

cont

contraria Deo vel ſacris ſcripturis, vtique ſecundum ſenſum vniuerſalis eccleſiæ, obediendum non eſt. Item obedientia aliquid de ſe habere debet in bonam partem, non in malam, vt eleganter demonſtratur in can. ſciendum. 8. q. 1. quia per obedientiam nunquam malum fieri debet, aliquando autem propter illam debet bonum quod agitur intermitti. can. quid ergo. 11. q. 3. Item magiſtratibus obediendum eſt, niſi appellationis via aperta ſit. l. 1. & ibi not. de appel. Item, cùm aliquid præcipiunt, quod ad eorum officium pertinet: alias non. l. factum à iudice. de reg. iur. can. quia frater. 7. q. 1. Ita diſtinguit, & ad hoc multa hinc inde iura alleg. Damaſus regul. 17. Item quoad contumaciam ſpectat, purgatur contumacia re adhuc integra, cùm nullum ius alij quæſitum eſt. c. ex literis. de conſt. c. ſi tibi abſenti. de præb. & dign. in 6. c. vn. in fi. de decim. in extra. com. Quin & ſummus Pont. adhuc miſericorditer agit cum abſente contumace, vt eius malitia plenius conuincatur. c. cum olim. de dolo & cont. Quantùm ad reuerentiam attinet (nam de obedientia copioſè diximus) ſatis conſtat ſuperioribus veluti principibus iudicibus, dominis, patronis, parentibus, atque aliis in dignitate conſtitutis, reuerentiam & honorem præſtari oportere: veluti probatur l. potioris. de offic. prætor. prouin. l. ſi liber conſtitutus. C. de cond. ob cau. dat. l. ſi manumiſſori. C. de obſeq. à lib. pa. præſt. l. fin. C. qui & aduerſus quos in integr. reſtitut. can. de his verò. de conſ. diſt. 5. c. cum ad mona-

De reuerentia. paraphraſ. regu. iurib. exornatæ.

ſterium.de ſtat.mon.c.1.de offic. iud.ord. in extra.com. Hanc etiam Cicer.lib.de inuentione, obſeruantiam vocat,per quam ętate aut ſapientia,aut honore,aut aliqua dignitate antecedentes reueremur.Humani moris eſt illum vereri, cuius iudicio &voluntate nunc erigimur,nunc deprimimur.can.veſtris.16.q.2.Nihil demùm in terris dicitur eſſe ſanctius imperiali maieſtate. l.fi.C.de legib.Debent quoque liberi,& liberti præſumere perſonam patris patroníque honeſtam & ſanctam eſſe. l.liberti.de obſeq.à liber. Ideóque famoſa actio in eos non poteſt inſtitui. l.non debet.de dolo.§.oſtendimus.Inſt.de ſuſp. tut. §.ſed quod ſancitum. Auth.de nupt.col.4. can.quæritur.2.q.7. Omnibus autem magiſtratibus intelligendum eſt præſtari, licet aliqui malè vtantur dignitatis & cinguli ſupercilio, vt notat.in §.volumus. §.illud. §. interdicimus. Auth.vt iud.ſine quoq.ſuff.col.2. Quòd ſi probè magiſtratus officio,etiã à principe honorabitur. §.vlt.Auth.de man.prin.col.3.Semper exhibenda eſt patrono reuerentia tam viuo quàm defuncto, & ſeu amiſſo ſeu remiſſo iure patronatus:idcircò nec aduerſus eum aut eius ſucceſſorem actio de dolo ſed in factum datur.l.4.§.aduerſus.de doli except.l.fi.C.de bon.lib.Quod etiam in liberis damnatorum locum habet. l. etiam. C.de obſeq.à lib.præſt. Poteſtatib.fidem, & reuerentiam ſeruari decet, vt apud Deum præmia inueniamus. Aliter facientes plectentur. can.regum.& can.ſeq.23.q.5. Vnde optima ſanè ratione tales eſſe oportet filios erga patrem

trem ſpiritualem & diſcipulos erga magiſtrũ, vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam nec diiudicandam nec reprehendendam leuiter proſiliant. can.nolite.diſt.21.Quin imo præſertim ſuperioribus ſubiicimur, vt reprehendamur.Si enim culpa non exigit, ſecundum rationem humilitatis ęquales ſumus.ca.de Conſtantinopolitana.diſt.22.

Atqui laici aut clerici infames, & criminoſi prælatos ſuos accuſare non poſſunt: ſed qui probatæ & ſpectabilis ſunt vitæ: licet hi prodere non poſſint exemplo Chan filij Noë. can. oues.can.plerumque.& aliis ſeq.2.q.7.Itẽ ſicut laudabile diſcretúmque eſt reuerentiam,& honorem exhibere priorib.ita rectitudinis & Dei timoris eſt,ſi qua in eis ſunt quæ indigent correctione nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum corpus morbus inuadat, ſi langor non fuerit curatus in capite.can.ſicut inquit.ead.q. *Intellectus*

In Titulum de Gratia, Conſilio, & Opibus.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Poſt hæc non infimum locum tenet inter compagula humanæ ſocietatis gratia,quæ iſtud certè præ aliis ingenij dotib. peculiare ſibi vendicat,vt ſui communicatione magis creſcat,nec interim aliqua in parte diminuatur. Ea eſt.n.vis ac reciprocatio gratiæ, vt illã qui habet,in eo ipſo quod habet,referat,& qui refert habeat,ſicuti Cic.ſenſit *Cõtinuatio.* *Vis ac reciprocatia gratiæ.*

 in

in oratione pro Cneo Planco, & Gellius lib. 1. *Noſti. Attic. cap.* 4. *latius explicat. Quem autem modum in referenda gratia tenere debeamus idem ipſe Tullius eleganter commemorat lib.* 1. *offic. Cæterùm maximum munus & officium eſt gratiæ & pietatis in iuſto & ſyncero conſilio dando: ſiquidẽ ad ea eligenda, quæ dubitationem adferunt, adhibere homines doctos oportet, vel etiam vſu peritos, & quid iis quoque officij genere placeat exquirere.* In rebus magnis, *inquit Cicero lib.* 2. *de Oratore*, memoriáque dignis conſilia primùm, deinde acta, poſteà euentus ſpectantur. *Vnde dixit poſt Platonem poeta:*

Maximum munus gratiæ in recto conſilio dãdo.

Res ſacra reuerà conſilium eſt.

Opes quomodo ſumãtur.

Gratia iterùm maximè comparatur opibus, quæ quidem aut pro auxilio accipiuntur, aut pro dominio rerum corporalium, de quo paulo ante mentionem fecimus, aut pro pecunia omnium rerum conſeruatrice & effectrice. Quoad opes pecuniarias attinet, vt pugna illa vehemens inter diuitias & egeſtatem, quam Plato lib. 11. *de legib. introduxit, cum ſano & æquo temperamento ſedetur, ſemper illud tenendum eſt, pecuniæ quærendæ non ſolùm rationem haberi, verum etiam collocãdæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet: nec ſolum neceſſarios ſed & liberales, vt idem Cicero lib.* 2. *Offic. doctè & Philoſophice ſcripſit.*

De Gratia, Conſilio, & Opibus, T. 18.

CAP. I.

BEne merentibus parem gratiam referri oport

portet.] l.ſi non ſorté.§.libertus.de condict. indeb.l.Attilius.de donat.l.ſed & ſi lege.§. cõſuluit.de pet.her. Vnde in dubio potiora merita conſyderantur. l. generaliter. §. proinde.de fid.lib.Gratias itaque primùm Deo agere debemus æqualiter qui etiam de omnib.pariter bene meretur.Pręcipuè tamen ij quibus plus gratiæ conceſſum eſt, vt ſcribitur in Euangelio Matthæi de muliere peccatrice. *Paraphraſes regulæ per exẽpla & authoritates.*

Doctus & eruditus non debet ſuæ adſignare prudentiæ ingenioque quod poſſidet, ſed gratias agat primũ Deo qui cuncta largitur, deinde ſacerdotibus & miniſtris eius à quibus edoctus eſt. ſecus ſi faxit, in penuria maledicetur, vt multis explicatur in can. reuertimini.16.q.1. Cauendum eſt diligenter principi ſeu prælato, ne murmurandi inde præſtetur occaſio, vnde gratitudine neceſſitas erat collaudandi. ca.vna in princ. de ſent. excom.in extrau.Hanc ipſam ſententiam pulchrè notat Comineus hiſtoricus in ſuis Chronicis & vita Ludouici xj.regis Francorum.

In hoc tamẽ differt gratia à munere ſeu pręmio, quòd gratia gratis detur & accipiatur, aliter non erit gratia:præmium verò eſt merces ſeu compenſatio laboris,de quo loquemur ĵ.t. de præmiis, pœnis & indulg. Similis differentia notatur inter commodatum atque locationem.§.item is cui.inſt. quib.mod.re contra. ob. Ideoque quidquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur nũquam quæſtibus vel quibuſlibet præmiis venundari penitus debet, *Intellectus differẽtiæ.*

dicente domino. Quod gratis accepiſtis,gratis date.can.gratia.can.quidquid.1. q. 1. Item maioris eſt gratiæ offerre,quod non debeas quàm reddere quod exegeris.can.qui ſitit.33.q.5.

CAP. II.

INgratitudo maxime odioſa eſt,& in iure punitur.] l.1.l.ſi C.de reuoc.don.l.1.& 2. C. de libert.& eorum liber.l.fin.C.de ſecund.nupt. §.ingratitudinem.Authent.de nupt.coll.4.§.ſi. Auth.de immenſis donat.coll.7.cap. ſi.de don. §.alia autem.& §.ſciendum.inſt.eod.tit.l.orpha notrophos.in ſi.C.de epiſc. & cler.Facit etiam §.ſoluto.circa fin.§.ſuper iis.§. optimè circa ſi. Authen.de nupt. & §.illud. Auth. vt liberti de cætero.coll.6.vbi enarrantur exempla & pœnę ingratitudinis,ſed multò fuſius in §. cauſas, & ibi vulgò annotatur. Aut.vt cum.de appel.cog. coll.8. Cùm enim abſurdum ſit eum qui beneficia accepit,nō conari ad talia referenda: multo magis is quoque dandi & accipiendi beneficiū tollit, qui bene meritò parem gratiam referre negligit. Valde indignum eſt, vt qui deſtituit ſupremas defuncti preces,aliquid ex eius volūtate conſequatur.l.ſi patroni filius. §.qui fideicommiſſariam.ver.ſed nec illud.ad Treb.Hucque referri poſſunt ea quæ ĩ. dicemus ſub tit. de agni.impug. cap. 1. Olim apud Athenienſes actio aduerſus ingratum erat inſtituta,vt ſcribit Valerius lib.5. cap.3. de ingratis.Sed & hodie eſt quædam ſpecies actionis ingrati,in can. octaua diſcuſſio. 12. quæſt. 2. quo loci aduerſus libertum ingratum patrono ſuccurritur vt immer

Ratio.

Paraphraſes regulæ exēplis & iuribus decoratæ.

meritæ libertatis dãno mulctatis ad ſeruitutis nexum coactus reuocetur. Talium enim ſtatus dendi potius quam conſeruari conuenit. l. 1. de iure patron. Quando ſeruus à domino plenio- rem gratiam eſt expertus, eò grauiorem ſcele- ris ſui pœnam merebitur. l. ſi quis in graui. §. v- trum. ad Syllan. At è conuerſo dominus qui ſer uum ſuum periclitantem à domo familiáque publicè repulit, maneat ab eo eiúſque ſubſtan- tia perpetuò ſegregatus. l. vn. §. ſed ſcimus. §. ſi- milíque modo. C. de Latina libert. tollend. Non ferendus eſt iuuenis, qui cum ſtudiis eruditus atque alitus ſit, ſi ea per alium ſe non probet conſecutum, ſumptus ferre recuſet, quaſi ven- to vixerit, aut nullo liberi hominis ſtudio im- bui meruerit. l. 2. C. de alim. pub. præſt. Ingratus beneficio quod ab eadem eccleſia accepit, ſpo- liari debet. c. ſi. de poſtulando. Exemplum quo- que eſt elegans. in cap. etſi Iudæos. de Iudæis. Iudæi, inquit, ingrati nobis eſſe non debent, vt reddant Chriſtianis pro gratia contumeliam & de familiaritate contemptum, qui tanquam miſericorditer in noſtrã familiaritaté admiſſi nobis illam retributionem impendunt, quam iuxta vulgare prouerbium mus in pera, ſerpẽs in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere. Quæ ſanè cauſa fuit, cur à regno Franciæ omnes vno temporis momento fugati atque expulſi ſint.

Sed an poſſit obiici ingratitudo, venientib. ab inteſtato quæritur: Et verius eſt non poſſe, tanquam ſi ipſi ad bona propria veniant. l. co- gnat *Exceptio- nes.*

gnatis.vnde cognati.§.1.inſt.de cap.dimin. arg. l.fi.de bon.damnat.Item cauendum eſt ne quis maximè epiſcopis dolorem conceptæ ingratitudinis in corde ſuo retineat, cùm omnium ſit Chriſtianorum officium & orationem dominicam quotidie dicere & exequi.can.honoratus. diſt.74. At verò quando ingratitudine reuocetur donatio,& quando non docet Azo rub.89. Item ſolui regulariter ingratitudinem morte tam donantis quàm donatarij eleganter & copiosè cum multis rationibus & diſtinctionibus oſtendit Medicæus in tract.2.parte.

CAP. III.

Conſilij non fraudulenti nulla eſt obligatio.] l.conſilij.48.de reg. iur. cap.nullus. 62.eod.tit.in 6.l.Lucius.de leg.3.

Ratio. Ratio eſt, Quia bonæ rei dare conſilium & præſentis habetur vitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. can.bonæ rei.12.q.2.Ridiculum eſt autem quod ex mutuo amici officio præſtatur,cuiquam vinculum vel obligationem imponere: quod vtique tam actiuè quam paſſiuè intelligitur.l.cum pater. §. mando.de legat.2.Paulus reſpondit.in prima. de legat. Huic regulæ adſtipulatur alia quam ſ.poſui in tit.de notat.verbi.cap.4.Verba ſcilicet cõmendatoria non obligare. l.quod ſi cum ſcires.de dolo.l.ob hęc verba.de his qui not. infam. l. ſi vero non remunerandi. §.cum quidam.mandati.§.ſin autem.Inſt.de Pupillari. l.Titium.de admin.tut.Bartol.in l.1.§.ſi plures. de exercit.act.

Explicatio regulæ.

Cæt

Cæterùm hęc regula à contrario ſenſu rectè procedit. Nam, qui doloſè alium conſuluit, tenetur ei actione de dolo. l. 2. Mãdati. §. tua gratia. Inſt. eod. tit. Nec tamen iuuatur, qui conſilium vel mandatum illicitum ab alio ſuſcepit, quia liberum eſt cuique apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium. dicta l. 2. in fi. & l. idémque. §. ſi cui. illo tit. l. cùm fundum. circa finem de vi & vi armata. Seruus namque in facinoribus dicto domini audiens eſſe non debet. l. ſi mulier. §. 1. Rerũ amot. vt ſuprà docui. tit. prox. cap. finali. Item vtili actione agi poteſt contra eum cum quo fraudis conſilium participatum eſt. l. pr. C. ſi omiſſa cauſa teſta. Quinimò dans improbum conſilium, grauiter punitur, maximè in crimine proditionis & læſæ maieſtat. vt ab omnib. conmiſſi conſciis inſtituta vindicta reportetur. l. ſi liqueat. C. de inoff. don. l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. l. 3. C. Ad le. Iu. maieſt. Et qui malo conſilio patriam relinquit, hoſtium numero habendus eſt. l. poſtliminium eſt ius. §. transfugæ. de cap. & poſt. reuer. Non enim qui ſolo facto, ſed & qui conſilio occidunt tenentur. can. periculoſe. can. noli putare. cum ſeq. de pœnit. diſt. 1. Differentia autem ſtatuitur inter conſilium & mandatum. in d. l. 2. Mandati & can. vlt. 14. quæſt. 1. Vbi conſilium datur, offerẽtis arbitrium eſt: vbi præceptum neceſſitas eſt ſeruientis, vt obediat, vel imperãtis, vt ei obediatur. De quo ĩ. latiùs dicemus. tit. de iuſſu & mand. Nõ tamẽ ita peccat qui cõſulendi, vt qui nocẽdi volũtate mẽtitur. can. mihi autẽ. 22. q. 2.

Probatio regulæ a cõtrario ſenſu.

Atta-

Exceptiones & intellectus regulæ. Attamen conſilium ad malum faciendum ſine dolo malo dari non poteſt. Ideóque & conſiliarius furti tenetur.l.qui ſeruo perſuaſit. l. in furti.§.ope.de furtis. Fallit etiam regula ſi aliàs is cui conſilium datum eſt, facturus non eſſet.l. ſi remunerandi.§.ſi tibi.Mandati, quia ſi aliter facturus erat,mitiùs punietur. l. qui occidit. §. pen. Ad legem Aquil. cap. de cætero.de homicid.quod quidem declarat ampliùs cum fallentiis Donatus Fina lib.1.& 5. Item ex ſimplici cõſilio aut fauore non tam quis tenetur, niſi ad delictum aliquid adiiciat,cap. vlt.§. illud autẽ. & ibi Glo.de pœnis.in 6.Item conſilium maximè cuiuſque attenditur. l. ſi quis locuples. de manu.teſt. Et acerbè reprehenditur qui conſilia ſapientum, & recta ſuadẽtium nulla ratione velit ſuſcipere,vt quod per ſe nequit attendere,ſaltem ab altero poſſit addiſcere.can. peruenit.diſt.84. Item quando conſulens teneatur vel non,declaratur latè cum ampliationibus & fallentiis per Petrum Duennam reg.149. Diam reg.145.& Scip.Ianuarium in ſuis regulis.

Notabile. Item nihil ſine conſilio & matura deliberatione fieri opus eſt, vt firmiùs omnia procedãt. l.dubium.in prin.C. de repud.l.placet. in princ. C.de ſacroſ.eccl.cap.ne innitaris.de conſtit. vt etiam in præfatione huius tituli ex Cicerone annotaui.

CAP. IIII.

OPem ferre miſeris & infirmis humanum eſt,niſi deteſtabilis culpa excludat.] can. quod

quod propoſuiſti. 32. quæſt. 7. Probatur etiam regula.in l.auxilium.de minor.l.vn. C.ſi rector prouinciæ arrhas.

Exceptio verò ex eo probatur quòd auxiliũ præſtans delicti participem ſe facit. l. is qui opem.l.in furti. §. ope.de furtis. l. item Mela. ad legem Aquil.Siquidẽ eſt in dolo, vt ſuprà proximo capite dixi.Bartolus in l.ſæpe. 53. de verb. ſig.c.1.c.ita quorundam.de Iudæis. Item:Opem præſtans tenetur vt faciens.cap.1.de officio deleg. quemadmodum copioſè tractat cum ampliationibus & reſtrictionibus Dias. reg. 513. Quinetiam ſtans armatus licet arma non moueat in rixa,opem pręſtare videtur:reddit enim audaciorem ſocium.Bald.in l. data opera. verſ. Item notando.num.19. C. qui accuſare nõ poſſ. vt latiùs cum reſtrictionibus, declarat Nouellus.reg.513. *Secundum membrum regulæ.*

Auxilium tamen, quod præſtatur implorando miſericordiam ſuperioris, eſt permiſſum ſine pœna.l.ſi fuerit.& l.quidã.de reb.dub.Quod fallit in pluribus caſibus,vt notat Donatus Fina lib.5.Item qui opem fert malè agenti,nõ pari pœna,ſed paulò minori tenetur.cap. ſicut dignum.§.illi etiam.de homi. *Intellectus regulæ.*

CAP. V.

Paupertatis intuitu multa indulgẽtur.] §.1. Auth.de non eli. ſec.nub. §. ſed & propter Inſt. de excuſ.tut.Cuius rei multa exempla ponuntur in c.1.ver.circa tertiũ.de priu.in extr. com.Notabiliora autẽ quæ in iure reperiuntur, ſunt hęc:Euidẽs & notoria paupertas à mora& *Explanatio regulæ per exẽpla.*

præſtatione debiti excuſat. l. ſi procuratorem. §.ſi ignorantes.mandati.cap. Odoardus.de ſolut.ca.cum tu.de vſuris.cap. ſignificante. de pignor.Et à multa indicta.l.illicitas.§.vlt.de officio præſid.§.ſed noſtra Inſt.de ſucc.liber. Item à muneribus quandiu ſcilicet durat. l. his onerib.§.auctus.de vac.& excu.mun.l.4.§.1.de muner.& hon. Item excuſat matrẽ à petitione tutorum filiis ſuis.l.2.§.ſi mater.Ad Tertyl. Summæ egeſtatis intuitu heres filij tenetur alere patrem.l.ſi quis à liberis. §. item reſcriptũ. de lib. agno. Quin & in extrema egeſtate pater olim vendere poterat filium.l.in ſuis.de lib.& poſth. l.2.C.de pat. qui filios diſtr. Quòd hodie locum non habet. Actionem etiam priuati creditoris non tollere, ſed ipſius executionem differre ſolet.l. ſi plus in fin.de euict.cap.olim.in 2.de reſt. ſpol.

Et ita intelligitur quod vulgò dicitur inanem eſſe actionem, quam inopia debitoris excludit. l.nam is.de dolo. Qui non habent in facultatibus, vnde vſuras reſtituant, vlla pœna nõ debent mulctari,cum eos nota paupertatis euidenter excuſet, cap. cum tu manifeſtos. de vſuris. A litigantibus notorie pauperibus iudices etiam pro expenſis nihil accipiant. cap. ſtatutum. §. inſuper. & ibi Gloſſa de reſcript. in 6. Pauperi pendente appellatione alimenta præſtantur.l.ſi inſtituta.§. de inofficioſo. de inoffic.teſtam. Recipiuntur pauperes ſi vitæ eorum ſobrietas clara ſit, vel affectio honeſta cum ſatiſdatione.l.nec ei.§.vlt.de adopt.Quinimò

imò donec ſatiſdari poſſit, recipienda eſt eorum pro parte ſatiſdatio.l.pr. §. ſi cum duobus. l.2.in fin.de collat.bonor. In ſumma paupertati cauſa receditur a iuris communis regulis Gloſſa in l.nō obſtāte. de iure fiſci.can.primis. 1.q.1. Doctores in l.ſtipulatio iſta. §.alteri. de verborum oblig. Quod etiam ampliùs declarat Medicæus reg.1.

Perfectior autem eſt ille, qui ſe à mundi rebus expoliat, vt vnde pauperibus ſubminiſtrat, idem & ipſe tanquam pauper voluntarius viuat, aut qui cum nihil habuerit nec habere deſiderat, quam ille, qui ex multis quæ poſſidet eccleſiæ aliquid præſtando inaniter iactat. *Perfectio vitæ humanæ.*

Egregia eſt ſententia in can. ſi quis propter,& can.ſacerdos. pr. quæſtione 2. *Pauperis cauſa prius eſt tractanda quam diuitis.*can.de lapſis. 16. quæſtione 6. Eccleſia Dei ſicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non poſſunt legendi & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, capit. primo,de magiſtris. Nec permittitur ſub aliquo prætextu damna incuti pauperibus, ſicut eos importunis potentium interceſſionibus opprimi,lege, 1. Cod. Ne liceat potentioribus. canone fin.10.quæſt.3.l.illicitas. §.ne potentiores.de officio præſidis. l. nec quicquam. §.vltimo.de officio procōſulis. Imò & principalis refert humanitatis ne pauperib. alimenta deſint. l.priuilegia. C.de ſacr.eccl. Quod intelligitur, vbi quia inopia tenti ſunt, & in xenone poſiti, ſuis *Commendatio paupertatis.*

ſuis corporibus forte malè habentes neceſſariũ ſibi victum non poſſunt ſuppeditare, vnde & prochotrophia & xenodochia ſunt introducta. l.ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. In dubiis & obſcuris ei domui ſiue eccleſiæ relictum videtur, quæ omnium eiuſdem nominis domorum maximè inops ſiue opis indigentior eſt.l.quoniam.in fine.C.de ſacr.eccl. Durum eſt publicatione rerum mobilium & domeſticarũ paupertatis detegi vilitatem.l.2.§.ſed & vbi.C. Quando & quibus quarta pars. Inhumanum etiam ad mendicitatem prouocare eum, qui tamen alio modo victum ſibi quærere poſſit.l.vn. in fin.C.de mendic.val.lex quæ. iuncta Gl.C.de admi.tut.§.1.Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffra.coll.2. Actione iniuriarum tenetur, qui paupertatem non probat, poſtquàm exprobrauit.l. ſi verò.§.1.Qui ſatiſd.cog. l.ſi creditoris. de pri. cred.facit.§.1.Inſt.Quib.ex cau.manu.non licet.

Exceptiones & intellectus regulæ.

Atqui proculdubiò ſumma inopia & rerum difficultas adigit interdum ad turpia facinora. Quo caſu humanitatis intuitu eſt quodammodo ignoſcendum, non tamen in totum. dict.l.2. C. de patribus qui filios diſtra. l. palàm de ritu nupt.can.diſcipulos.de conſecrat. diſt. 5. cap.ſi quis.de furtis. Inde exclamat Horatius libro 3. Carminum.

Maximum paupertas opprobrium
Iubet quidvis facere aut pati
Virtutiſque viam deſerit arduæ.

Item ſi inops deliquerit, nec poſſit pecuniariam multam ſoluere, luere debet in corpore.l. ſi quis

ſi quis id quod.de iur.om.iud.l.vlt.de in ius vo. c.2.de maled.quod tamen pro minima re locum non habet.l.quicunque.C.de ſer.fug.& ibi Bal. iſtud etiam amplius tractat Medicæus regul. 5. Item inopes onera patrimonij ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent, corpori autem in dicta obſequia ſoluunt dicta l.4.circa fi.de mu. & hono. Ita denique priuilegiorum authoritas videtur ſeruanda, vt eorum ſubueniatur inopiæ, non vt ſuarum diuitiarum augmento & poſſeſſionum non modica extenſione eis porrecta alij deſtruantur.can.fin.in fi.25.q.2.Multa item inter ingenuos licet pauperes & opulentiores differentia ſtatui debet maximè in nuptiis contrahendis,vt pulchrè not.in l.humilem C.de ince.nupt.Sed quis ſit diues,quis demùm pauper habendus, latè tractatur à Doctoribus in l. paupertas. de excuſ. tut. Item paupertatis prætextu non oportet vitium excuſare quod palliare vulgò dicitur.c.quoniam.de ſimon.

CAP. VI.

Paupertas nonnihil minuit fidem.] l. teſtium.in prin.de teſtib.l.ſi quis.§.1.de eden. l.ſpadonem.§.fin.de excuſat.tut. Ratio eſt: Nam infimæ ſortis homines & venalitiarij ad lucrum etiam turpiter faciendum proniores ſunt.l.iuſtiſſimè.de ædil.edict. vt in proximo c. s̄.annotaui.Quò fit vt accuſare non poſſint qui minus quinquaginta aureorum poſſident.l.non nulli.de accu. Atque à teſtimonio repelluntur, quod intelligitur de iis qui oſtiatim victum, quæritant, & ſic in praxi obſeruatur ex l.3. in

Ratio.

paraphra. reg.exemplis & iur. probatæ.

prin.de teſtib.Nam alij recipiuntur, vt ibid.gl. tenet.& in c.ſi qui.eod.tit.in antiq. Iſtud quoque fuſius cum ampliationib.& fallen.declarat Soci.reg.357. Minus etiam vtile & nequaquam honeſtum eſt tenuitus & exhauſtis demandari magiſtratum; præſertim cùm ſint, qui conuenienter rei & ſuæ fortunæ & ſplendori publico poſſint creari.l.reſcripto.de mun.& ho.Cauendum eſt ne beneficiatus in vituperium miniſterij defectum in rebus temporalibus patiatur, conſeruatúrque & beneficium. ca.ad ſupplicationem.de renun. Et ne Iudæi baptizati prætextu mendicitatis odibilis ad dimiſſam perfidiam redire compellantur.c.2.de Iudę.in extra. com. Paupertatem in matrimonio quolibet ſcopulo marino duriorem Theognis appellat, illúmque ter infœlicem qui pauper pauperem vxorem duxit teſtatur Gell. ex Menandro.lib.2. c.23. Eáque propter non temerè matrimonium ſine dote conſtituitur.c.nullum ſine dot.30.q.5. veluti ſupra tradidi in titul. de matrim.& dot. Perpetua egeſtate ſordentibus mors eſt ſolatium, & vita ſupplicium, quemadmodum in filiis reorum lęſæ maieſtatis ſtatuitur.l.quiſquis. §.1.C.ad leg.Iul.maieſt. Verumtamen non ita facultas aut dignitas ſufficiens eſt ad fidem, vt bona electio & benigni mores.l. ſcire.§.vlt, de tut.& cur.dat.Et tutor pauper, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt, vt ſuſpectus.l.ſuſpectum.de ſuſp.tut.Sed curator ei adiungitur, vt ibi probat gl. Scitum eſt & alibi citatum, illud Pertinacis Imp. *Sanctius eſt inopem Remp. obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per dedę-*

Except. & intellectus.

corum veſtigia peruenire. Quod vtinam omnes principes noſtræ ætatis ſemper ante oculos haberent,& diligentius cuſtodirent. Atqui Plato in dialog. de Rep. neque nimium pauperes, neq; etiã diuites ad Reip. gubernacula admittit: illos ꝙ non poſſint ei prodeſſe: hos verò quod nolint.

in Tit. de Augmento, Diminutione, & Ornamento.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

AVgmentum ſæpius ad id quod rei alicui extrinſecus contingit, refertur: incrementum verò ad id quod circa rem ipſam. Quæ diſtinctio amplè notatur à noſtris in illo famoſo §. cum per venditorem. l. ſi ſterilis. de act. empt. quanquàm vnum ex his vocabulum impropriè & vulgari dicendi formula pro alio ſumatur. Idcircò poſtremo loco de augmento & diminutione verba facere decreuimus, quæ in omnibus rebus, præſertim in opibus, quas bona fortunæ philoſophi vocant, locum habent; ſuntque inuicem ita relata & reciproca, vt quemadmodum natiuitas mortem et interitum, ita augmentum diminutionem per neceſſariam quandam conſequentiam inferat, ſicuti h.t.c.2. explicabimus. Non tamen id neceſſariò ſemper euenit, ſed euenire ſolet, veluti omnium rerum perpetuam viciſſitudinem eſſe dicimus, non ſemper ad actum, ſed ad potentiam et habilitatem referentes. Ac deinde æquum eſt inſpicere, quonam pacto res vnaquæque conſeruetur, atq; in ſuo ſtatu permaneat. Conſeruatur autem præcipuè decore et ornamẽto tam animi quã corporis, quæ aliunde quã ex re ipſa proueniũt.

Cõtinuatio. Differentia inter augmentum et incremẽtũ.

Augmẽtũ, & diminutio in omnibus locum habent.

Decus & ornamẽtũ.

Nam ſicut verum decus animi in virtute conſiſtit, quod & ſummum bonum veteres exiſtimauerunt, ita indumenta & veſtes verè corporis humani ſunt propugnacula.

De Augmento, Diminutione, & Ornamento. Tit. xix.

CAP. I.

AVgmentum cenſetur ſecundum naturam eius cui accedit.] l.inter ſocerum.§.cum inter.de pact.dot.l.etiam.& ibi Bart.Bald. & alij doct.C.de iure dot. Vide Albert.Brunel. ſub tit.de augmento & dim. Hanc etiam regu. latè declarat cum multis ampliationibus & reſtrictionibus Dias reg.57.Hinc dependent mul tæ ſubregulæ,videlicet, *Augmentum non mutat eſſentiam ſubiecti*,quod exponitur à Donato Fina lib.5. ſicut ante de accidentibus in genere diximus.Item:*Omne artificium incrementum recipit*. l.legatis ſeruis. §.ornatricibus. de legat.3. Quod & ad habitus animi & virtutes trahi poterit. Non mirum eſt enim ſi de virtute in virtutem multi ſunt gradus,quando ipſa vnaquæque virtus,quaſi quibuſdam gradib.augetur,& ſic per incrementa meritorum ad ſumma perducitur.can.cum ſanctam eccleſiam.de conſec. diſtinct. 2. Et è contra ſicut gradus in ipſa virtute eſſe probantur, ita & peccatis gradus inſunt.Nam nemo repente fit ſummus,nec etiam turpis.can.ſi ſermo. cum ſequen. eod.tit. Item: in dubio augendi potius quàm minuendi cauſa factum

ſubregulæ,

factum eſſe intelligitur, cùm augmentum ſit fauorabilius.l.ſi mancipia.de fundo inſtr.Iuuat quod eleganter ſcripſit imperator in l.2.C.Cómunia de manumiſſ. Augendam magis ciuitatem noſtram,quàm minuendam cenſemus.

CAP. II.

Quæ augmétum recipiunt, inferunt etiam diminutionem.] l. deuique. §.interdum. de peculio leg.l.generaliter.§.proinde. de fide.lib.Sunt enim hæc correlatiua, in quibus eandem ſeruari rationem ſuprà expoſuimus in titulo de eodem.cap. 4. Sicut aucta hæreditas nocet libertatibus,ita nocet diminuta.l.ſi mortis tempore.& ibi Gloſ.Qui & à quibus manumiſſi.Non poteſt conqueri patronus, ſi aut per alluuioné,aut poſtliminio, aut alio modo plus habeat, quàm mortis tempore liberti habiturus fuiſſet,cum etiam diminui potuiſſet.Elegãs Pauli reſponſum in l. ſi patronum.§.ſi ex bonis. de bonis liber. Cæterùm iſta regula negatiuè quoque procedit. Quod innuere videtur l. ſi conſtante.C.de don.ante nup. Fauetur,inquit, dotibus, nedum augendæ poteſtas donationis denegatur, dotis etiam pigrius conſtituatur augmentum. *Ratio.* *Paraphraſes regulæ.*

At verò è conuerſo regula locum non habet. Quæ enim inducuntur ad diminutionem, non inferunt augmentum neceſſariò. l. legata inutiliter.de adim.leg.l.deducta.§.fin.ad Treb. l.cum tale.§.fin.de condit.& dem.l.ex facto.de hær.Inſt.l.Titia.§.fin.de manu.teſt.Quod tamé fallit in duobus caſibus,quos notat Iaſon in l. *Probatio regulæ per antitheta.*

Legata inutiliter.nu.5.& ſequ.de legat.1. Item fallit primaria noſtra regula ſeu gnoſis in fauorabilibus: nam quod in augmentum fidei introductum eſt, in detrimentum fidelium cedere non debet.cap.1.de hæret.in Clemen. Sic nec propter augmentum clericorum debẽt alienæ eccleſiæ cauſa procurationis prægrauari, niſi & facultates ipſius in tantum excreuerint, vt poſſint ita commodè ſufficere. cap. quanto creatori.de cenſib. Item fallit ſi alia oſtẽdatur teſtatoris voluntas,vt in d.§.interdum.

CAP. III.

Diminutio ſuperueniens rei, de qua diſponitur,non facit ceſſare diſpoſitionem.] l. domum.de cont.emp.l.ſi grege. cum l.ſeq. l.quod in rerum.de legat.pr.l.peculium.in principio de legat.2. l.tabernam. de fundo inſtructo. Hæc regula latè per omnes iuris materias diffunditur ; & de ea ſupra tetigi in tit.de toto & parte in materia emphiteoſios diſtinguitur inter diminutionem particularem & generalem. §.adeò Inſt.de locato.

Limitationes. Fallit autem in ſpecie. l.3. §. ſi reddita. commodati. vbi res deterior reddita non videtur reddita , ſcilicet fictione iuris,quia gratuitum officium commodantis reſpicit. §. item is cui, Inſt. Quib. mod.re con.ob. Declaratur etiam regula cum ampliationibus , & reſtrictionibus à Petro Duenna in ſuo tractatu reg. 195.& reg. 104.& 178.Item à Donato Fin.lib.5.

CAP. IIII.

Ornamentum cuiuſque rei decens eſſe debet.

bet.] can.1.& per totam diſt.41.can.cõtra morem diſt. 100. Ratio eſt:nam ex habitu atq; decentia corporis indicatur animi diſpoſitio.

Quapropter curare debet vnuſquiſque vt liberalis veſtium cultus,actionis quoque, id eſt, virtutum ornamenta conueniant, can.rationis.eadem diſt.cap.2. de vita & honeſt.cler. in Clem. vbi quamuis de ſacerdotum & clericorum vita fiat mentio, tamen ad alios extendi poterit.Cæterùm de ornamento,habitu & veſtitu clericorum quomodo incedere, & veſtiri honeſtè,moderatè & diſtinctè debeant, plenè oſtenditur in cap.clerici.de vita & honeſt.cler. *Ratiõ.* *Paraphraſes regulæ multis iuribus confirmatæ.*

Conſentaneum eſt itaque vt ex maiori decore ornatuum maioritas appareat dignitatũ. cap.vt Apoſtolicæ. & ibi pulchra Gloſſ. de priuilegiis in 6.Nimis abſurdum videtur in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerẽt etiam in prophanis.cap.fin.de cuſtod.euchar.Inhibetur clericis ne fulgidis aut ornatis veſtibus vtantur. Quod enim non propter neceſſitatem, ſed venuſtatem geſtatur elationis habet calumniam: nempe quia mollibus veſtiti in domibus regũ ſunt iuxta dictum Euangelij,can.omnis iactura & ferè per totam 21.quæſt.4.Idem & fortiùs de religioſis,monachis nuncupatis, dicitur ca. pr.de ſtatu monach. in Clem. Reprehenduntur prælati, quòd veſtibus ſanctitatis abiectis diſſimulato habitu ad remotos, à ſuis ſedibus partes ſe transferant cap.2. de maior. & obed. in extra.commu.

At verò habitus non facit monachum, ſed *Exceptiones.*

profeſſio regularis: quod vtique verum eſt, quando de vtroque apparet, vt infrà ſtatim exponemus. cap. porrectum. & ibi Gloſſ. de regul. & tranſ. ad relig. Item in ratione veſtimentorum & habituum non maxima diſtinctio adhibetur; quoad minores 14. annis, qui maturo iudicio carent: ſecus autem in maioribus ca. pr. in fin. eod. tit. in 6.

Subregula in quali habitu quis deprehenditur talis reputatur.

Hinc dependet trita illa ſubregula: *In quali habitu quis fuerit deprehenſus, talis debet reputari.* l. Iulianus. §. ſi quis virgines. de iniur. ca. ſi iudex laicus de ſen. exc. in 6. Qui abiectis veſtibus proprio congruentibus ordini alias aſſumere, & in publico portare rationabili cauſa ceſſante præſumit, profeſſorum illius ordinis prærogatiua ſe reddit indignum. cap. 2. de vita. & honeſt. cler. in Cle. Sed trina denuntiatione opus eſt, vt clericus veſtitus habitu laico & arma geſtãs perdat clericale priuilegium. cap. in audientia. cap. contingit in 2. de ſen. exc. Econtra in ætate diſcretionis poſitus ſi intra annũ nouitiorum habitum, qui non ſit figura ſeu forma ab habitu profeſſorum diſtinctus geſtauerit, eo ipſo religionem dicitur eſſe profeſſus. cap. fin. & ibi Glo. de regul. & tranſ. ad relig. in Clem. Et quæ ſponte fert habitum monachalem vel inter velatas ipſarũ officium aſſumit, cogitur ſanctimoniæ habitũ vlteriùs habere, aut ſaltẽ habitũ deponere, c. 3. & 4. e. t. in antiq.

Limitationes iſtius ſubregulæ.

Hæc autem ſubregula limitatur duobus modis: Primo donec de contrario conſtet. dicto §. ſi quis virgines. Secundo niſi ante ipſam

deprehenſionem pro alia conditione vel ſtatu publicè ſe gerebat.d.cap.ſi iudex laicus.

Alia quoque notatur ſubregula: *Ædificiorum extructio pertinet ad decoram faciem ciuitatis.* Ideóque publicè intereſt, vt domus non diruantur neque derelinquantur: dirutæ verò à dominis extruantur. l. Prætor.§.hoc interdictum.de noui op.nunt. l.ad cùratoris. de damno infecto.l.2.l.ſingularium. C.de ædif. priuat. Adeò ſanè,vt ſi quis nemine prohibente in publico ædificauerit,non erit cogendus ſtatim id tollere: Alio ſi in loco ſacro propter religionẽ. l. 2. §. ſi quis nemine. ne quid in loco publico. Quinimò diruenda ſunt omnia,quæ contra ornatum & commodum vrbis extructa noſcuntur. l. præſcriptio. C. de operib. publ. Speciale eſt, vt donatio rerum quæ ad refectionem domorũ facta eſt non egeat inſinuatione. l.ſi quis pro redemptione.C.de donat. Hadrianus imp. cõſtituit,vt nulla in ciuitate domus vllius materiæ ad aliam vrbem transferendæ cauſa dirueerentur, vt refert Spartianus in Hadriano. Extat quoque ad hanc rem pulchra epiſtola Plinij ad Traianum de loco Pruſſæ.

Alia ſubregula. Aedificiorum extractio pertinet ad decorã faciem ciuitatis.

Atque Lycurgus inutilem vrbium ornatum parùm probauit, ínque ſuis ῥήτραις canit, vt Spartæ culmina domuum ſecuri tantum,ianuę ſera fierent: nimirùm quò in humiles ędes nemo dignaretur ſumptuoſam inferre ſupellectilem, quam ipſe auerſabatur. Qua ratione fortaſſis vtilius reipub. conſultum foret cohibere nimiùm inſanas & ſuperfluas ſubſtructiones ædium

Lycurgi de cõſtructione ædium decretum.

ædium, quæ potius ad mendicitatem homines impellunt, quàm pauperibus vitam honeſtè ſuppeditant.

In Titulum de Pace, Bello, Aggreſſione, Defenſione, & Scandalo.

ΠΡΟΛΕΓΟ΄ΜΕΝΑ.

Cõtinuatio. *Quia plerumque accidit, vt concordia paruæ res creſcant, diſcordia magnæ dilabantur, ideò continuata dicendi methodo de pace & bello dicere non ineptè congruit. Sed, vt cætera omnia taceam, quæ de ipſis à politiorum literarum ſcriptoribus enarrata ſunt, iſtud præſertim ad iuris noſtri cognitionem pertinere arbitror, nõ omnib. neque omni loco, tempore, aut cauſa arma ſumere ad belligerandum concedi.* Finis belli. *Finis eſt enim ſolus ſuſcipiendi belli, vt in pace ſine iniuria viuatur, ſicuti rectè dixit Cic. lib.* 1. *Offic. Iuſtè igitur bella ſuſcipiuntur à bonis obediendo principibus aduerſus violentias reſiſtentium: cùm in eo rerum humanarũ ſtatu inueniuntur, vbi eos vel iubere aliquid tale, vel in talibus obedire iuſtè ipſe ordo conſtringit, quemadmodum ab Auguſtino in can. paratus cum ſeq. & Gregorio in can. fin.*23.*quæſt.*1.*Item de ratione arma tractandi ſecundùm Chriſtianæ fidei religionẽ ſatis ornatè & luculenter exponitur.*

Pacis bonum. *Atque ibidem in can.*1.*& ſeq. pacis bonum deſcribitur, de quo etiam multa in noſtris verſibus Pandoreis annotauimus. Aurea eſt ſanè M. Tullij*

*ly ſententia in epiſt.ad Attic.*Pax iniuſta,inquit, vtilior eſt,quàm iuſtum bellum in ciuibus.

Proximè huic annexus eſt de aggreſſione & defenſione tractatus, quæ ſiue in bello ſiue in pace locum obtinent: nam ſicut hominem homini inſidiari nefas eſſe duximus, ita homini, imò & ipſis belluis natura facultatē tribuit,qua ſe ſuáque tueantur. Nouiſſimè propter violentias principum & ſuperborum effrenatam audaciam multoties tumultus & ſcandala oriuntur in populo, quæ occaſionem acerbioris mali præbent, atque ea ratione obnixius euitari lex curat. Scandalum autem in graue & leue, publicum & priuatum diuiditur, aliáſque diſtinctiones recipit, vt poſtea ſuo loco patefiet. *Aggreſſio & defenſio* *Scandalū.* *Scandali diuiſio.*

De Pace,Bello,Aggreſſione,Defenſione,& Scandalo, Tit. xx.

CAP. I.

QVod belli calamitas introduxit hoc pacis lenitas ſopire debet.] l.vn.in prin.C.de cad.tollend.can.1.34.q.1.

Pax etenim eſt vinculum charitatis,& ad iudicem eccleſiæ pertinet, vt rupta pacis fœdere reformentur.cap.nouit.de iudic. Circa id ergo feruentibus votis intendimus, vacamus inſtātius,ac operoſę ſtudium ſollicitudinis impertimur, vt ad diuini numinis gloriam, & profectum fidelium, præciſis radicitus diſſidiorum *Ratio.* *Paraphraſes regulæ elegantioribus textibus illuſtratæ.*

vep

vepribus & litigiorum anfractib. omninò ſubductis. Inter eccleſiarum antiſtites & clericos pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet, inualeſcat concordię vnitas, animorum identitas perſeueret. Scimus enim & ex euidẽtia facti colligimus, quòd non niſi in pacis tempore bene colitur pacis author vt elegãter dicitur in cap. 2. de ſepul. in clem. & cap. vn. de officio cuſtodis in extrau. commun. Concordia gaudet altiſſimis & gloriatur in membris ſuis. can. archiepiſcopus. 9. q. 3. Arma & leges vnum alterius auxilio ſemper eguit. l. 1. in pr. De Iuſtinianeo Codice confir. Gregorius Papa in procemio Decretal. refert Deum ita nos diſpoſuiſſe vt ſimus pacifici, & niſi iuſtitia conatus varios cupiditatis ſuà virtute repelleret, dato libello repudij concordia extra mundi fines exularet. Cauendum eſt enim ne ſi diuinæ vltionis iracundia ſceleratorum fuerit actione commota belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant. can. ſi quos igitur. 23. qu. 4. Item quàm vtilis ſit Reip. pacis obſeruatio, & è contrà multifariam ipſam violantes puniantur. amplè docetur toto tit. de pace tenenda in vſib. feud.

Multa pro bono pacis tolerātur. Interdùm quoque leges ſeu priuilegia infirmantur, quia nedum pacis ab authore ipſius ſperatæ fructum non attulerint, quin imo diſcordiæ pro qua ſedanda proceſſerant, fomentum non modicũ miniſtrarunt. d. c. 2. de ſepult. in Clem. cap. vn. de priuil. in extra. Pro bono pacis toleratur matrimonium, alioqui non valitur

turum. cap.2.de deſpon. impub. Item pacis occaſione limitatur ius commune. c.1.de deſpon. impub. Idque declarant amplius Socynus reg. 284.& Medicæus reg.1.

CAP. II.

POpulum Dei per diſcordias principum, & bella damna pati non oportet.] can. hæc quippe eſt.in fin.3.q.6.

Vnde perditionem ſibi maximam de indignatione Dei acquirunt, qui præſertim in eccleſia ſciſma faciunt. can.denique.7.q.1. *At vniuerſalis eccleſiæ*, inquit ſummus Pontifex, *regimen vocatus inter alia pro comiſſorum populorum, votiua dilectione nihil occurrit præſtantius, quàm exorta inter perſonas eccleſiaſticas (principis tenebrarum aſtutia) diſcordiarum fomenta per noſtræ ſollicitudinis occurſum protinus extinguere, vt cuiuſuis altercationis ſalubriter euulſis ſeminibus pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos diuina aſſiſtente gratia imponere & conſeruare valemus.* cap. 1. & 2. de treuga & pace in extra. commun. Atque etiam intra pectoris noſtri clauſtra reuoluimus ſollicitè, inquit, quàm ſit plena periculorum, onuſta diſpendiis, quámque in diuinæ maieſtatis conſpectu reddatur exoſa eccleſiaſticorum diſcordia.cap.2.de ſepul.in extra. cōmun.Diſſenſiones & ſciſmata maximè in rebus arduis vitandum eſt.cap.2. §.cæterùm.de elect. in clem.

Paraphraſes regulæ multis authoritatib. comprobatæ.

Intellectus ſingulares.

Bellum etiam pro modica iniuria quæ tantum

tummodò priuatum reſpicit, exerceri non debet, vt notant Doctores in l. ex hoc iure. de iuſt.& iure.

Limitationes. Verùm profectò ipſa bella laudantur, quæ non cupiditate aut credulitate ſed pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur & boni ſubleuentur. can. apud veros. 23.q.1.Si terrena reſp. Chriſti præcepta cuſtodiãt, etiam bella ſine beneuolentia non gerentur, ſed vt ad pietatis iuſtitiæque ſocietatem victis facilius conſulatur.can.paratus.ead. quæſt. vbi & per totam an & quando militare Chriſtianis liceat. De bello item iuſto & iniuſto loquitur, atque in præfatione huius tit. tetigi. Item pacem habere voluntatis eſt: bellum autem debet eſſe neceſſitatis, vt liberet Deus à neceſſitate & conſeruet in pace. can. noli.ead.quæſt. Exercentur enim milites & militant, vt communibus vtiles ſint rebus, vt inquit Imperator in princ. Auth. vt neque miles neque fœderatus.coll. 8. Et in ciuilibus diſſenſionibus quamuis ſæpè per eas Reſpub. lædatur, non tamen in exitium Reip. contenditur.l.ſi quis ingenuam.§.fin.de cap.& poſtl.reuer. Item licet iuſto bello à ſociis auxilium petere: quia aliud eſt ſuffragium ab homine tanquam miniſtro iuſtitiæ poſtulare, vt mala volũtas aduerſantium eius miniſterio careat effectu, & bonorum voluntas eius ſuffragio ſortiatur effectum: aliud ſpem ſuam à Deo in homines trãsferre, vt aduerſa quæ inferũtur à Deo ad vitæ correctionẽ humano pellantur auxilio nulla præcedente correctione, vt ſcitè

exem

exemplis declaratur in can.ſed differentiæ. 23. q. 3. Meritò autem fidei & Chriſtianæ religionis gratia potiſſimum miranda paratur victoria.can.ſi non ex fidei.23.q.4. Indecens eſt antè ſoluere militiæ cingulum, quam cedat victori aduerſitas præliorum, maximè in cauſa fidei. c. 1.de renuntia.

CAP. III.

Defenſio ſui cuique permiſſa eſt.] l. 1.§.arietes.ſi quad.paup.l.itaque.l. ſcientiam.§. qui cum aliter ad leg. Aquil. l. ſed & partus.§.1. quod met.cau.Id confirmat Cicero lib. 1. offic. in pr. & in oratione pro Milon. Facit l. 1.& ibi Angelus. ad legem Corneliam de ſicar. can.quia.diſt.54.

Ratio eſt, Cum cuilibet liceat ſuo vicino vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum impertiri auxilium:imò ſi poteſt & negligit iniuriantem videatur fouere ac ſi particeps eſſet culpæ, licet profectò proprio ſibimet ſubuenire ſubſidio,& ſuam temporalem iniuriam propria defenſione tueri.cap. dilecto. de ſent. exc. in 6. Quare aduerſus imminens periculum naturalis ratio & ciuilis vnicuique permittit ſeipſum defendere iure vel iniuria vim repellēdo: vulgata.l.vt vim.de iuſt.& iur. Veriſimilius eſt eam quæ arguitur ex fide cauſam ſuam defenſuram cùm maximè de diſcrimine capitis agatur.l.1.C.ad leg.Cornel.de falſis.Defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur. l. 3.& ibi gl.ad leg.Corn.de ſic.Quin & ſeruū ſuum à domino&alias perſonas ab aliis defendi ęquū eſt. l.2.C

Ratio.

Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata.

l.2.C.de accuſat. Quod quidem amplius in tit. de proc.D.&C.& tit.per quas perſon.in inſtit.

Licitè petitur auxilium ordinatæ poteſtatis non vt alios perſequamur ſed vt nos defendamus. Nam lex virtutis & fortitudo iuſtitię non in inferenda ſed in repellenda iniuria conſiſtit. c.noſtri.c.fortitudo. c.non in inferenda.23.q.3. Fruſtrà Prætor mittit aliquem in poſſeſſionem niſi & miſſum tueatur. l. 1. Ne vis fiat ei qui in poſſ. Secundùm legitimas ſanctiones iniquam oſtendunt ſe cauſam fouere,& experiri debent iudicis authoritaté eluſam,qui defenſionis copiam ſubtrahunt aduerſario,vt elegãter traditur in c.conſtitutis.de teſti. c.peruenit.de teſt. cog. Nã defenſionis facultas quæ à iure prouenit naturali,nulli adimi debet.c.2.ver.cęterum. de ſent.& re iud.in clem. Durum eſt vt cùm alij pro mercede libertates tribuunt ab eccleſia à qua tueri debent, in ſeruitutem reuocentur.cap.1.de natis ex libero ventre. Hinc etiam inhibetur militibus ne conductores alienorum ſint agrorum. Armis enim non priuatis negotiis occupantur, vt numeris & ſignis ſuis iugiter inherentes Remp. à qua aluntur ab omni bellorum neceſſitate defendant.l. milites.C.de locato. Reipub. quoque intereſt plurimos habere defenſores.l.4.de noui op. nunt. Quod autem ad defenſionis ſubſidium eſt inuentum, ad depreſſionis diſpendium non debet retorqueri.cap.in quibuſdam.de pœn.

Diſtinctiones & intellectus. Sed proculdubio malos nõ debemus iniuſtè defendere ne opinionem malè agentium ex indiſc

diſcretæ defenſionis auſu in nos vllo modo transferamus. Gregorius in can. his qui. 14. q. 6. Vnde qui aliorum defendit errorem multò illis damnabilior eſt qui errant. ca. qui aliorum. 24. q. 3. Nec tamen alios tenemur defendere. l. metum etiam. §. licet. & ibi Bartolus. quod metus cauſa. gl. in l. culpa. 51. de reg. iur. Iſtud amplius tractatur à Bernardo Dia. reg. 125. & Donato Fina lib. 4. Atque etiam s̃. expoſitum fuit ſub t. de ſuo & alieno. Item hanc noſtram regulam cum ampliationibus & reſtrictionibus & aliis ſubregulis tractant Donatus Fina eod. libro & Petrus Duenna reg. 191. & 192.

Huc pertinet vulgata ſubregula: *Vim vi repellere, modò cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet.* Id eſt, non ad ſumendam vindictam ſed ad iniuriam propulſandā vt s̃. diximus. Quæ quidem ſubregula probatur ſpecialiter in d. l. vt vim. & l. 1. §. vim. de vi & vi armata. l. 1. & ibi pulchra gloſſ. C. vnde vi. cap. ſignificaſti. in 2. de homicid. cap. olim. de reſtit. ſpol. can. & qui emendat. diſt. 45. cap. dilecto. de ſen. excomm. in 6. Quin etiam leuiter offendendo aduerſarium. cap. 3. eod. tit. in antiquis. Vnde poſſeſſio rei cuiuſdam vi ereptæ ſummo iure vi recuperatur, quia non tam ſtudio retalliandæ iniuriæ, quam recuperandæ rei ereptæ id actum eſt. l. 3. §. eum igitur. l. qui poſſeſſionem de vi & vi armata. *Subregula Vim vi repellere licet.*

Hoc tamen intelligendum eſt, ſi eodem animi motu propulſetur iniuria: non autem ſi ex interuallo. cap. olim. de reſtit. ſpol. & d. §. eum igitur. de his terminis vide quæ s̃. amplè diximus *Intellectus ſubregulæ cũ ampliationibus & reſtrict.*

K

mus in tit.de temp.& termino.cap.6.

Item intelligitur de vi ſibi illata non autem alteri,niſi eſſet coniunctus vel ſocius.gloſſ.notabilis in l.Titium.de fideiuſ. Hanc diſtinctionem tradit Socinus in reg.540.Maxima etenim eſt vis cõiunctionis & ſanguinis vt ſ. notatum in tit.de parent.& conſang.

Hæc item ſubregula latè declaratur cum multis iuribus hinc inde allegatis diſtinctionibus & reſtrictionibus à Socyn. in reg. 539. Damaſo reg. 62. Donato Fina lib. 4. & Petro Duenna. reg. 191. & 192. Et è conuerſo ſtupidi eſt & inſani armis ſuis aduerſarium munire. l. nimis graue. C.de teſtib.l.1.ſ.qui accuſare.l.fin. C.illo tit. Vnde colligunt practici illud vulgatum: *Nemo tenetur arma contra ſe præſtare*. Item ad neceſſariam & iuſtam cauſam hæc regula intelligitur non econtra.cap.1.§. ſi quis hominem de pace tenenda.gloſſ.in d.l.vt vim.

CAP. IIII.

SEditiones & tumultus etiam ex rationabili cauſa inhibentur.] Quin imò & authores talium rerum grauiter puniuntur.cañ.ſi qui diſt.92.can.victor.diſt.97.

CAP. V.

MVlta euitandi ſcandali gratia tolerãtur.] can.1.diſt.51.can.ſi qui vel propria & ſeq.1. q.7.can.congregato.16.q.7.

Ratio. Ratio eſt, Quia præcauendum eſt, quantùm fieri poſſit ne ſcandalum generetur. can. preſbyter ſi à plebe.2.q.5.can.cauendum.10.q.3.can. quicunque vult.17.q.4.cap.vlt.de reg. & tranſ.

ad

ad relig.cap.duo pueri.de deſp.impub.cap.cum haberet.de eo qui duxit in matri. ca. ſignificaſti. de adult. & ſtup.cap.2.de purg.can.c.vn.de voto & voti red.in 6.cap.vt apoſtolicæ de priu. in 6.ca.1 de celeb.miſſ.in clem.c.2.& 3.de ſent. excom.in clem.cap.ſi qui.1.q.1.

Declaratio regulæ per diuerſa themata.

In magnum itaque iuſtitiæ ac pacis obſequium ſcandaloſis occurratur periculis, quæ cum noſtra & eccleſię prouinciarum multarum regnorum & gentium turbatione non modica poſſent pro tempore oriri, inquit Pontifex.c.in 2.verſ.vt igitur.de ſent.& re iud. in clem. Diſſenſiones enim & ſcandala prauis litibus aditum præparãt, atque illicitis moribus auſum præbent.cap.2.in pr.de ſepult.in clem. Nec ſolum ortis ſcandalis ſed quæ periculoſe poſſent in antea ſuboriri celeriter obuiandũm.cap.vn. Ne ſede vac.in extrauag. Infirmãtur priuilegia quibus ſtatus pacis non ſine graui Reipub. detrimento ſubuerti poſſet ſcandalis & ſciſſuris. cap.vn .de priuil.in extrau. Omnes orthodoxæ fidei profeſſores & viros præſertim eccleſiaſticos ſic hortamur, ad inuicẽ, quoad alios etiam conuerſari, quod ex ipſorum geſtis nullius offendatur iuſtitia nec cuiquam ſcandali materia præparetur.cap.vn.de offic. cuſtodis, in extrauag. Pulchrum exemplum oſtenditur, quomodo alicui infirmo abſque ſcandalo aliorum carnium eſus concedatur. ca.cum ad monaſterium.de ſtatu monac.& c.2.de obſer.ieiu. Item quod ſcandalum vitari debeat vide ampliſſimè loquentem cum multis ampliationibus Medi-

cæum reg. 8. Felinum in cap.2.de præſcript. Ea de cauſa parcitur multitudini delinquenti, vt maius ſcandalum euitetur, & de reliquo mala ſunt amputanda.can.quoties à populis.1.quęſt. 7.Et ad graue ſcandalum vitandum permittitur epiſcopo petere ceſſionem, cùm aliter ſedari non poteſt, ne plus videatur temporalem honorem, quam æternam affectare ſalutem. cap.niſi cum pridem. & ibi gloſſ. de renuntiat. Vbi diſtinguitur eleganter inter ſcandalum quod ſine peccato vitari poteſt, & aliud, quod non poteſt ex Gregorio ſuper Ezechielem. homil.7.At verò licet opera illa quæ ſine peccato mortali omitti non poſſunt,non ſint pro vitando ſcandalo dimitenda,nec ea debeant pro vitando ſcandalo committi, quæ ſine mortali peccato committi non poſſunt; ab his tamen quæ ſine mortali peccato committi poſſunt pariter & dimitti, pro ſcandalo tollendo ceſſandum eſt,eiſque etiam pro vitando ſcandalo inſiſtendum, vt ſacræ ſcripturæ teſtimoniis eleganter probatur in cap.2.de noui oper. nunt. Sed quia hæc diſtinctio potius ad Theologos ſpectat,ideo ad eos lectorem remittemus.Item diſtinguitur inter graue & leue ſcandalum, nã propter leue ſcandalum non maximè curatur. Quando autem grauia ſcandala generantur in populo propenſius animaduertendum eſt. cap. 1.de off.iud.ord.in clem.cap.quia circa.de conſang.& affin.c.ex literis. in primo. de homicid. Quocirca graues exceſſus vocantur & enormes,qui maximum ſcandalum adferunt,&non deb

Diſtinctiones.

debent præteriri.cap.cum illorum.de ſent.exc. Abſolutio quoque ex indulgentia poteſt ab epiſcopo concedi: dummodò non ſit tam grauis & enormis exceſſus, vt propter vitandum ſcãdalum & tollendum exemplum huiuſmodi ſerui ad ſeruum ſeruorum Dei venire debeant abſoluendi.cap.relatum. illo tit. Si clericis talis habeatur ſuſpicio,vt ex ea ſcandalum graue generetur in populo,licet contra ipſos non pateat accuſator, eis tamen eſt canonica purgatio indicenda: quam ſi præſtare noluerint vel defecerint in præſtando, canonica debent animaduerſione puniri. cap. tua nos. de cohab. cler.& mul.Cæterùm in delictis notoriis id locum habet, vt j. declarabitur in tit. de aperto & occulto: tametſi hæc purgatione canonica non ſit hodie in vſu frequens.Item fallit regula in cap. qui ſcandalizauerit. de reg. iuris. vbi vtilius fit ſcandalum, quàm vt veritas relinquatur. Sed hæc exceptio primæ diſtinctioni fere ſimilis eſt.

Hinc deſcẽdunt quædam ſubregulæ: *Quando grauis perſona docet de ſcandalo publico ei creditur:* c. cum in tuæ.de ſpon.& mat.Item alia, Scandali euitandi cauſa receditur à iuris communis regulis. cap. quam cito.de conſuet. cap. ſi quando.de reſcrip. & præceptum iudicis ſuſtinetur, vt amplius declaratur cum allegatione doctorum & fallentiis à Medicæo regula 1. & 8. *Subregulæ*

In Titulum de Vi,Metu,Spe,& Neceſſitate.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Continuatur ex ſeipſo.

Hic titulus cum præcedenti cohærentia vel cõtinuatione non indiget. Satis enim ex ſeſe ſiue natura rei, vocum ſono ſiue ipſo fine & effectu deprehenditur. Vbicunque igitur viget bellum, vim, metum, neceſſitatémque ineſſe oportet: Pacis autem tempore hæc omnia conquieſcunt paululùm, & acriter legum authoritate vindicantur. Vim autem hic & paſſim, in iure non accipimus, vt oratores, & poetæ faciunt pro virtute & facultate, quam ἐνεργείαν vocant, aliquid agendi vel animo concipiendi, ſed pro impetu ac violentia: quæ quidem multifariam diuiditur. Vis alia eſt publica, quæ fit armis ſine cauſa vel titulo occupatis: Priuatã quæ ex quacunque alia inermi violẽtia naſcitur, prout docte comprobat noſter Loriot. in tit. de reg. iur. axiomat. 12. cum ſequent. Item alia eſt iuxta & ex neceſſitate procedens, ſicuti iuſtum bellum: alia iniuſta, quam tyrannidis nomine vulgo nuncupamus. Ad cuius ſimilitudinem metus ſeu timor iuſtus eſt, vſquequaque pudori coniunctus, ſecundum Platonem in 3. Dialogo de legi. qui in conſtantem & ſapientem hominem cadit: aut iniuſtus & ſeruilis, qui meticuloſos homines ſine vlla cauſa percellit, quemadmodum ĩ. latius commonſtrauimus. De iſto loquitur Cicero. lib. 2. Officiorum, dum inquit, Malus eſt cuſtos diuturn

Vis acceptio.

Vis diuiſio.

Metus diuiſio.

tutiſſicatis metus, contraq; beneuolentia fidelis eſt ad perpetuitatem. Id igitur amplectamur vt metus abſit, charitas retineatur. *Idem etiam in oratione pro Cecinna & multis aliis locis definitionem metus eleganter explicat. Hoc autem inter metum & ſpem diſcriminis eſt, quòd metus rei malæ: ſpes rei bonæ ſemper exiſtit. Ideóque videntur ex diametro ſibi inuicem repugnare. Spem iſtam (Græci ἐλπίδα vocant) antiqui fabulati ſunt ſolam in pixide Pandorea remanſiſſe, vt humanarum rerum neceſſitati, quæ penè iam collapſæ fuerant, ſubueniretur: quemadmodum in noſtro Dialogo amplè commonſtraui. Tum demùm vicina eſt huic loco neceſſitas, à qua omnia in ſeruitutem quodammodò rediguntur. Quò fit, vt vitam noſtra neceſſitati debeamus, vt ait Cicero pro Seſtio. Appoſitè itaque definitur à Gellio vis quædam premens & cogens lib. Noct. Attic. 13. cap. 3. Cũ qua Plato grauiſſimus author aſſerit nec Deorum vllum aut pugnare nunc, aut nunquàm pugnaturum.*

Differẽtia inter ſpem & metum.

Neceſſitas

Neceſſitatis definitio

De Vi, Metu, Spe, & Neceſſitate, Tit. xxj.

CAP. I.

Quæ vi fiunt, irrita ſunto.] cap. 1. cap. ad audientiam & toto ferè titulo de his quæ vi metúſve cauſa. l. qui cœtu. ad leg. Iul. de vi public.

Ratio, Quia cauendum eſt ne quid alicui aut ſubreptio aut inimica legib. violentia neceſſitatis imponat. can. Chriſtianis. 11. q. 1. Quocirca comparati ſunt innumeri, in iure tituli & ſanctiones poſitæ, quibus noſtra iuriſprudentia abundè referta eſt.

Explicatio regulæ per diuerſa themata.

Sed vt hæc regula per ſpecies diſtinctione & exempla facilius eluceſcat, ſciendum eſt in primis neminem propria authoritate aliquid capere aut vēdicare poſſe ſed per iudicem. l. quo tutela. 74. §. vi factum. de regulis iuris. l. vn. C. Ne quis in ſua cauſa. l. negātes. C. de act. & obl. l. dotis. C. ſolut. mat. Vnde elegāter Calliſtratus in l. creditores. ad leg. Iul. de vi priuat. vim eſſe dicit, quando quis non per iudicem ſed ius ſibi priuatim dicendo fecit. & vulgata l. extat. quod met. cauſ.

Ideoque talia perpetrans ſaltem lege Iulia de vi priuata tenetur, mulctatur tertia parte bonorum, & infamis fit. l. vl. ad legem Iul. de vi priuata. Item priuatur iure ſuo & grauiſſime punitur. l. non abs re. l. meminerint. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. l. nullus. C. de iudæis. l. non eſt dubium. C. de legat. can. placuit. can. conſuetudo. 16. q. 6. Elegans eſt decretum Pontificis: violenti qui authoritate propria aut potius temeritate, beneficia eccleſiaſtica non verentur occupare etſi non virtutis amore, pœnę certè formidine à temeritatis audacia refrenētur, eoque ipſo ius quod in iis habeant amittant. cap. eum qui. de præb. & dign. in 6. Ne igitur ſine vindicta violentiæ creſcat audacia dilig

ligenter præuidendum eſt. cap. 1. de his quæ vi metuſve cauſa.in 6.

Si vi detruſus non potuerit probare ſingula, quæ perdidit ſacramento taxatione à iudice facta illi creditur.l.ſi quando. C. vnde vi.Item ſtatim ante omnia reſtituitur, & violentus grauiter punitur.l.ſi quis ad ſe.C.Ad legem Iul.de vi pub.cap.1.de reſtit. ſpol. Si conſentiens pari pœna cum faciente puniendus eſt, multò magis is qui cogit, reus admiſſi criminis probatur.can.pr.22.quæſt.5. Verùm etiam qui cogitur,ideóque pœnitentia ei, ſed nō adeò magna iniungitur,quia plus corpus quàm animā ſuam diligit.can.ſi quis coactus. eadem quæſt. Licet vim paſſus aliquem excuſationis colorem habeat, ſi ſtatim poſt vim admiſſam ab eo actu diſcedere proteſtetur. Singulariter à me notatus textus in can.conſtat.pr.qu.pr.Et quæ vim apud hoſtes paſſa eſt,nō ſit in ea cauſa vt adulterij damnetur.l.ſi vxor.§.ſi quis planè.Ad leg. Iul.de adult.Qui per vim poſſidet,nulla ſe iuſta exceptione tueri poteſt.l.pr.§.pr. Quod vi aut clàm. Nec licet etiam rem ſuam per vim à poſſeſſoribus auferre.§.ita tamen Inſt. vi bo.rapt. l.ſed & partus.§.vlt.& l.ſeq. De eo quod metus cauſa. Imò nec permittit lex magiſtratus, vim inferre,niſi officium ſuum exequendo.l.quemadmodum.§.pen. Ad legem Aquil. l. iniuriarū. §.pr.De iniur. Ex diuerſo non facta vi aut metu compellente pro factis habentur,quoad pœnam & in odium compellentis. l. in omnibus, 40.de regul.iuris.Vis & metus continent in ſe *Comprobatio regulæ à cōtrario ſenſu.*

igno

ignorantiam, adeò vt non adſtringatur quis deſignare perſonam quæ ei vim vel metum incuſſerit, ſed ſufficit probare metum in cauſa aut vim illatam eſſe. l. ſi cum exceptione. §. in hac actione. Quod metus cauſa. Raptor itaque eſt fure improbior d.l.ſi cum exceptione. §.qui vim.l.2.§.cæterum.vi bo.rap.l.ſi te. C. ex quib. cau.infa.irrog. Et violentiæ ſemper eſt comes, dolus.l.2.§.doli.vi bon.rap.l.qui vas.§.vetare.l. pen.de furtis.l.4.§.ex his.de peculio.

Intellectus & limitationes regulæ.

At profectò cuique liberum eſſe debet vltionis ſuæ arbitrium: quod ciuiliter intelligẽdum eſt.l.deuotum.C.de met.& epidem.lib.12. vt infrà latiùs exponam ſub tit.de pœnis. Item licet creditori debitorem fugiẽtem vel fugam parantem propria authoritate apprehendere.l. ait Prætor. §.ſi debitorem. quæ in fraudẽ cred. Quod tamen hodie locum ita demum obtinet, ſi vel aliqua de fuga inquiſitio facta ſit. Itẽ qui aliquem iuſte vi exemit, ne in ius vocaretur, non tenetur.l.1.in fine. Ne quis eum qui in ius vocatus eſt. Item ſi quis per vim factus eſt clericus, nec ipſe nec parentes eius, intra annum reclamauerint, clericus permaneat, quia vim illam taciturnitate approbauit.cap.2.de regul. & tranſ. ad relig. Item nolens & inuita minis parentum compulſa, niſi poſtea conſenſerit, nõ poteſt cogi viro adhærere. ca. de illis.in 2.c. ex literis.de deſp. impub.

Subregulæ

Ex hac regula multæ prodeunt ſubregulæ, puta: *Etiam citra corporalem læſionem violentia ſæpius perpetratur*, puta per carcerationem, deten

tentionem, ſeu alio modo. d. l. extat. & cap. nuper. de ſen. excom. Item, *non eſt veriſimile, quòd ſponte iuri ſuo renunciauerit, qui renuntiat ſpoliatus.* cap. 2. de reſtit. ſpol. Diſtinguitur autem aptiſſime inter vim iuſtam & iniuſtam, & definitur vis in l. pr. §. vlt. l. 2. & 3. de eo quod metus cauſa. De vi publica & priuata, vide ſuprà in præfatione huius tituli. Inter vim & metum quid intereſt, explicat l. ſi rerum. de vi & vi armata, item inter vim & dolũ, d. l. 2. §. doli vi bo. rap. De violẽtia etiã vide latè ſcribentẽ Riſuič. in paratitlis & commentariis de regulis iuris. & Duarenũ ſuper l. in actionibus de in lit. iur.

CAP. II.

Differẽtia inter vim & metum.

Per metum facta non tenent.] l. pr. §. quæ onerandæ quar. rer. actio non detur. c. ex timore. 8. de reg. iur. can. fin. 31. q. 2. Doctores. in l. qui carcerẽ. Quod metus cauſa. Clem. pr. de foro competenti. Vnde conditi ſunt tituli de eo quod metus cauſa cum multis iuribus quæ paſſim in toto corpore iuris annotantur. Conueniunt etiam huic regulæ multa de iis quæ ſupra in proximo capite expoſuimus.

Rationes.

Ratio eſt. Nam cùm locum non habeat cõſenſus, vbi metus vel coactio intercedit, neceſſe eſt vt vbi conſenſus vtriuſque requiritur, coactionis materia repellatur cap. cùm locum de ſponſal. & mat. Alia eſt ratio qui metum infert, doloſus eſt. l. ſi cùm exceptionẽ. §. eum qui metum. Quod metus cauſa. Dolus autẽ quod actũ eſt vitiat. l. iuriſgentiũ. §. Prętor ait de pact. l. & eleganter de dol. Ergo & metus, niſi etiam dolus

Intellectus & diſtinctiones.

dolus adſit ex parte eius qui ſe vim paſſum eſſe dicit, vt ſingulariter notatur in l. & qui data opera.ex quib.cau.maio.Intelligitur autem regula non de quolibet, id eſt,vano metu, vt in proximo capite dicemus : ſed de iuſto, qui in conſtantem hominem cadere poteſt.l. metum cum tribus ll.ſeq.de eo quod metus cauſa cap. veniens in 2.cap.conſultationi.de ſpon.& mat. Item oportet eſſe pręſentem & iuſtum metum vt excuſationem præbeat. Ideóque qui metus cauſa abfuerunt à Prætore, releuantur : non ſi ſuperuacuo timore deterriti, ſed vt poſteà interpretatur, qui iuſto timore mortis vel cruciatus corporis conterriti abfuerunt. l.item apud Labeonem.§. quoniam.de iniur. l.interpoſitas.C.de tranſact.cap.ad audientiam. cap.dilectus.de eo quod metus cauſa. Quod totum ex effectu ipſo deprehenditur,eiuſque diquiſitio ad iudicem pertinet.l.hoc edictum.§.fin. & l.metus.Ex quib.cau.maiores.Hanc diſtinctionem iuſti & vani metus bellè explicat. l.in hac ſtipulatione. de damno infecto. & Ariſtoteles lib.3.Ethic.cap.6.7.& 8. Alludit etiam Seneca in Oedipo:

Qui pauit vanos metus
Veros fatetur.

Exceptiones. Iuſtus tamen metus non cõſideratur in mortis cauſa donatione, ſed contemplatio duntaxat aut mentio mortis. l. Fulcinius. de donat. cau.mortis. Item metu ad actum iuramentum niſi vergat in diſpẽdium ſalutis æternæ, tenet: nec licet alicui contrauenire, niſi priùs habita

abſo

abſolutione à ſuo epiſcopo, cui talis licentia conceditur, cap. ſi verò aliquis cap. verùm de iureiurando. Item quæ coactè fiunt, cum eius quod geritur principium in agentis poteſtate conſtitutum ſit, ipſo quidem iure tenent, ſed per exceptionem quod metus cauſa reſcindũtur. d. l. metum. §. ſed quod Prætor. De quo etiã & de voluntario coacto ampliſſimè tractat Loriotus Doctor noſter in tit. de reg. iuris. axiom. 49. & ſequ. & titulo de action. axiom. 32. ac nos quoque ſuprà tetigimus ſub titulo de voluntate & verbis cap. 2. Item quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas mittit poſteà timorem, vt de beato Paulo Apoſtolo legitur in can. ſciſmatici 23. q. 6. Iuxta illud B. Iohannis Apoſtoli: *Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras timorem eiicit.* repetitum in can. iam verò eadem quæſt. Item præſentia amicorum potentium tollit omnem metus præſumptionem. l. tranſactionem. & l. ſi quis maior à contrario ſenſu. C. de tranſact.

CAP. III.

Vani timoris nulla eſt excuſatio.] l. vani 146. de regul. iuris. Item & æſtimatio. l. ſi quis ab alio. de re iudic. l. 3. §. pr. & §. ſi quis autem. de vi & vi armata. Ratio eſt: Quia cum inanis eſt timor, non timeri debet cap. literis. de reſtit. ſpol. *Ratio.*

Quamobrem metus non conteſtationibus aut minis, ſed atrocitate facti probatur, l. metum. de his quæ vi metúſve cauſa. In ſacro principis comitatu vana eſt formido, ideóque excuſa *Paraphraſes regulæ per multa ſchemata.*

cuſationẽ non præbet. Aliud. ſi iuſta, puta quæ per vim aut metum iuſtum illata ſit. l. pr. C. de iis qui per metum iud. Quod quidem membrũ ſuprà cap. proximo tractauimus. Item ignauia, ſeu timiditas potentiorum libertati obeſſe nó debet. l. generaliter. §. apparet. de fide. liber. Neceſſarium eſt autem deliberationis auxilium maximè formidóloſis hominibus, qui & ea timent, quæ nulla digna ſunt ſuſpicione. l. fin. in prin. C. de iure delib. §. ſi quis ita formidoloſus Inſt. de pupillari.

CAP. IIII.

SPes nos in omnibus rebus fouet.] vt dócet Imperator in §. vlt. procœmij Inſt. facit l. Imperatores. de decurion. l. 3. C. de donat. Sunt enim hæc ſynonima: *Spes vitæ Chriſtus*. Item: *Quandiu ſpiramus, ſperare debemus*, vt pulchrè docet Balduinus, in §. cum autem. Inſt. Quibus mod. ius pat. pot. Extat hac de re elegans digreſſio noſtra in Dialogo qui Pandora inſcribitur, Carolo nono Francorum regi dícato. Vnde & diligenter cauerũt iura noſtra circa poſthumos propter rationem Vlp. in l. 1. §. ſi filius. de ventre in poſſ. mitt. ne is qui ſperatur ante vitam necetur. Imò verò fauorabilior eſt cauſa partus quam liberorum: partui enim in hoc fauetur, vt in lucem educatur: puero vt in familiam inducatur. d. l. 1. §. ſi pater. Spes autem in Deo accipienda eſt non in hominibus. Eapropter Iudæi captiui ſunt ducti, quia ſpem ſuæ liberationis non in ſolo Deo, ſed in homine poſuerant. can. pr. 23. quæſt. 3. Ex diuerſo nemo de-

Explicatio regulæ per per diuerſa ſchemata.

ſper

ſperandus eſt in hoc corpore conſtitutus, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur cõſilio maturiore perficitur.can. corripiantur, 24. quæſt. 3. can. ancillam.32. quæſt.2.Senſibus prauis etiam peremptis nulla deſperandi detur occaſio.can.ſaluberrimum 1. quæſt. 7.Cauetur diligenter, ne deſperati facile ad delationem ſine cauſa cõfugiant, ideò damnati deferre nõ poſſunt,ſed cœptam ante damnationem perſequi.l.deferre.de iure fiſci.

Sæpe tamen de facultatibus ſuis ampliùs quàm in iis eſt,ſperant homines l. in fraudem. qui & à quibus manu.§.præualuiſſe.Inſt.Quib. ex cau.manu.nõ licet, Item licet quod ſperatũ eſt,ad effectum non peruenit, nil anterioribus liberis fortuitus caſus derogare conceditur. l. nuper.C.de nat.lib. *Exceptio.*

CAP. V.

NEceſſitas legis regulis non adſtringitur.] cap.quod non 4.de regulis iuris.l.ſeruum. §.fin.de procurat. l.item ſi verberatum. §. pr.de rei ven.l.fin.de ſeparat. l. cum fidei.de fideicom.lib.l.æſtimationem.in fin.de muner. & hon.ca. quanto de conſuetud. can.ſicut non alij.de conſec.diſt.pr.

Ratio eſt:nam vſu exigente & humanis neceſſitatibus gentes iura ſibi conſtituerunt. §. ius autem gentium.Inſt. de iure natur. gen.& ciuili.l.aliquando.de offic.proc.& legati. *Ratio.*

Quinimò & ipſa neceſſitas ſibi legem facit. §.1.Auth.Vt determi.ſit num.coll.1.can.remiſſionem. pr. qu. pr. Et legi præiudicat. l.vt gradatim *Ampliationes.*

datim.§.vlt.de mun.& hon.Itaque propter neceſſitatem illicitum fit licitum, cap.2.in fin. de obſeru.ieiu.

Paraphraſes regulæ exẽplis & iuribus illuſtratæ.

A veteribus inſtitutis & antiquis patrum regulis,quoties rerum , locorum & temporum vrget anguſtia ſeu neceſſitas inexcuſabilis,nõnũquam receditur. Nam quod pro remedio ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus non fuiſſe. can. pr.diſt. 55. can.quoniam diſt.74.can.quod pro remedio. can. ſi qui.cum aliis ſeq.pr.qu.7.Exemplum eſt in cap. licet. & ca.fin.de feriis : vbi diebus dominicis & feſtis, præterquàm in maioribus anni ſolẽnitatibus, ſi halecia terræ ſe inclinauerint,captioni eorũ ingruente neceſſitate licet intendere.Inculpabile iudicandum quod neceſſitas intulit. can. ad limina 30.quæſt.1.can.1.34.q.1. Cùm vrgens neceſſitas poſtulat ſtatuta mutantur humana, cap.non debet. de conſang.& aff. Magnæ neceſſitatis tempore nec clerici aut eccleſiaſtici à murorum cuſtodiis excuſantur : imò & aliis neceſſitatibus communibus ſubuenire debẽt, cap.2.cap.non minus.cap.aduerſus. de immun. eccleſ. Niſi aliqua vrgẽtiſſima neceſſitate impuberes non debent matrimonio coniungi, cap.2.de deſp.imp.Si propter neceſſitatem famis aut nudationis quis furatus ſit , iuxta canonica decreta pœnitentiam agat,ca.3.de furtis.& quando permittatur , aut verius toleretur furtum in tempore neceſſitatis comedendi cauſa. narrat Baldus in l.2. §. cum in eadem,ad legem Rhod.de iactu. Vbi multorum ſtrages

iacet

iacet,aut neceſſitas, ſubtrahendum eſt aliquid ſeueritati.can. ordinationes. 9.quæſt.pr. Non erit obiicienda temporis præſcriptio, vbi neceſſitas incurrerit hoſtilitatis. c. prima actione.16.q.3.Nec etiam quod pro neceſſitate temporis factum eſt, trahatur à poſteris in exemplum,cap.cum in cunctis de electio.Neceſſitas efficit,vt augeatur delictum. l.pr. §.merito depoſiti.In ſeruis, qui dominis parent,neceſſitas poteſtatis excuſatur.l.diuusClaudius.§.& quatenus.ad legem Corn.de falſis.l.vn.ibi,quaſi in domeſtico furti aduerſus nautas: quo loci pulchra diſtinctio traditur inter hominem liberũ & ſeruum. Neceſſaria omnibus Rebuſpubl.frumentaria pecunia moram ſolutionis accipere non debet.l.2.verſ. neceſſaria. de admi. rer. ad ciuit. per. Ex neceſſitate ſibi iniuncta manumittens non recipit beneficium. l. 2. C. de op. lib.l.pr.C.de libert.& eorum liberis.

Limitationes & diſtinctiones regulæ.

Attamẽ fauetur ei qui eſt in neceſſitate, niſi id ipſum dolo fecerit. l. ſi fideiuſſor. §. vlt.Qui ſatiſd.cog.Item niſi ſeipſum in neceſſitate collocarit,ſeu periculo.l.2.§. ſi tamen.Si quis cautio. Vnde deſumitur notabilis circa hanc regulam diſtinctio inter voluntarium & neceſſarium actum.l.2. C.de calum. de qua tractat Ariſtoteles lib.1.Ethic.De voluntario ſuprà tetigi in tit.de volunt.& verbis. cap.2. Nunc verò de neceſſitate. Sciendum eſt igitur, quòd non ſit ex libera voluntate, ſed ex neceſſitate ratũ non haberi.l.atqui natura.§.ſi libero.de negot. geſt.Nam & magis ſuccurritur ei qui ex neceſ-

ſitate facit, quàm qui voluntariè. l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.de min.l.tribus.de vſuf.ea.rer. quæ vſu,licet aliquando minus,vt in l.ſi extraneus.de iur dot.& l.1.de fun.dot. Ratio huius diſt. eſt: quicquid neceſſitate fit, citò ſoluitur, quod voluntati arripitur,perſeuerat.can.quicquid de conſec.diſt.5. Item alia,Volenti & cõſentienti fraus non fit,neque iniuria, quod infrà ſuo loco exponemus.Neceſſitas item excuſat,modò vera, & non ſimulata, nec ex voluntate proceſſerit,can.excellentiſſimus. 11.quæſt. 3.Non trahitur ad opprobrium coactæ voluntatis,quod illicita neceſſitatis conditio extorſit.can. inter cætera. 22. quæſt. 4. Voluntarius quærendus eſt curator, niſi ex magna neceſſitate vel Imperatoris arbitrio hoc procedat, vt & inuitus crearetur.l.2.circa finem,de curatore bonis dando,Abſentia neceſſaria non volũtaria excuſatur.l. & qui data opera. Ex quibus cau.maio.l.voluntaris.C.Quomodo & quando iudex.Alia eſt etiam diſtinctio inter maximam neceſſitatem,quæ ſemper attẽditur, i.ſine qua aliter fieri non poteſt,& minimã.l,fin.de riuis.

ſubregulę. In neceſſitate nemo liberalis exiſtit. Multa ex neceſſitate concedũtur, quæ aliàs non concederẽtur.

Hinc dependent aliæ ſubregulæ:*In neceſſitate nemo liberalis exiſtit.*l.proximè. l.qui liberos, de ritu nupt.l,rem legatã. de adim.leg.l.quæſitum.de diſtract.pig.l.ſi quis pro vxore. de don. inter vir.l.vlt.C.de dotis promiſſ.Neque enim facultas neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis eſt beneficium. l. vnum ex familia. §.pr. de legat.2.

Item,*Multa conceduntur ex neceſſitate quæ aliàs*

liàs prohibentur.§. ſi quis. Aut. de hær. & Falcid. coll. 1. Quod multis hinc inde iuribus allegatis exponitur ab Azone Rub. 104. De interpretatione huius vocabuli pro neceſſitate multa cõgeſſit Riſuicius in paratitlis. Item multas alias regulas circa neceſſitatem tradunt Georgius Viuienus & idem Riſuicius. Vide etiam de explicatione prædictarum regularum quæ in hoc capite continentur cum multis iuribus & diſtinctionibus Azonem in Rubr. 67. & 88. & Medicæum reg. pr. & 2.

In Tit. De Simplicitate, Dolo, & Conniuentia.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

VI & metui rectè ſubiungitur dolus. Nam, vt ſuprà dixi in proximo titulo 1. & 2. cap. violentiæ & timori ſemper comes eſt dolus, ex l. 2. §. doli. vi bon. rapt. l. ſi cum exceptionem. §. eum qui metum. Quod metus cauſa. Prætor quoque hæc ita inuicē coniungit: Pacta quę neque vi, nec metu, nec dolo malo facta ſunt, &c. ſeruabo, *vt Cicero refert lib. 3. Offic. Atque iſti eſt ſimilis continuatio, quæ in titulis Pandectarum etiamnum reperitur. In eo autem differunt ſimplicitas & dolus, quòd illa puram & non ementitam, neque fucis ſeu fraudibus obtectam veritatem ſignificat, hic in pecuniam, pollicitationes, maturationes, mentitiones & alia genera technarum*

Cõtinuatio Violentiæ & timori comes eſt dolus.

Simplicitas & dolus in quo differunt.

Diuiſio doli. *vel fraudium conſumitur. Author ad Heren. Rurſus & doli multæ ſunt definitiones ac diuiſiones, quas vnuſquiſque tam ex politiorum literarum ſcriptoribus quàm iuriſperitis ediſcere poterit. Præcipua tamen eſt doli boni & mali. De priori loquitur. can. ne quis. & ibi glo. 22. quæſt. 2. De poſteriori. l. pr. §. dolum. De dolo. Item alius eſt dolus in agendo, qui communis eſt, & paſſim apud Iuris authores enarratur.* *Conniuentia.* *Alius in patiendo, qui conniuētia ſeu diſſimulatio vocatur, & ita demum locum habet, cùm quod arceri & prohiberi iuſtè poteſt, tacita diſſimulatione permittitur.*

De Simplicitate, Dolo, & Conniuentia, Tit. xxij.

CAP. I.

Simplicitati venia tribuitur.] l. 1. de donat. l. tutor. de ſuſp. tut. cap. cum vniuerſorum. & ibi Gloſ. de rer. permut. l. 2. Si quis in ius vocatus non ierit, l. 1. & ibi tractant Doctores. de feriis. l. 1. §. fin. & l. 2. de ventre inſpic. l. ſi quis in graui. §. quod ad cauſam. ad Sylla. can. tanta pr. quæſt. 7.

Exempla. Exemplum in ruſticis & agricultoribus: de quibus loquitur Imperator §. pr. Auth. de quæſtor. coll. 6. inde comparati ſunt tituli nullum credentem agricolæ: &, Vt nullus mutuans agricolæ. In Authenticis & §. agricultores. de ſtatutis & conſuetud. apud Federicum. l. 2. C. de in ius vocando.

Ratio. Imperitia. n. hominum & ruſticitas nihil eis

deb

debent adferre prȩiudicij.l.vn.§.& vt pleniùs, C.de rei vxor. actio.l.quicunque.Cod.Qui admitti ad bon.poſſ. l.fin.C.de teſta.Vnde ob ſegnitiem,ruſticitatem , ineptiam & ſimplicitatem remoti tutores in hac cauſa ſunt, vt integræ exiſtimationis abeant,& à tutela rectè excuſentur. l. 3. §. qui ob ſegnitiem. de ſuſ. tut.l. athletæ.§.fin.de excu.tut. Aliud exemplum eſt in militibus,qui excuſantur, ſi propter ſimplicitatem legum ſolennia non obſeruauerint. l. fin.§.fin.C.de iure delib.§.vltim.Aut.de inſtru. caut.& fide coll.6.Ideóque quomodo velint & poſſint eis teſtamenta condere licet. l.3. C. de teſta. mil. ſicut paſſim videre eſt in l. 1.& toto tit.de mil.teſta.Item in maxima rerum difficul tate ſimplicior ſententia magis placuit.l.fin.C. de furtis & ſeruo corr. Intellecta confeſſione ſpontanea ſupplicatione deuota,veniam errori debemus,quòd nõ ex malignitate,ſed ſimplicitate peccauerũt,c.inter corporalia.de trãſl.ep.

Explicatio regulæ cũ multis exẽplis & iuribus.

Veruntamen ſimplicitas etiam ſuſcipientiũ contractus non debet ius creditoris mutilare. l.fin.C.de fideicom. Fallit etiam regula in ſpecie.l.1.C.de interd.mat. inter tut.& pup. Nihil quoque prodeſt , ſi vel ignorantia rationis, vel ſimplicitate intellectus aliqui ſe à communione,ſiue fidei vnitate ſuſpenderint:quod vtique intelligitur,quando admoniti fuerint.can.ſciſma.24.quæſt.1. Item ſi per ſimplicitatem aut ignorantiam veritas in literis fuerit ſuppreſſa, diſtingue. Aut talis eſſet,quę ſi fuiſſet expreſſa, nihilominus literas dediſſet , túncque delega-

Exceptiones & diſtinctiones regulæ.

tus non ſequens formam in literis appoſitam ſecundùm ordinem iuris in cauſa procedat. Si verò ea expreſſa non dediſſet literas, non eſt à delegato aliquatenus procedendum, niſi vt de precum qualitate cognoſcat, cap.ſuper literis. de reſcript. Item Ruſticus vel miles aliquando contra ius poſitiuum committens excuſandus eſt, vt notatur in d. l. 2. C.de in ius voc. & l.ſi quis in tantam.C.Vnde vi.Non tamen excuſatur ab ignorantia omiſſionis famæ. Doctores in l.properandum. C. de iud. Iſtud latè pertractat Medicæus reg. 7.item cum ampliat. & reſtrict. Socinus reg.432.& 433. & Donatus Fina lib.5. Item quando parcatur ruſticitati & imperitiæ, & quando non, multa iura hinc inde cum fallentiis & diſtinctionibus adducit Azo in rub.70.

CAP. II.

QVæ dolo inita ſunt, rata non habentur.] Hoc eſt edictum Prætoris prolatum in l. pr. de dolo. & toto illo titulo tam in iure ciuili, quàm canonico multa vndique in hanc rem congeſta ſunt. Item à Cicerone in lib.Offic.& in Topicis. Iuuat etiam l. ſed ſi hac lege. §.patronum.de in ius voc. cap. poſtulaſtis. cap. conſtitutus. de conceſſ. præb. cap. quod ſuper his.de fide inſtru.cap.per tuas.de donat.

Ratio. Ratio: nam Deus aſpernator duplicitatis ſimplicem intentionem vtriuſque conſiderat, & tam ex parte recipientis quàm præſtantis verborum artem aſpernatur & odit. can. qui peierare 22. quæſt.5.

Hinc

Hinc eſt quod dicitur, fraudem & dolũ nemini patrocinari, nec ex ipſis debere commodum conſequi.l.3. C.de repud. l.hominem.mãdati.l.ſed & ſi.§.ait Prætor. Ex quib.cau.ma.l.ita demum.de recep.arb.l.ſi pignore.de pignor. act.l.verùm.§.tempus.Pro ſocio.l.ait Prætor.§. ſi.quæ in frau.cred. cap. ſedes Apoſtolica.c.ſuper literis.de reſcript. cap.ex inſinuatione. de appellat.cap. tuæ fraternitatis. de clericis non reſident. cap. ad noſtram. de emp.& vend.cap. requiſiſti. in fin.de teſta. ca. pr.de eo qui duxit in mat.cap.ſicut.de Simonia.cap.tuas. de vſuris.cap.3.de collu.deteg.cap.ſtatuimus. de officio & pot.iud.deleg.in 6. Quod & ſuprà tetigimus in titulo de ſuo & alieno. Faciunt etiam aliæ ſubregulæ videlicet: *Alterius circumuentio alij non præbet actionem*,quod declaratur fuſiſſimè per Henricum Riſuicium & Viuienum neotericos regularum compilatores ſuper l.alterius.de reg. iuris.Item: *Fraudem ſuam nemo debet allegare*.Item: *Fraus nemini prodeſt,ſed nocet*.Has duas regulas poſteriores probat & explicat Azo in rub.64.multis verbis. Sunt enim celeberrimæ in materia doli, vixque vllam patiuntur exceptionem.Cauendum quippe eſt ne dolus per occaſionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem cuiquam proſit.l.pr.de doli mali except.Item: *Deceptis, non decipientibus iura ſubueniũt* l.2.Ad Vell.l.ſi ſine.C.illo ti.l.in cõmodato.§.ſicut cõmodati.l 1.§.cauſa.de ędil. ed.l.ſi in fraudẽ.C.de legi.her.l.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria.Qui ſatiſd.co.l.paterfamilias.de her.

Paraphraſes regulæ multis iuribus probatæ.

Subregulę

inſt.cap.ad noſtram de empt.cap.intelleximus. de iud.cap.ex inſinuatione.de appell.cap. cum vniuerſorum.de rer.perm. cap. inter dilectos. de donat.cap.officij.de teſta.

Non debet circumueniri teſtantium voluntas.l.ſi cui legatum.de condit.& dem. Nec valent,quæ bonis moribus repugnant,vt in iudiciis bonæ fidei. Ne dolus præſtetur.l.ſi vnus.§. pacta.& §. illud.de pact. l. conuenire. de pact. do.l.in commodato. Commoda. l. aduerſus. C. de exce.doli enim mali clauſula non poteſt accepto ferri.l.& per Iuſiurand.§.eum qui.de acceptil.Leges etiam dolo malo latores conditas ſeruari non oportere,docet Ariſtoteles. lib.pr. Rhetor. cui adſtipulatur. l. interpoſitas. C. de tranſact. Quæ in fraudē leges adſcriptæ ſunt, pro non ſcriptis habentur.l.Seius &Augerius. ad legem Falcid. Item in fraudem legis aut patroni factum reuocatur. l.ſi libertus minorem. de iure pat.l.pr.& toto tit. Si quid in fraudem patroni.Quomodo autē fraus legi fiat, pulchrè oſtenditur.in l.contra legem.l.fraus.de legib.l. emancipatum.§.fin. & l. filiam. de Senat. toto titulo.Quæ in fraudem cred.& l.in fraudem,de iure fiſci.l.quemadmodum.C.de agri.& cenſitis.lib.11. Dolo deſinens poſſidere habetur pro poſſeſſore. l. qui dolo. 174. l. parem.193.l.ad ea. 200.§.ſemper. de reg. iuris. cap.pro poſſeſſore. 36.eod.tit.in 6.In pœnam ſiquidem eius qui doloſè verſatus eſt: nam ſi dolo fecero,quominus habeam,vel agam, pro eo eſt ac ſi illud euenerit.l.vn.C.de alie. iud.mu. cau. l.officium. l.qui peti

petitorio.§.ſin autem.§.ſed & is.de rei vendic. l. 2. §. Prætor ait. verſic. hoc interdictum. Ne quid in loco publico. l. ſemper. §. cum autem. quod vi aut clam.l.quæſitum.§.eum quoque.de precario. Replicatio doli oppoſita , bonæ fidei iudicium facit, & commẽtum fraudis repellit. l.3.C. de excep. Non decipi nos ſed iuuari quodam beneficio oportet.cap.vn.de commodato.

Intellectus & notabilia. Cæterùm ſi quid fraude factum ſit , punitur in doloſo:alij non nocet.can.noſſe.30.q.1. Item dolus punitur , etſi non alicui ſed ipſi qui eum admiſit damnoſus futurus erit. l. ſi procurator. de doli exce. Grauius autem quàm negligentia punitur.c.ad falſariorũ.de crimine falſi. Generaliter itaq; dolo facit qui id quod .quacunque exceptione elidi poteſt,petit,niſi talis ſit ignorantia in eo vt dolo careat.l.2.§.item quæritur. de doli mali exce.Fraus itẽ ſiue dolus accipitur in dãno pecuniario non ſecundũ intereſſe affectionis.l.1.§. ſi quis in fraudem. ſi quid in fraudem patroni. Sed maximè in ciuilibus cum effectu.l.1.in fin.de ſtatulib. & aliquando in criminalibus.l.in lege Cornelia.ad leg.Cornel. de ſicar. Vnde non pretij æſtimatione ſed qualitate facti æſtimatur. l. dolus.C.de reſcind.ven. Item dolus nunquam purgatur , ſicut mora.l. Iulianus.§. ſi Titius. de act. empt. Attamen ſi velit alter contrahens cuius intereſt, rato manente contractu,taxabitur interſſe doli.l.ſi dolo. C. de reſcind. vend. d.l.Iulianus.§.ſi venditor.Nã fraude commiſſa non euentus tantùm, id eſt,quid habeat fraudẽ paſſus, ſed conſilium

Diſtinctiones.

ſeu

ſeu quod fraude non commiſſa habuiſſet ſpectabitur.l.generaliter.79.l.fraudis. 80. de reg. iur.l.ſæpe.53.in fin.de verb.ſign.niſi in quibuſdam caſib.vt in d.l.ſæpe.& l.1.de furt. Tametſi interdùm fraus dicatur re cõmitti. l. inter eos. ex quib.cau.maior.l.iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi.de pact.§.item ſi in fraudem.inſt. de act. Item dolus maximè contrarius eſt bonæ fidei. d.l. ſi dolo. & culpæ præfertur.l. item ſi obſtetrix.ad leg.Aquil. At verò quemadmodum dolus & lata culpa æquiparentur, vide Angelum in l.ſi mora.ſolut.matr. Alex.in l.2.in pr. Quod quiſque iuris. Nec tamen omnis lata culpa dolus eſt,ſed quæ in necem alterius committitur. l.is cui.§.ſi heres.vt in poſſ.legat. Magna item eſt differentia inter dolum & metum vt explicat Iuriſconſultus in l. apud Celſum. §. metus cauſa.de doli except. Multas autem ſubregulas & alia notabilia de dolo & fraude,quas videre non fortaſſe ingratum erit, ponunt & explicãt Riſuicius in paratitl. Azo rubr.5. & 104. Socy. reg.130.& 131.Medicæus reg. 5. & 8. & Donatus Fina lib.4. & 5. Aduertendum eſt ſanè non dolum tertij ſed contrahentium reddere contractum ipſo iure nullum: ſecus ſi incidat in contractum vt notant doctores in illa famoſa l. & eleganter. de dolo. Alia eſt exceptio regulæ: niſi is ſciens conſentiat, in cuius præiudicium factum eſt.Notat gloſ.in l.iuriſgentium.§.Prætor.de pact.Item ſi pactum nõ ſit iniquum, ſed duntaxat ſuperuacuum vt notat Paulus & Doctores in d. l. iuriſgentium. §.ſed ſi fraudandi.

Dolus & lata culpa æquiparantur.

Differẽtia inter dolũ & metum.

Exceptiones.

Item

Item tranſactio dolo facta non ſtatim eſt nulla niſi poſt conteſtationem. l. ſub prætextu. l. ſi maior. C. de tranſact. Item dolo petit quod ſtatim eſt reſtituturus, vt ſ. dixi ex l. in condemnatione. 124. §. fi. de reg. iur. Si vero ex interuallo petere poteſt abſque dolo. l. fin. vt legati ſeu fideic. nomine. Item deceptis in pretio leuis toleratur. l. in cauſa in 2. §. pen. de minor. l. item ſi pretio. in fi. locati. De minimis enim præſertim quæ iuri communi aduerſantur maioribúſque præiudicant non fit reſtitutio. l. ſcio. de in integ. reſtit. Hoc eſt, vt aiunt, in foro fori, nam in foro conſcientiæ aliud: cum Paulus admoneat non licere vel in minimo negotio fratrem decípere. Grauis autem deceptio, quæ ſcilicet dimidiam partem iuſti prætij excedit non valet ſed aut reſcinditur vēditio aut ſuppletur. quod iuſto pretio deeſt. l. 2. l. ſi voluntate. C. de reſc. vend. l. pen. C. de pact. l. in contractibus. C. ex quib. cauſ. maiores. cap. cum dilecti. cap. pen. de empr. Item fraudare aliquando in iure ſeu malignari permittitur quando quis in ſuo facto legis authoritate nititur. l. nullus. 56. de reg. iur. l. cum pater. §. Titio. de leg. 1. Quod quidem Azo latius probat rub. 18. Item non reputatur dolus interueniſſe qui nō tam ad circumuentionem quàm ad fatuitatem alicuius debeat retorqueri. c. cum dilectus. de his quæ vi metúſve cau.

CAP. III.

Diſſimulatio in prælato, iudice, ſiue alio in poteſtate cōſtituto grauiter punitur.] c. 2. Ne prælati vices ſuas. c. in nōnullis de Iud.

Ratio

Ratio. Ratio eſt: Ne ſcilicet ſi ſub diſſimulatione aliquid perperam tranſeat vel ſilentio pallietur, poſſet in magnum & euidens præiudicium Rei pub. redundare. c. vn. ver. nos itaque. de iureiur. in clem.

Paraphraſes regulæ. Itaque ſiue qualitas facinoris ſiue fama celebris diſſimulare non permittit maleficia. c. 1. & fi. de col. dete. c. 3. in fi. de im. eccl. in 6.

Except. & diſtinction. Verumtamen diſſimulatione crimen aboletur. Aliquando partis in leuibus cauſis, puta in actione iniuriarum. §. fi. Inſt. de iniur. Aliquando iudicis. c. cum ſis præditus. de conuer. coniuga. Item diſſimulatio interdum conueniens eſt, ita quod nec contradicere, nec tuum videaris aſſenſum præbere. c. 3. de cogn. ſpir. c. quia circa. de conſ. & af. Item nonnunquam diſſimulare licet & prodeſt: aliquando non, vt probat Azo. in multis iurib. hinc inde alleg. in rub. 5. Poſtremò hanc diſtinct. adfert: vt ſimulatio facta in contractu reſpiciente factum alienum nihil mihi proſit vel noceat: ſi verò diſſimulo delictum alterius vel meum in proprio contractu, nocet, quia videor eſſe delicti particeps. Item alias non inutiles diſtinctiones ponit Damaſ. reg. 30. & 84. Prima eſt: Simulatio ad deceptionem vitandam licita eſt, quia dolum non committit qui fraudem excludit. l. cum pater. de leg. 2. Simulatio autem ad circunueniendum & fallendum alium adhibita eſt punienda. can. quoties. 22. q. vlt. c. vidua. c. vt clerici. de reg. & tranſ. ad rel. Altera: Simulatio eſt permiſſa in deuitando periculo. c. perlatum. de his quæ vi me. cau. Vel in redigendo alio in anguſtias, vt ipſe ſatisfaciat

ciat.can.vtilem.22.q.2.Item pulchrum eſt exemplum diſſimulationis notatum à glo.in l.ſiue apud acta.C.de tranſact.

Regularum generalium Iuris,

LIBER QVINTVS.

in Tit. de Virtute, Bonitate, & Debito.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

QVia fine ignorato, viuendi quoque rationem ignorari neceſſe eſt, vt docet Cic.lib.5. de finib. maximáque ex eà ignoratione ſequitur officiorum omnium difficultas & perturbatio, ideò iuxta exemplum magni illius Philoſophi, de moralib. tractaturis, quod eſt in vita humana, quoad mores.ſummum bonum nempe actionem virtutis perfectæ præmitti oportuit. Neminem ſanè latere video cur & apud Iuriſconſultos (qui, teſte Vlp. veram non fictam philoſophiam adſectantur) ſummum bonum, ſeu potius finem bonorum omnium non ſolùm in habitu, ſed etiam in exercitio virtutis conſiſtat. Finium quippe duo genera ſtatuit Ariſt. Vnum eorum qui actione, alterum eorum qui & actione & opere cernuntur. De priori loq

Cur hic tit. cæteris præpoſitus eſt.

Duo genera finium trad Ariſt.

loquimur in hoc titulo: poſterius vero j. *titulo* 9. *huius libri explicabimus. Hoc demum titulo de virtute & aliis bonis qualitatibus in genere poſteà in ſubſequentibus titulis ſpeciatim tractabitur. Cæterùm, vt in primis dicam, de virtute tam multa variáque ab antiquis Philoſophis & ſcriptoribus agitata ſunt, præcipuè à Platone & Ariſtotele, vt nihil intactum ſiue quantum ad eius diffinitionem, diuiſionem, aut ampliſſimam cognitionem videantur reliquiſſe. Iſtud tantùm adſcribere placuit ex Platone in Menone:* Si nos, *inquit,* in omni hac diſputatione rectè perſcrutati ſumus, virtus vtique nec doctrina neque natura nobis aderit, verùm diuina ſorte abſque mente in eum qui illã ſortitus fuerit, influet. *Quare nihil aliud eſt, quod nos Deo, qui & bonitas ipſa eſt quàm ſimillimos reddit, quàm virtus. Vnde recte Cicero:* Quod rectum & honeſtum & cum virtute eſt, id demùm dicitur bonũ. *Quin etiam idem ipſe Plato Chriſtianæ pietatis luce circundatus. 7. de Repub. dialogo in ordine intelligibili boni ipſius ideam ſupremam eſſe exiſtimauit, quæ viſibiliter quidem lumen creauerit, & luminis authorem: intellectualiter verò regnet ipſa veritatémque & mentem, hoc eſt,* IESVM CHRISTVM *redemptorem noſtrum protulerit. Quam noſſe ſemper debet, quicũque ſana mente quidquã vel priuatim vel publicè eſt acturus. Ex his poſtremo conflata eſt omnis humanæ vitæ ſocietatis & officij conſuetudo, quam nos debitum vocamus, ex optima viuendi ratione deſcendens, & ad omnia nos informans quæ ad ſummi illius boni nedum* cog

Virtutis pulchra commend.

Connexio boni cum virtute.

Debitum & eius effectus.

cognitionem ſed & participationem veram conferunt. Notandum tamen hic eſt tam iſto tit. quàm ſequentib. non ſolùm de virtutibus quæ pro habitu, verùm etiam de vitiis quæ pro priuatione cenſentur nos diſſeruiſſe, quemadmodum in ſingulis vnuſquiſque per ἀντίθετα animaduertere poterit.

De Virtute, Bonitate, & Debito, Tit. j.

CAP. I.

VIrtutes ſerere, ac vitia extirpare cõuenit.] cap. vn. in fin. de religioſis domibus. Iſtud enim proprium eſt diuinæ naturæ, cuius imaginem & participationẽ quandam ſummus ille omnium author nobis tribuit (vt ſcribitur Geneſeos cap. 3. Quamobrem quemcũque virtutibus ſtudere cum modeſtia & continentia videris, huius munda & recta opera erunt. cap. 3. de præſumpt. Memorabile eſt illud dictum M. Tullij lib. 2. Officiorum. *Eos viros nos ſuſpicimus, maximiſque efferimus laudibus, in quibus excellentes quaſdam & ſingulares virtutes conſpicere videmur. Contemnimus autem eos & damnamus, qui nec ſibi nec alteri proſunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil denique neruorum eſſe putatur.* *Ratio.* *Comprobatio regulæ.*

Atque ex conuerſo verendum eſt ne vitia ſub ſpecie virtutũ ſubintrent. c. ſicut in vno de heret. Eò námq; proſperius omne negotiũ procedit, quò labis indago ſolẽnius, cautius, & diligent *Antithetõ*

gentiùs peragetur.cap.1.§.1.eod.tit.in clem.

CAP. II.

QVæ bonis moribus aduerſantur, pro nullis habentur.] l.mulieri & Titio.de cód. & dem.l.ſed neque.in fi.de vſu & habit.l. conditiones.in pr.& 2.de cond.inſt.l.alia. §. vl. ſolut.matr.l.ſi quis inquilinos.§.fin.de leg.1.ad hanc quoque gnoſin referri poſſunt,quæ de iis quæ contra bonos mores aguntur permixtim dicta ſunt ſ.in tit.de iur.nat.& poſi.Sicuti quæ de iis quæ contra leges hic permixtim dicuntur,illa etiam referri poterunt.

Differētia inter ea quæ contra bonos mores & quæ contra leges fiunt.

Sciendum eſt autem inter hæc duo eam adſignari differentiam, quod quædam in totum lex fieri prohibet: quædam verò quatenus bonis moribus & honeſtati publicæ repugnant.

Poſterioris membri exempla.

Multa & infinita huius poſterioris membri in iure exempla reperiuntur: è quorum numero celebriora adferam. Veluti pactum de quota litis.l.ſumptus.de pactis.l.litem. C. de proc. l.iubemus nullam.C.de ſacroſ.eccleſ.Item omnis pactio continens vſuram in beneficiis eccleſiaſticis.cap.cum pridem. cap. vlt.de pactis. Idem etiam de ſimonia.cap.tua nos.& toto tit. de ſimonia.Idem de copulatione cóſanguineorum aut ad finium in matrimonio.ca. ſponſam. de ſponſalibus. Conditio contra bonos mores pro non adiecta habetur.l.2.C.de condit.inſertis.Omnia quæ in pacto vel in ſtipulatione cótra bonos mores deducuntur,nullius ſunt momenti,nec ex illis oritur actio.l.ſi ſtipuler.l.ſtipulatio hoc modo concepta.l.Titia.de ver.obl.

l.mer

l.mercalem.C.de cond.ob tur.cau. l.ex eo.C.de inutil.ſtip. Flagitioſæ rei ſocietas coita nullam vim habet. l.ſi à reo.§.fin. de fideiuſ. Non quæ colludendi aut officij honeſtè faciendi gratia fiunt, ſed contra bonos mores repreheduntur. l.item apud Labeonem.§.ſi quis virgines.§.prętor ait.de iniur.Quando denique aliquid aduerſus ius gentium aut bonos mores agitur, nihil fit.l.quidam in iure.§.fi.& l.ſe.de dona. Et quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, aut contra bonos mores ſunt, hæc nec nos facere poſſe credendum eſt. l.filius.de cond.inſt. Quod enim de iure impleri non poteſt, pro impoſſibili habetur. l. continuus.§.cum quis.de ver.ob.Vide quæ de hoc ſ. tetigimus in tit.de pot.& imp. c.2. Item de bono multas ſubregulas notatu dignas ponit Riſuicius & alij neoterici.

CAP. III.

Admittenda non ſunt mala, vt inde ſequantur bona.] can.fortè. 14.q.5. can.ſic non ſunt.32.q.4.c. fin.32.q.8.c.ſuper eo.de vſur. c.3.& ibi gl.ne cle.vel mon. Effugiendum enim ſemper quod malum eſt: inueniendum vndique quod melius eſt, vt docet Imp.in prin. & §.tribus.Auth.quib.mod.nat.eff.ſui. col.7. & §.vn. de form.fidel.in vſib.feud. Idcircò non ſunt facienda mala, ne alij grauiora committant. Talis namque compenſatio apud Chriſtianos locum ſibi non vendicat.can.quod ait.diſt.14.c.1. de conuer.infi. Neque ad bonum proficit quod de malo congregatur. can.eiiciens. diſt.88. Cui

Ratio.

Paraphra. reg. multis iuribus & rationibus illuſtrata.

adſtipulatur vulgare illud prouerbium: *De bonis malè quæſitis non gaudebit tertius hæres.* Qui hac intentione mala accipit, aut facit, vt benè diſpenſet grauatur potiùs quàm iuuetur.c.non eſt putanda.1.q.1. Sanctus vir ſicut mala de bonis non æſtimat, ita iudicare bona de malis recuſat. can.hoc habet proprium.diſt.46. Non ſe putet quis eligi ad melius, ſi ipſe factus fuerit deterior.can.legi.16.q.1. Quin eò amplius non ſufficit à malo, ſiue omni mali ſpecie abſtinere, niſi fiat id quod bonum eſt.can.de firma.22.q.5. c.veniens.de eo qui cogn.conſ.vxo.c.3.de pœn. in clemen. Et è contra ſancta bonis proſunt ad ſalutem, malis ad iudicium. Mala autem proſunt bonis:per malum enim fit bonum,cùm benè accipitur malum, vt eleganter exemplis declaratur in can.& ſancta.& ſeq. de conſe.diſt.3.

intellect.et ampl.reg.

Except.& diſtinctio.

Videtur huic regulæ aduerſari quod dicitur in can.ſicut non omnis,& can.ſeq. 32.qu.2. Sed in fin.ſolutio traditur:*Non enim*, inquit,*quod præter intentionem generandi ſit in nuptiis malum eſt, ſed eſt veniale propter nuptiarum bonum.* Item ſcientia reprobatur eorum & ſeueriſſimis legibus vindicatur qui magicis accincti artibus aut contra ſalutem hominum moliti,aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe deteguntur:non autem quorum proficerent actus,ne diuina munera& labores hominum ſternerentur. l.4.C.de malef.& mathe. Huius tamen rei tractatio ſpecialem diſputationem requirit & à pluribus tùm veteribus,tùm neotericis authoribus agitata eſt.Quintil.etiam libr.12.quædam

mala

mala diſcenda eſſe cenſet,vt vitentur.Iſmenias in Canticis omnia tenet ſcienda,vt licita ab illicitis ſecernantur. Item circa hanc reg. multa iura hinc & inde allegat Damaſus regul.97.vbi hanc ſol.adfert, quòd licet videantur quædam de genere maiorum, cum tamen iuris authoritate excuſentur, fieri poſſunt. can. interceſſor. 11.q.3.c.ſi verò.de iureiu.Item videtur è duobus malis minus eſſe eligendum : ſed certè , vt iam dixi ex ſententia Ariſt. in tit. de maio.& mino. c.3. vtrúnque præſertim tamen maius euitandum:quia maius malum minus bonum eſt.l.3.§. pen.de peri.& com.rej ven.§.cum igitur.Auth. de non elig.ſec.nub.can.ſi quod verius. 33.qu.2. Quod vtique erit in comparatione peioris.can. iurauit. 22.q.4. Egregium exemplum Hierony., dę virginibus & viduis in can.quomodo.31.q.1. iſtud etiam fuſius exponit Azo Rubr.91. Cæterùm poſteà quàm de bono & malo mentio eſt, lubet quoque de bonis & malis hominibus pauca diſſerere: non quidem quoad Theologos & Philoſophos,à quibus de his ampliſſimè tractatur,ſed quantum ea quę de ipſis in iure cauta reperiuntur,reſpiciat. In primis itaque illud menti tenendum eſt. Sicut per bonos mali & boni erant in fide generandi , ſic & per malos boni & mali ad fidem acceſſuri : quod demonſtrat ſecundum Abrahæ coniugium. can. iſte Abrahæ.32.quæſtio.4. Et quidem in Abraham, Iſaac, & Iacob , propter eorum copulationes cùm ancillis quatuor genera hominum Chriſtianorum figurantur. Nam aut per malos naſ-

E duobus malis minus vitādū.

de bonis & malis hom.

4. genera Chriſtian. ciuntur boni, aut per bonos mali:aut per bonos boni,aut per malos mali.c.recurrat.ead.q. Dæmones ab initio creati ſunt boni,ſed poſteà per ſe facti ſunt mali:homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit.c.1.de ſumm.Trin.& fid.cath.Boni *Boni à malis in hac vita nō ſeparantur.* autem à malis in hac vita nunquàm ſeparari penitus poſſunt : illud enim eſſet arrogantis & nimium inflati. Qui enim malos non tolerat, ipſe ſibi per impatientiam teſtis eſt ,quòd non ſit bonus , exemplo Abel , quem Cain malitia non exercuit : malorum namque vindicta Deo eſt relinquenda. can. quantus. can.hæc autem. *Diſtinctio.* 23.q.4.Quod cum iſta diſtinctione accipitur,vt omnes boni ſpiritualiter à malis ſeparati ſint: non autem corporaliter , quia peiores poſſent euadere. Sunt enim in eccleſia Dei homines mali,vt humores in corpore. ca.quomodo.ver. omnes.can.eſt vnitas.de conſ.diſt.4.Item tolerandi ſunt ab antiſtite mali,ſi per iudicium auferri non poſſunt , ne peruersè malos euitando ab eccleſia ipſe diſcedens eos quos fugere videtur, mittat ad gehennam : maius enim malum in ſeparatione bonorum committimus , quàm in coniunctione malorum fugiamus,vt egregiè exemplis illuſtrat Aug.in can.multi.2.q.1. & in can.aduerſitas.7.q.1. can.quàm magnum eſt.23. q.4. Nam aliquando per malorum miniſterium boni colliguntur & fiunt.can.Spiritus ſanctus. 1.q.1.Debet quoque iuſtus patienter eorum malitiam ſuſtinere quos fieri bonos cupit , vt potius numerus creſcat bonorum. c.paratus.23.q. 1.Mali verò bona adminiſtrando ſe tantummodo

do lædunt, ſicut fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat,aliis lumen in tenebris ſubminiſtrat, & vnde aliis commodum exhibet inde ſibi diſpendium præbet.can.fin.15.q 8. Labores impiorum iuſti edant, & ipſi tandem rubore perfuſi ad ſui ordinis obſeruantiam reuertantur.c.relatum.ne cler. vel mon. At verò ſecundùm legis ciuilis iuſtitiam congruit officio boni præſidis malis hominibus purgare prouinciam.l.3.l.congruit.de off.præſid. Quod intelligitur de facinoroſis perditis & infamatis hominibus. Nam & ſæpè perit iuſtus pro impio. can.in ſancta.de conſ.diſt.1. Et qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. can.non turbatur. 24.q.1.Vnde ſanctius eſt maximè in ordinatione ſacerdotum paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros.c.cum ſit ars.de æta.& qual. Malus item non debet eſſe melioris conditionis,quàm bonus. c.eum qui.de præ.& dig. in 6. Quin imò mali perpetua egeſtate laborare debent.l.bona fides.depoſiti.Et mali neceſſitate cogendi ſunt, vt coacti redeant ad ordinem à quo receſſerunt.c.quicunque vult.17.q.4.

CAP. IIII.

NOn tam ſpectandum eſt quod fit, quàm quod fieri debet.] l. ſed licet is. de offic. præſid.l.ſi quis ante.de acqu.poſ.l.aut qui aliter. quod vi aut clàm. Omnia enim rectè ad debitum referuntur. l.ſi quis aliena.de neg.geſtis. Vnde qui ſcit,& ſcire debet,æquiparantur. l.qui fundum.§.ſeruus.& ibi Bald.pro empt. *Intellectus & restrictiones reg.*

Verumtamen fruſtrà petit debitum, qui

quod debet, non impendit. l. ſi quis maior. C. de tranſact. cap. fruſtra. de vſur. c. an ſit. de appella. Quod ſanè intelligitur, ſi debitum circa eandem rem conſiſtat, & compenſatio obiici poteſt. Secus in diuerſis, vt latius cum iurium allegatione ampliationibus & reſtrictionibus docet Damaſius reg. 35.

CAP. V.

NOn faciens quod facere debet, videtur facere aduerſus ea quæ non facit.] l. qui non facit. 164. l. nemo. 194. de reg. iur.

Rationes. Ratio eſt: nam contrariorum in contrarias partes poſitorum eadem eſt ratio atque diſciplina, vt ſ. dixi in tit. de ſimil. contra. & diuer. Alia eſt ratio. Cùm omnia opera in faciendo aut non faciendo conſiſtant. l. 2. de ver. ob. l. ait Prætor. §. deinde. ex qui. cau. ma. Qui facit quod facere non debet, veluti qui adulteratur, non facit ſecundum ea quæ facere iuſſus eſt, id eſt continentiam & caſtitatem. Itaque qui non facit quod debet, veluti qui non erogat pauperibus, facit aduerſus ea quæ non facit, id eſt contra præceptum Dei. c. ex timore. 8. de regul. iur. Qui omittit quod facere debet, cenſetur facere quod non debet. §. ſi verò. §. ſi quolibet. Auth. vt lic. ma. & aui e. col. 8. §. ſi quis. Auth. vt cum. de app. cogn. col. 8. Is etiam in fraudem videtur facere qui non facit quod debet. l. 4. quæ in frau. cred. Sibi debitum honorem ſubtrahit, qui alteri honorem infert indebitum: cùm ſint in pari gradu honorum. can. nullus. & can. ſeq. diſt. 99. ſicut è contra dicit Gregorius tunc ſe

Paraphr. reg. per varia ſchem.

hon

honoratum, cùm ſingulis quibúſque honor debitus non negatur. Fallit autem regula, quando in forma tantum erratum ſit. l. ſi cuius appellatio. de appel. recip. Item intelligitur quoad iuris intellectum vel fictionem non de veritate, vt pulchrè diſtinguitur per iurium allegationes & exempla ab Azo. in rub: 10. *Limita. & intellect.*

in Tit. de Fide, Pietate, & Religione, ſeu Ritu.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

INter ea, quæ ad officium conſeruationis vitæ & tranquillitatis humanæ pertinent, nihil magis debitum & neceſſarium eſt, quàm recta fides, vt elegantiſſimè ſcripſit Cicerò lib. 3. Offic. Gel. lib. 20. Noct. Attic. c. 1. atque etiam nos ſecundùm Iuriſconſultorum normam exponemus. Fides autem conſideratur dupliciter, ſi more vulgari loquamur: Aut erga Deum, aut erga homines. Fides erga Deum vocatur pietas, & modus illam exercendi religio. Præcellit poſteriori prior, & meritò. Maiorem namque virtutem religione, pietatéque in Deum nullam in humano genere inueniri quiſpiam ſibi perſuadeat, ſicut tradidit Plato in Epi. De comparatione earundem vide infra hoc titulo cap. primo. quanquam ego apud imperitos non eſſe tali comparatione temerè vtendum, ſed vt quid potius ſequendum & fugiendum ſit, dignoſcatur, exiſtimo. Pietas, ſanctitas, & religio hæc omnia Deorum numini purè & caſtè tribuenda ſunt, vt inquit Cicero libro de natura Deorum.

Cõtinuatio. *Fides bifariam conſideratur.* *Non temerè fiat comparatio fidei humanæ cum diuinæ.*

Porrò licet, eodem Tullio teſte, nulla ſit gens tam barbara, quæ Deum aliquem non agnoſcat: ſunt tamen multi ritus & ceremoniæ quibus Deus colitur et religio conſeruatur. Tùm denique actus humani ſecundùm certos ritus et formulas celebrantur, de quibus ĩ. ſpecialiter dicemus.

De Fide, Pietate, & Religione, Tit. ij.

CAP. I.

Ratio.

Paraphr. reg. text ib. cõformatę.

NOn poteſt erga homines eſſe fidelis, qui infidelis Deo extiterit.] Vnde Iudæi & Pagani & hæretici qui veritatis à ſe fidem abiecerunt, à teſtimoniis repelluntur. can. non poteſt. & aliis ſeq. 2. q. 7. c. 1. de hær. Ratio eſt omnibus quàm notiſſima. Quia in primis fides Deo creatori, conſeruatori, & redemptori noſtro obſeruanda eſt. cap. accuſatus. §. ſanè. de hær. in 6. Omnia igitur in Chriſti fide purgantur: fides enim hunc mundum vincit, quæ non dantis, ſed accipientis fit. c. fi. 15. q. 8. Licet mens nequeat humana plenæ rationis inueſtigatione Deum comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. can. non turbatur. 24. q. 1. Theologiæ ſtudium cupimus ampliari, vt dilatato ſui tentorij loco funiculos faciat longiores, vt ſit fides Catholica circumiuncta muro inexpugnabili bellatorum quibus reſiſtere valeat aſcendentibus ex aduerſo c. fi. ne cler. vel monac. Fides Dei etiam in rebus corporeis & abiectis

magn

magnum animi bonum eſt, ideò ei ſalutem quoque corporalem, qua vita iſta continetur certum eſt debere poſtponi. can.illæ autem. 32. q. 5. Alibi etiam ab Apoſtolo donum Dei dicitur. Nihil eſt quod lumine clariore præfulgeat in principe quam recta fides: nihílque quod ita nequeat occaſui ſubiacere, quàm vera religio, cum Authorem verum vitæ & luminis vtraque reſpiciant, quemadmodum Ioannes epiſcopus vrbis Romæ eleganter ſcribit in epiſtola quæ incipit inter claras. C. de ſum. Trin. & fide cathol. Vna fides autem debet omnibus adeſſe, vt not. in l. 1. C. illo tit. quod ad religionem ritum & modum colendi Deum ſpectat, de quo paulo pòſt dicemus. Hinc fit, vt inter fideles & infideles magna debeat adhiberi diſcretio. can. 2. 3. q. 4. Nec per leues cauſas offendiculum fidei præparari. c. accuſatus. §. de quæſtionibus. de hæret. in 6. In errorum baratrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt. c. vn. de relig. dom. in extra. ſicuti faciunt multi hæretici, qui à veritate fidei catholicæ deuiantes eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciunt, ac errores alios ſtudent multipliciter ſeminare. Dignum eſt itaque, vt adulterinas plantationes quas non pater cæleſtis, ſed humanæ temeritatis audacia plantat, Apoſtolici culminis cenſura diuellat nec patiatur in agro domini peruerſæ congregationis vepres excreſcere, vt ibidem in fine adiicitur. Huc pertinet, quod dicitur de votis, nulla conditione ea rumpere oportere, quæ ſine

Vna fides omnibus adſit.

Diſt. inter fideles & infideles.

Contra votum quod Deo factũ eſt, nemini contrauenire licet.

ſine vlla conditione vouerunt. can. fin.32.qu. 8. Contra votum enim quod Deo factum eſt, venire nemini licet. c.ſuper eo.de reg. & tranſ.ad relig. Ad cuius rei probationem infiniti propè textus in iure cano.poſſent allegari,ſed hic celebriores annotaſſe ſufficiet. Iuuat igitur c. ſicut ex literis.de iureiur. can.vna ſola.cum aliis ſequ.30.q.5. & multi alij ſub tit.de voto & voti red. Si viduæ quæ fidem ſuam irritam fecerunt ab Apoſtolo condemnantur,quantò magis virgines, quæ pactionis ſuæ fidem minimè ſeruauerunt? Atque idcircò à Chriſtianorum communione repelluntur. can.1. can.hæ verò.27.q. 1.Aut verò ad votiuæ fidei obſeruantiam compelluntur.c.ex parte.de conuer.coniug.Quòd ſi melior adſit ratiò, de fide mentita & voto violato congrua ſatisfactio indicatur. c. veniens. c.rurſus.qui cler.vel vouen.mat.cont.poſſ. Votum porro intelligitur de eo quod in cuiuſque poteſtate conſiſtit. c.quidam. de conuer.coniu. Neque enim Deus exigit ſi quis ex alieno vouerit,ſed potius vetat vſurpare alienum.d.can. vna ſola. Multa quoque alia de voto poſſent huc referri, quæ conſultò relinquimus, quod ad ſpecialis magis materiæ tractationem ſpectant.Id duntaxat pro coronide videtur adiici: Si inter homines ſolent contractus nulla ratione diſſolui, quantò magis illa pollicitatio, quam cum Deo pepigit,ſolui ſine vindicta non poterit. can.viduas. 27.q.1. Cùm enim quiſque non reddit, quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vouit, tantò magis voti

fraud

fraudati auget iniquitatem, quantò minus habuit vouendi neceſſitatem. can. nuptiarum. in fin.ead.qu. vbi etiam eleganter argumentatur Auguſtinus de coniugio temporali ad ſpiritua-le. Quos itaque Chriſtianæ religioni liberum obtulit arbitrium voluntatis, ſaluti feræ coa-ctionis neceſſitas in eius diligenti obſeruatione contineat.c.cùm virum.c.cum ſimus.de reg. & tranſ.ad rel.c.licet.de vot.& voti red. c.quidam.de apoſt.

CAP. II.

Fides bona in omnibus neceſſaria eſt.] l. bonæ fidei.110.de verb.ſign.l.2.in fin. de admi.rer.ad ciuit.pert.l.bonam fidem.C.de actio.& obl.Conſideratur autem maximè in facti vel iuris ignorantia.l.nemo.169. l.qui authore, 180. de reg.iur. Quin & eo amplius omnes conuentiones ad bonam fidem tanquàm cynoſuram reſpiciunt. l.ab emptione. de pact. l.qui proprio.§.procurator. de proc. l.bona fides.depoſiti. Verbis quoque fideicommiſſi bona fides ineſt.l.Titius rogatus.ad Trebell.Item tantùm præſtat bona fides poſſidenti, quantùm veritas lege non impediente.l.bona fides.179.de reg.iu. §.ſed iſtæ. Inſt.de act.& tot.tit. de publ.in rem actio. Nam & in vſucapionibus,præſcriptionibus,& aliis contractibus pro veritate habetur, tanquàm ſi res eſſet bene geſta.l.igitur.§.poteſt de lib.cau. Et à dolo vel peccato excuſat. l. qui in alterius.43. l.non poteſt. 100. l.qui in ius.138. *Ampl. & par.ap.reg.*

§.vlt

§.vlt. l.nihil.172.de reg.iur. c.cum quis. 14.eod. tit.in 6. Sciendum eſt autem hanc bonæ fidei appellationem latiſſimè patere magnúmque rebus actis vel agendis momentum addere, vt refert Cicer.lib.3.Offic. Item aliquando fraudi opponitur. l.3.in fin. pro ſoc. l.tenetur. §.vlt.de actio.empt.l.2. C.de furt. Interdum & ſæpius ſtricto iuri.§.actionem. §.præterea. Inſt.de act. l.quidquid.de verb.obl. Vnde tantundem præſtat officium iudicis in bonæ fidei iudiciis, quantùm in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. l.quia tantumdem.de nego. geſt. Si de ſtricto iure loquamur, iuris ignorantia neminem excuſat. l. bene à Zenone. C. de præſcr.30. vel 40.ann. l.error. C. de iur.& fact. igno. Sed hoc intelligitur de eo iure, quod omnibus etiam ruſticis notum eſſe poteſt: de bona fide ſecus, vt ampliùs tractaui s.in tit.de ſcientia & ignor. c.3. Licet qui ſcienter contra iura contraxit, non præſumatur eſſe bonæ fidei. cap. qui contra.82.de regul.iur. in 6. Multi autem errant in formula bonæ fidei, non diſtinguentes ex æquo & bono à ſtrictis. l.ſi ſeruum. §.ſequitur.de ver.ob. Differentia in eô maximè ſtatuitur, quod ſtricto iure nihil venit in condemnationem, niſi expreſſum fuerit ipſa conuentione. d. l. quidquid. Secus in bonæ fidei iudiciis. Nam conſenſus ſuſtinet iudicia bonæ fidei. l.nihil conſenſui.117. de reg.iur. l. datio. §.1. de actio.empt. De his etiam vide quid Doctores late ſcripſerunt in d. l.quidquid. & §.actionum. Bonæ fidei etiam non congruit de apicibus

Bona fides quomodo conſideretur, et quid operetur.

differentia bonæ fidei & ſtricti iuris.

bus iuris diſputare, ſed hoc tantùm quærere, debeat, necne. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. manda. l. ita vulneratus. in fin. ad leg. Aquil. Bona fides non ad tractum medij temporis, ſed ad initium refertur quoad præſcriptionem ſecundum ius ciuile: non autem ſecundùm canonicum: quo vtrumque tempus debet conſiderari. l. ſi de eo fundo. §. ſeruum tuum. de acquir. poſſ. can. placuit. 16. q. 3. cap. quoniam. de præſcript. Item in contractu emptionis. l. ſi aliena. in prin. & ibi gl. de vſuc. Sed hæc quæſtio altiorem requirit diſceptationem, de qua vide quæ tradunt Dyn. & alij in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. & c. vigilanti. & c. fin. de præſcr. *Limit. reg.*

Nemo verò prohibendus eſt bonam fidem agnoſcere. l. quoties. §. ſicut. in fin. de adm. tut. Item: improbus eſt ille qui vult iterum conſequi quod accepit. l. ſi quis dolo. §. 1. de re iudic. l. bona fides. 58. de reg. iur. Item malæ fidei poſſeſſor non videtur poſſidere. l. ſi ſeruus teſtamento. de ſtip. ſeruor. Multæ quoque ſubregulæ quoad bonam fidem ponuntur à Riſuicio & Viuieno, quas prout cuique per otium licuerit, operæ pretium erit videre. Item quod fidem frangere non liceat, vide amplè tractatum ſ. tit. de conuentio. c. 2. quia nobis viſum eſt illi titulo conuenientius adſcribi. *Subregulæ & notabil.*

CAP. III.

Nimia credulitas repræhenditur.] l. pr. circa fin. princip. de eo per quem fact. erit. l. ac

l.accuſationis. C.de accu. c.quod ſuper his. de fide inſtr. Non eſt leuiter credendum de alterius detrectatione ſiue accuſatione,ſed res omnis diligenter inueſtiganda eſt, nec præcipitatione quicquam agatur. can. ſi quid vero. diſt. 86. can.Deus omnipotens. 2.q.1. can.nullum.in 2.30.q.5.c.vn.in prin.de pœn.in extra.commun. Nec quæ probari non poſſunt, credere oportet.can.in cunctis.11.quæ.3. Nec ſolùm ille reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed etiam is qui aurem citò criminibus præbet.can.non ſolum. ead.qu. Innocens autem ignorans quid noceat credit facilè: & ſi circunſcribitur ab aliquo,de omnibus tamen iudicat, qui fidem eſſe in omnibus arbitratur,vnde non vituperanda facilitas,ſed laudanda bonitas. can.innocens.22.q.4. Non debet quis inimicis capitalibus ſeipſum credere. c.accedens.vt lit.non conteſt. At verò tutores, curatores & adminiſtratores rerum alienarum tenentur iurare de calumnia, quia licet veræ cauſæ natura alia forſitan eſt, tamen de eo quod quiſque credit iurare debet. Scitè traditur in l.2. §.obſeruari.in fin. C. de iureiur. propt.calumn. Item ſoli dicto creditur alicuius ſi ſe feciſſe dixerit.l.nondum.C.de teſtibus. Hoc ita verum eſt quoad eius præiudicium, non ad alium obligandum. arg.l.rationes. C.de prob.vel niſi ſit odioſum aut incertum. l.Titia. de lega.2. Et ita explicat cum multis iuribus & diſtinctionibus Azo.Rub.95.

Paraphr. reg.per diuerſa the.

Except.& diſtinctio.

CAP

CAP. IIII.

MAieſtati diuinæ congruit, vt ſacerdotes ſacris dent operam, etiam derelictis quibuſcunque muneribus.] l. non diſtinguemus.§.ſacerdotio.de recept.arb.§.1. & toto fere tit. Auth.quom.opor,epiſc. col.1. Curandum eſt enim præcipuè, vt opus Dei ſanctè ac dignè perficiatur ab eo cui committitur.c.2.de of.archip. Itaq; non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis. c.ſi nulla.de conſec.diſt.4.Sacerdotes,quia diſcedere à religione non poſſunt munerum ciuilium vacationem obtinent.l.Prætor.de vac.& exc.mu. ſicuti ſ.latius oſtendi in tit.de ſtatu.c.3.multáque alia de ſacerdotib. & clericis rei diuinæ adſcriptis agitata ſunt. Sed nunc iam rem inceptam nempe de pietate peragamus.Quin & prędia vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata ſordidorum munerum fece non vexentur, neque aliis ſubiaceant functionibus præter canonicam illationem quam aduentitiæ neceſſitatis ſarcina popoſcerit,vt elegãter chriſtiani Impp. reſcripſerunt. l.placet. l.ſancimus. C.de ſacroſ. ec.Repetitum in c.placet.16.q.1. Et generaliter ſemel Deo conſecratum profanis vſibus applicari non debet.cap.ſemel.de reg.iuris.in 6. can. ligna.de conſec.diſt.1. cap.3. de rer.permut.cap. conqueſtus.de foro com. c.quamuis. de decim. c.ad hæc.de relig.dom.c.1.de ſchiſm. cap.vn.de reb.eccle.non alien. in extra.commun. cap.vn. de furt.in extra.com.Hoc perſonant multæ alij textus in iure canonico. Ratio:quia cum ſemel iuris

Ratio.

Paraphr. reg.multis exempl.& text.ornat.

iuris diuini facta ſunt extra commercium eſſe cœperunt.§.ſacræ.Inſt.de rer.diuiſ.Sicut etiam ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum. Pulchra conſtitutio Leonis & Authemij Impp. in l.iubemus.in 2.C.de ſacroſ.ec.c.nulli.de reb. ec.non al.c.3.de pign. c.inquirendum.de pecul.

exceptiones cle.c.dudum.de decim. At verò certis de cauſis res eccleſiæ in alios vſus quam ſacros & diuinos transferri poſſunt.c.2.& tot.ferè tit.de reb. ec.non al.in antiq.Item propter vtilitatem eccleſiæ,aut alia rationabili cauſa,vt not.in c.1.3. & 4.& tot.ferè tit.de rer.perm. Item res eccleſiæ abſque ſolennitate alienari non poſſunt, vt latè declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus per Soc.in reg.168. Fallit etiam illud propter delictum conſecratorum. can.ex antiquis.diſt.54.vt amplius probat Damaſ.reg.88.

Intellectus et ampliationes reg. Eccleſia ſemper minoris vice fungitur. cap. pr.cap.auditis.de reſtitution.in integrum. cum multis ampliationibus & reſtrictionibus declarat Duenna regul.219. Multæ quoque immunitates piis cauſis tribuuntur. Cur enim non competens prærogatiua cœleſti fauori conſeruetur?l.ſancimus.in 2.§.fin.C. de ſacroſ. eccleſ. Religionis cauſa collegia permittantur, quæ non alias. l.pr. de colleg. & corp. illicitis. item pietatis intuitu diſpenſatur de iure communi. can.tanta nequitia.& ſeq.1.q.1. Quomodo item oporteat Deum plus quàm ſe diligere, docetur in can.charitas.in 2.de pœnit.diſtin.2. Videat donator ne donationem maximè in pias

cauſas

cauſas collatam reuocare tentet, ne impietatis notam incurrat pœnáſque nō ſolum legitimas, ſed etiam cœleſtes expectet. l. ſi quis argētum. §. ſin autem. & ibi gl. C. de donat. Omnibus in rebus propoſitum nobis eſt ea in amplificationem & incrementum conferre, quæ vſibus piis adſignata ſunt. Sic enim omnes qui animorum ſuorum ſalutis cauſa aliquid facere voluerint, promptius ac libentius dabunt, cùm abs ſe erogata bene diſpertitum iri exiſtimabunt. l. nos ſemper. verſ. omnibus. C. de epi. & cler.

De eccleſia templo manufacto.

Templa item & loca cultui diuino deſtinata maximo nobis ſunt honori. cap. 2. de immun. eccle. in 6. Si enim Iudæi qui vmbræ deſeruiebant, hoc faciebant, multo magis nos quibus veritas patefacta & gratia per Ieſum Chriſtū data eſt, templa domino ædificare & ornare, eáque diuinis præcibus & ſanctis vnctionibus ſuis cum altarib. vaſis veſtib. & reliquis ad diuinum cultum explendum vtenſilib. deuotè & ſolenniter ſacrare, & non in aliis quàm in domino ſacratis ab epiſcopis Miſſás celebrare & ſacrificia Deo offerre debemus: vt notabiliter dicitur in c. 1. de conſe. diſt. 1. Serenitatis imperatoriç vndique ad hunc exitū prouidentia ducit, vt omnipotentis Dei templa (in quib. noſtræ fidei inſtituta perdurant) cultu aſſiduo per omnia ſecula rediuiua ſeruētur. l. ſi qui orthodoxæ. C. de hęret. Eccleſia quę eſt obſequiis diuinis dicata, nullis eſt auſib. temerariis prophananda, nec etiam ibi cauſæ maximè criminales agitari. Abſurdum enim eſt & crudele ibi iudi-

cium ſanguinis exerceri, vbi eſt tutela refugij conſtituta.c.cum eccleſia.c.eccleſiæ.de immu.eccleſ.Item nec eccleſiaſticum perturbetur aut vilipendatur officium in diuinæ maieſtatis offenſam.c.1.de celeb.miſſ.in clem.vbi multa de honore eccleſiæ, & rebus diuinis debitis tractantur. Eccleſiæ libertas non debet lædi aut minui,ſed miniſtri eccleſię in plenitudine iuris ſui & libertatis integritate lætetur ac deteſtabilis malignorum audacia & inſolentium nefaria temeritas contra eas molientium propulſetur.c.1.de immu.eccl.in 6.Sint autem quę diuinum poſſunt turbare officium aut oculos diuinæ maieſtatis offendere(quæ latiùs ibi enarrantur)ab ipſis prorſus extranea,ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda,ibi peccandi detur occaſio,aut deprehendantur peccata committi.d.ca.2.§.ceſſent.eod.ti. Non debemus etiam plus fauere perſonę quam eccleſię cuius ius ſede vacante conſeruari debet.cap.1.ne ſede vac.

Intellectus regulæ.

CAP. V.

Rationes.

MAgis religione, quam officiis & laboribus corporis reſpublica continetur.] Diuina eſt ſententia Conſtantini & Conſtantij Impp.recitata in can.in qualibet.23.q.8.Ratio enim eſt ſumma quæ pro religione facit.l.ſunt perſonæ.de relig.& ſumpt.fun. Huc pertinent propè infinita quę priſci authores tam de Ægyptiis Chaldæis, Gallis, Græcis, & aliis regionibus quantùm ad religionem longè latéq; ſcripſerunt. Sed ne ab illis, quæ magis ſeria & in promptu habemus,mutuemur,ſciendum eſt

Ratio.

pro

pro ratione huius regulæ cũ largita à Deo munera ad nominis ſui gloriam conſtet reuocari, tantò largiora eum impertiri, quanto per ipſa religionis ſuæ dignitatem viderit ampliari. ca. ſicut excellentiam.23.q. 4. Curandum igitur erit, ne ſtatus eccleſiæ debitus & antiquus per inſolentiam alicuius ſubuertatur.cap.2.de ſupplenda neglig.præl. Cum plantare ſacram religionem & plantatam fouere modis omnibus debeamus, inquit Alexander Papa, nuſquam hoc melius exequimur, quam ſi nutrire ea quæ recta ſunt & corrigere quæ profectum virtutis impediunt,commiſſa nobis authoritate curemus.c.3.de priuil.& exceſſ.priu.Quod in religionem diuinam committitur in omnium fertur iniuriam.l.Manichæos.C.de hæret.ca.cum ſecundum leges. cã. vergentis.cum gloſſ.ſuper verbo grauis eod.tit.in antiq.Qui autem diuinæ legis ſanctitatem aut neſciendo omittunt, aut negligendo violant, ſacrilegium committunt.l.1.C.de crimine ſacril.

Paraphraſes regulæ variis exẽplis & iuribus illuſtratæ.

Religio autem ſiue pietatis obſeruantia erga Deum vna eſſe inter omnes debet, eáque quæ a Diuo Petro Apoſtolo tradita in ſacri Codice Euangelij continetur atque per manus ab eius ſucceſſoribus nobis demandata eſt: Cæteræ omnes de Deo opiniones, vt dementium & errantiũ reiiciuntur ſicuti ample tractatur in l.1.2.& ſeq.C.de ſum.trin.& fid.cath.Pax enim eccleſiæ eſt religionis vnitas & ſumma imperia conſeruat.l.inter claras. l.nos reddentes.C.illo tit. Vna eſt itaque fidelium vniuerſalis eccleſia

Intellectus regulæ. Religionis Chriſtianæ vnitas.

extra quam nullus omnino ſaluatur. ca.1.§.vna vero.cap.2.eod.tit.in antiq.cap.vn.circa fin. de exceſ.præl.in clem.ca.1.de ſen.excom. in clem. c.1.de maior.&obed.in extra.comm.Ita autem intelligitur: fideles in Chriſto non ſunt vnum, id eſt, quædam vna res quæ communis ſit omnibus, ſed ſunt vnum hoc modo,id eſt,vna eccleſia propter Catholicę fidei vnitatem:vt circa hanc ſententiam eleganter ſuſtinetur Lombardus aduerſus abbatem Ioachim in d.cap. 2. de ſumma Trin.Exordium ab vnitate profectū eſt, vt eccleſia Chriſti vna eſſe monſtretur, dicente Domino: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*.Quod fuſius declaratur in c.loquitur.& ſeq.24.q.1. Inde in ſede apoſtolica (quæ etiam contra omnes hęreticos Romana interpretatur) extra maculā ſemper eſt catholica ſeruata religio,inquit Euſeb. in can.in ſede.ead.q.

Exceptio ſupradictæ reg. de vnitate f.dei. Verum enimuerò Angeli infernales conati ſunt à principio ruinæ ſuæ vnitatem eccleſiæ reſcindere. can. viſis literis.16.quæ.2.Sicut autem veſtimentum domini ſciſſum non eſt, ſed de eo ſortiti ſunt,ita nec eccleſia ſcindi debet, quia in vnitate tota conſiſtit. can. ſicut.16.q.7. Et facientes ſciſſuras in eccleſia Dei aut ſe ſeparantes, altare nouum videntur conſtituere, & corpus Chriſti lacerare, ideóque omnibus modis per publicas poteſtates coërceri debēt, atque ad vnitatem fidei & religionis deduci. can.de Ligurib.23.qu.5.Cæterum hac de re immenſum eſſet omnia iura & canones quę mention

tionem faciunt producere,magiſque ad Theologos,quā ad inſtituti noſtri rationē pertinet.

CAP. VI.

QVod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt,ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum.] ca. conſuluiſti. 2.q.5.cap.inter corporalia.de tranſl.epiſ. Ratio eſt,ne ſub pietatis imagine virus hæreticæ prauitatis obrepat, & ſub prætextu cōuerſationis angelicæ incautis mentibus ſpiritus malignus illudat : vt eleganter docetur exemplis in cap. vn.de relig. dom. in extrau.cum ſuperſtitio religionem imitetur,vt Cic.refert lib.de Partitio oratoria.Deponat errorē qui conſcientiam habet nimis ſcrupuloſam:nempè cum quidam tenui religione ſacramenta neceſſaria & legitima exhibere contemnunt: tenuem religionem vocamus,quæ in talibus hæſitat,vbi non eſt aliquatenus hęſitandum.c.etſi quæſtiones.c.per tuas.de ſimonia.Execranda eſt ſuperſtitio ligaturarum in quibus etiam in aures virorum in ſummis ex vna parte auriculis ſuſpenſæ deputantur : non ad placendum hominibus, ſed ad ſeruiendum dæmonibus adhibetur.can.fucare. de conſec. diſt. 5. Multa quoque alia de ſuperſtitione vitanda cōſulto prætermittimus,quòd ad Theologos magis ſpectent. Vide Coſtanum ſuper tit.de ſponſ.& mat. & Bodinum in lib.de Dæmonomania. Hic dunxaxat adiiciam, quod ſuperſtitioſum in humana natura pulchrè oſtēdit Auguſtinus & variis exemplis cōfutat, atque concludit omnes artes nugatorias ſiue no-

Ratio.

Paraphraſes regulæ cum multis iuribus & exemplis.

Intellectus regulæ.

xiæ ſuperſtitionis indagationes & obſeruationes tanquàm ex peſtifera quadam ſocietate hominum & dæmonum quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta & paganiſmum redolentes fugiendas & explodendas eſſe. can.illud.26.q.2.ca.non obſeruetis.& can.ſeq.26.q.7.

In Titulum de Charitate, Amicitia, & Fauore.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cōtinuatio.

D*Væ ſunt columnæ aut verius fundamēta doctrinæ Chriſtianæ: pietas, quæ Deo debetur, & charitas quæ hominibus, vt docet* IESVS CHRISTVS *in Euangelio Matthæi:* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum ſicut teipſum. *Cum itaque de priori tractauerimus nunc ſupereſt de charitate videre, quæ à Petro & Paulo apoſtolis mirum in modum in ſuis epiſtolis cōmendatur. Ex hoc teſtimonio Chriſti apparet duo eſſe exercitia & functiones charitatis: Erga ſeipſum & proximum. Ipſe ſe quiſque diligit, non vt aliquam à ſe exigat mercedem charitatis ſuæ quæ ab illo* [illegible] *poteſt, ſed quod per ſe à natura ſibi quiſque charus exiſtat, vt diſertè ſcribit Cicero in Dialogo de amicitia. Proximum autem* [illegible] *es & imago noſtra, authore Platone* [illegible]*, & cui beneuoli aut grati, nobiſmetipſis* [illegible] *eſſe credimur. Quod præcipue inter Chriſtianos locum ſibi vendicat: non enim tantum (vt Pythagorici tenuerūt) ob ſummam animorum* con

Duo ſunt fundamenta doctrinę Chriſtianę pietas & charitas.

Duo item exercitia charitatis erga ſe ipſum & erga proximum.

coniunctionem vnam habemus animam in diuerſis corporibus, quin imò & reuerà vnum quoque ſumus corpus in Christo, quicunque ſumus Chriſti corporis participes. Iſtud eleganter comprobat Ioannes Philonius lib.Chriſtia.inſt. ſecundo c.10. vbi & multa alia de amicitia diſſerit, quæ eſt propria ſpecies charitatis. Eſt enim amicitia omnium diuinarum humanarúmque rerum cum beneuolẽtia & charitate coniunctio. Quæ definitio traditur in eodẽ Dialogo, & cæteris aliis magis propria eſt & conueniens. At vero ſicut nihil tàm contrarium eſt charitati quàm inuidia, vt appoſitè docet Vlpianus in l.cæterum. de vſu & hab. Ita nec amicitiæ, quã detrectatio & adulatio: quod rectè demõſtrat vulgatum illud Diogenis Cynici apopthegma, qui dicere ſolebat nullã inter agreſtes & feras beſtias eſſe peiorem leone, inter cicures homine adulatore. Succedit nouiſſime de fauore & odio tractatio: nã hi propinqui ſunt effectus amicitiæ & inimicitiæ, atque inuicem ita ſunt ſeiuncti, vt quemadmodum j. docebimus, vnus fauor ad eiuſdem odium pertrahi nequeat.

Amicitia ſpecies charitatis.

Amicitiæ definitio ex Platone.

De fauore & odio.

De Charitate, Amicitia, & Fauore, Tit. iij.

CAP. I.

CHaritas bene ordinata incipit à ſeipſo.] l.præſes.C. de ſeru.& aqua.c.nõ ſatis.diſt. 47.c.dilecto.de præb.& dig. Notant interpretes in §.fi.inſt.de vulg.c.1.de ſupp.neg.præl.

in 6.can.quieſcamus.diſt.42. gl. in c.bonæ memoriæ.in verbo communem de poſt. præl.can. qui vult.de pœni. diſt.3.c.niſi ſpecialis de auth. & vſu pallij.Ratio eſt,nam quæcũque gerimus ex noſtra perſona initium obligationis ſumere debent.l.quæcunque.de action.& obl.Vnde in dubio præſumitur quis potius ſibi quàm alteri ſtipulari.l.ſtipulatio iſta.§.ſicut.& §. ſi quis ita. de verb. ob. Non debet quis alienas ſucceſſiones propriis anteponere.l.cum acutiſſimi.C.de fideic. Corpus noſtrum quia pars noſtri eſt ad hoc diligimus, vt ſaluti eius ac fragilitati naturaliter conſulamus & agamus, quatenus ſpiritui ordinatè ſubiectum ad æternã ſalutem accepta immortalitate & incorruptione perueniat.can.charitas.in 2.de pœnit.diſt.2. ſi aliorũ iura intacta ſeruamus, multò fortius pro noſtris & eccleſiæ iuribus & honoribus conſeruandis partes noſtras tenemur impendere, inquit Pontifex,in c.vn.ne ſede vacante in extr.

Ratio.

Paraphraſes regulæ multis rationib. & iurib.comprobatæ.

Enarratio regulæ per antithetac

Ex diuerſo autem qui ſibi eſt nequam, nequaquam bonus aliis eſſe poteſt. cap. vn. verſ. tertio quantum ad ſe.de pœn.in extra.commu. Si quis in re ſua & familiari fidelis nõ eſt,quomodo in aliena ſollicitam cũram exhibebit?ca. ſicut hi circa fin.diſt.47. Cauendum ne ius noſtrum negligere videamur, qui alios in ſua iuſtitia fouemus. cap. 3. de ſupp. negl. præl. Nemini quoque dicendum eſt,quę contra te ſunt, vel propria inſtrumẽta in tui pręiudicium proferre debes.c.1.de proba. Non mirum,ait Ambroſius hæreticis, ſi ſalutem negatis aliis qui

veſt

veſtram recuſatis. can. is poteſtatis. de pœnit. diſt. pr. Nihil non in alium eſt auſurus, qui aduerſum ſe aliquid mali perpetrat. l. cum autem.§.malus ſeruus.de ædil.edicto. Nec etiam auditur perire volens. l.non tãtùm.de accuſat. l.pr.§.ſi quis vltrò.de quæſt. Honor ei non ſeruatur qui ſe in ſceleratam vitam deduxit, ſibíque ipſi vim intulit.l.Senatoris. & ibi Gloſſ.de ritu nupt.l.4.§. qui filium. de re mil. l. ſed & ſi quis.§.non eorum.de iniuſto rupto.l. ſi miniſte rio.C.de lib.cauſa. Cur homo qui nihil mali fecit,ſe ipſum interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, & in ſe perpetret peccatũ proprium,ne in e o perpetretur alienum?can.ſi non licet.23.quæſt.5. Mandatum illud diligendi proximum à ſemet ipſo dominus accepit, ideóq; nemini licet propria manu perire. can. non eſt noſtrum. & per totam eandem quæſt. Quinimò punitur qui ſibi vim intulit, licet nõ perpetrarit: qui enim ſibi non pepercit, multò minus aliis parcet.l.fin. de bonis eorum qui ſibi mortem.

At verò licet ſeruo in caput ſuum naturaliter ſæuire.l.peculium in 2.§.ſi ipſe ſeruus.de peculio.ſed ad publicum exemplum punitur. Itẽ quoties ſerui dominis auxilium ferre poſſunt, non debent eorum ſaluti propriam anteponere.l.pr.§.hoc autẽ Senatuſconſultum.Ad S.C. Sylla.vbi pulchra eius rei traduntur exempla & à Valerio lib.6.cap.8. *Exceptiones regulæ*

CAP. II.

INtereſt hominis hominẽ beneficio afficere.] l.ſeruus

l.ſeruus ea lege. de ſer. expor. l.1. C. de reuoc. don.l.in creditore.de euict.l.1.§.idem aiunt.de aqua plu.arcenda.

Rationes.

Sicut enim radix omnium malorum eſt cupiditas, ita radix omnium bonorum eſt charitas & dilectio proximi.can. quia radix. de pœnit.diſt.2. Item charitas eſt maximum donum Spiritus ſancti, ſine quo non valent ad ſalutẽ, quæcunque alia ſancta fuerint in homine.can. quomodo.de conſecr.diſt.4.Et iſtud maximè in Chriſtiana vita cõmendatur.l.1. C.de epiſ.aud.

Paraphraſes regulæ multis exẽplis cõprobatæ.

Ampliationes.

Maximè verò in prælato & ſuperiore, oportet epiſcopum omnium fidelium animos parẽtis charitate & beneuolentia pari comprehẽdere.l.nos ſemper.C.de epiſc.& cler. Viri quoque eccleſiaſtici mutua ſe charitate diligant, & alter alterius onera portet. cap.2.de treuga & pace in extra.commu.Non enim in ſublimitate gradum,ſed in amplitudine charitatis acquiritur Regnum Dei. cap. ad aures. de temp. ord. Decet prælatum præſertim pro ouibus ſuis animam ponere: & ſi non omnibus poteſt proficere, tamen multis. cap. niſi de renuntia. Deum videtur tentare ſi habet homo quod faciat, & ſuæ aliorúmque ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet.can.ſi nulla.23.qu.5.Scipio Africanus quotidie in forum deſcendebat,nec inde ſe domum antè recipiebat, quàm aliquem ſibi beneficio obnoxium feciſſet, vt ſcribit Polybius. Proximos ſic nos diligimus, cùm non propter aliquas vtilitates aut propter aliqua beneficia

Eximium decus Scip. Afric.

ſper

ſperanda vel accepta, non propter affinitates aut conſanguinitates, ſed propter hoc tantùm quod noſtræ naturæ ſint participes, eis benefacimus. can. charitas in 2. De pœnit. diſt. 2. Atque in prohibendis propinquorum nuptiis habita eſt ratio charitatis, vt homines, quibus eſſet vtilis atque honeſtiſſima concordia diuerſarum neceſſitudinum vinculis necterentur: nec vnus in vno multas haberet neceſſitudines, ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos, ac ſic ad ſocialem vitam colligendam pluri mç plurimos obtinerent, per quæ numeroſiùs charitas porrigeretur: quod a primo mũdi ortu non potuit fieri, vt elegãter tradit Auguſtinus in can. cùm igitur. 35. qu. pr. Charitas eſt fons proprius cui non communicat alienus. cap. licet quibuſdam. in fine de regul. & tranſ. ad relig.

Porrò tria eſſe genera charitatis nemo eſt, qui ignoret: Erga ſe, parentes ſeu propinquos, & patriam, vt ſcripſit Cicero. lib. 1. Offic. *Tria genera charitatis. Erga ſe, parẽtes ſeu propinquos, & patriam.*

Non tamen minùs Reip. vel patriæ, quàm parentibus debemus. l. pt. §. & generaliter. de ventre in poſſ. mitt. l. 3. §. quod pater. de mun. & hon. l. poſtliminium. §. transfugæ. & §. filius. de capt. & poſt. reuer. De charitate item vide multa notatu digniſſima, quæ pertractantur in titulo de pœnitentia. diſt. 2. quæ hic ideò omittimus, quòd ad Theologos magis ſpectant. Sed inter cætera illud menti tenendum eſt, quod traditur in can. charitas in pr. & 2. eadem diſt. & in can. 1 de pœn. diſt. 3. Charitas ſemel habita & perfecta nunquam amittitur. Sed exordia *Notabilia* *Charitas nunquam amittitur.*

char

charitatis in nobis enutriuntur,vt creſcant,& conculcantur,vt deficiant:idcircò ſicut in aliis virtutibus multi ſunt gradus charitatis. can. charitas eſt aqua,& ſeq.de pœnit. diſt. 2.Charitas autem in quibuſdam eſt perfecta, in aliis imperfecta : perfectiſſima verò in hac vita haberi non poteſt. can. charitas in quibuſdam. eadem diſt.Item in officiis charitatis primo loco illis tenemur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe,cap.cum in officiis. de teſtam. Nam qui beneficium accipit, naturaliter ad ἀντίδωρα tenetur. vulgata l. ſed & ſi lege.§.conſuluit.de petit.her.§.pr.Auth.de nō elig.ſecundo nub. coll.1.Notatur in l.pr.l. hoc iure.l.ſi pater.§.vlt.de donat.Inter opera charitatis non minimum eſt errantem ab erroris ſui ſemita reuocare, cap.inter opera. de ſponſ. & mat.Naufragium etiam patientibus auxilio eſſe ſecundùm regulam fidei tenemur. cap.3.de rapto.

Charitas perfecta, imperfecta & perfectiſſima.

Antitheton.

E contrario maxima eſt pœna inter homines verſari,& eorum carere ſuffragio.l.3. C. de apoſtatis.

Ampliationes & exceptiones.

Adeò ſane commendatur officium charitatis,vt liceat etiam inuito vel ignorante domino,multò magis abſente augere ius alienum. l. ſoluendo,de neg. geſt.§.1.Inſt.de autho.tut. Licet cuilibet ſuo vicino vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum impertiri auxilium: Imò ſi poteſt & negligit, videtur iniuriantem fouere, & culpæ particeps eſſe. cap. dilecto.de ſen.exc.in 6.

At

At verò contumelioſis hominibus immunitatis beneficium præſtari non debet, quos lex ipſa damnat.l.curiales.C.de hęret.Item aliquãdo benefacta dilectionem procreant, interdũ odium pariunt.§.optimum.ver.ſic enim.Auth. de non eli.ſecundò nub. Item mercimonio cõtracto pietatis, id eſt charitatis officium læditur.l.fin.circa fi.C.de infant.expo. Eſt enim eo caſu miſera redemptio.l.2.C.de abolit.

CAP. III.

INuidia ab hominum mẽtibus arceri debet.] l.cæterùm. de vſu & hab. l. opus.de op.pub.l. vn. C. de theſauris. lib. 10. Contraria quippe eſt charitati, vt in præfatione huius tituli diximus. Vnde pulchrè exclamat Poëta:

Paraphraſes regulæ multis authoritatibus ſuffultæ.

Inuidioſus ego, non inuidus eſſe laboro: quanquam ego nec inuidus neque inuidioſus eſſe cuperem, propter multas quæ hinc & inde oriuntur malas conſequentias. Item de inuidia Horatius:

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Proprium inuidiæ. Ratio.

Hoc autẽ habet proprium inuidia, vt quos improborum actuum perpetratione deiicere non valet, opinionem eorum falſã ad præſens ſimulãdo dilaceret.can.habet.2. quæſt.5. Nam qui paſſim accuſat, plus inuidiæ quàm charitatis habere cenſetur. can. ſi omnia. 6. quæſt.pr. Dicuntur tres columnæ in eccleſia Dei, Archidiaconus, Archipresbyter, & Cuſtos, qui tamẽ monentur, vt ſimul iuncti officium Dei vno animo prouidè peragant, & non ſit inuidia neq; zelus

zelus inter illos,cap.2.de officio cuſtodis.

CAP. IIII.

MAximum pondus habet amicitia,nec vllo pretio æſtimatur.] l.non eſt. 137. §.vlt.de reg.iuris.l.is qui amicitia.de neg.geſtis.l.3.de donat.inter vir.& vx.l.ſancimus. C.de pœnis.Idem & de amore dicitur.§.illud. Authen. Quib.mod.nat.eff.ſui.coll.6.

Paraphraſes regulæ multis rationibus ſuffultæ.

Amici autẽ ij ſunt parandi, qui non ex quæſtu aut leuibus cauſis, ſed vel affinitate aliiſve honeſtis rationibus nobis ſunt coniuncti. l.latæ.223.§.amicos.de verb.ſign.Cicero lib.3.Off. Qui etiam vult plura cognoſcere de pondere amicitiæ,inuiſat Dialogos Platonis & Ciceronis de Amicitia. Potiſſima igitur inter fratres & amicos eſt concordia.l.de fideicommiſſo.C. de tranſact.§.illud.verſi.quapropter. Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffrag. coll.2. Plutarchus hac de re librum edidit περὶ φιλαδελφίας. Iſocrates dicebat amicitiam conſanguinitate potiorem,quòd hæc ἐκ τῆ ἀναγκῆς,hæc ἐκ τῆ προαιρέσεως procedat.Amicitiæ cauſa receditur à communi diſpoſitione, vt multis declarat Medicæus reg.pr.Item hunc habet effectum,vt amicus pro amico etiam ſine mandato agere, vel alia negotia gerere poſſet : imò & abſque cautione de rato:vt tractat idem Medicæus reg.8.

Comprobatio regulæ per antitheta.

Econtra quod quis non eligit,ſeu optat, nõ diligit, ideò facile contemnit. can.præſens.20. quæſt.3.Nec citò detegendum eſt crimen amici, ne poſteà emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum.can.qui ambulat. 5.quæſt.5.

Aliud

Aliud autem eſt ex charitate aliorum crimina deferre, aliud inſidiando falſa obiicere, vel inſultãdo vera facile exprobrare: nam illud charitatis, hoc impietatis officium continet, vt ibidem dicitur. Inimici ab accuſatione repellũtur, & a teſtimonio, quia eorum calliditate innocentia frequenter opprimi ſolet. Sed fortiùs à iudicio. can. nulli epiſcoporum. can. fin. 3. qu. 5. Quin & cohabitantes inimicis repelluntur ab accuſatione, quia infeſtationes, blaſphemiæ, & mendacij affectio ſolent amicitiæ infeſtare. ca. repellantur. de accuſat. nam amicus vocari meus non poteſt, qui quotidie cum inimicis meis verſatur. l. libertis. §. fin. C. de inoff. teſta. can. 3. 3. quæſt. 5. Gloſſ. in cap. ſi inimicus. diſtin. 45. & cap. cum oporteat. de accuſat. Non tamen qui poſt admonitionem iudicant crimen alicuius vt corrigatur, ſtatim inimici habentur: meliora enim (inquit ſapiens) ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici, meliúſque eſt cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere, vt eleganter probatur in can. pr. & 2. & per totam 5. quæſt. 5.

Verùmenimuerò de facto ſæpe accidit, vt rara ſit inter fratres aut propinquos concordia & amicitia. l. cum pater. §. dulciſſimis. de legat. 2. §. & quod ſæpe Auth. de triente & ſemiſſe. coll. 3. §. ingratitudinem. Auth. de nupt. coll. 4. §. vn. Auth. de iureiur. à mor. præſt. coll. 5. *Exceptio.*

CAP. V.

FAuores ampliari, & odia reſtringi oportet.] l. factum. 198. §. vlt. de reg. iuris. cap. odia

odia.15.ca. in pœnis.49.eod.tit. in 6.l.cum quidam.de lib.& poſth.cap.tua. §. vlt.de decimis. Gratia non debet reddi inutilis vel eius effectus in longius tempus differri, cum diſpendio eius cui facta extitit.c.ſi ſuper gratia.de officio & pot.iud.del.in 6.Literæ ſuper beneficiis obtinẽdis,cum ſint ambitioſæ impetratæ,reſtringi debent. cap. ſi gratioſè.de reſcript.in 6.cap. quoniam c.cum illis. verſ. cum autem. & §.fin. de præb.& dig.in 6.Statutum pœnale reſtringi potiùs conuenit,quàm laxari,cap. ſtatutum.de elect.in 6.Diſpenſationem exorbitantem à iure oportet velut odioſam reſtringi.cap.pr.§.pr. de filiis presb.in 6. Odioſa non comprehendũtur in generali diſpoſitione. d.l.cum quidam.l. ſi vnus.§.pactus.de pactis.ídque ampliùs declarat Medicæus reg.1.in odioſis appellatio patris vel matris ad auum & auiam non extenditur,l. lege Iulia.§.pr.de ritu nupt.

Paraphraſes regulæ cum eius diuerſis authoritatib. & exẽplis.

Limitationes.

At verò aliquando in odioſis expedit interpretationem fieri latiorem, vt notatũ eſt à me ſingulari textu in cap.ſi ciuitas de ſen. ex. in 6. Item ſtatutum pœnale interdum extenſionem recipit,virtute regularũ iuris antiqui. l. ſi quis ſeruo.C.de furtis.

CAP. VI.

Expoſitio primi mẽbri regulę.

QVod fauore alicui conceditur, in odium eius retorqueri non debet, nec econtra.] Exemplum primi membri in l. nulla iuris. de legibus.l.quod fauore. C. illo tit.l.plures.in fine. C. de fide inſtrum. §.hoc quoque à nobis. Inſt.Per quas perſonas. l. Lucius Titius. depoſiti.

ſiti.l.qui in vtero.de ſtatu hom. l.legata inutiliter.de legat.1.cap.quod ob gratiam.61.de regulis iuris.in 6.l.1.§.cauſæ.de Carbon.edicto.l. cum hi. §.ea.de tranſact. l. generaliter.§.in iis autem caſibus.C.de ſec. nupt. l.vn.§. accedit. C.de rei vxor.act.

Ratio eſt.Nam vnus actus non debet producere contrarios effectus, vt ſuprà probatum eſt ſub titulo de Simil. contra. & diuer. capit. 4. Oratio itaque contra aliquem interpretari non debet,quæ ipſius cauſa ſit appoſita.l.in ratione in 2.§.tametſi.circa fin. Ad legem Falcid. Huc pertinet dictum Vlpiani in l.non tantùm. §.ſi emancipatus.de bon.poſſ.contra Tab. *Reſciſſio*, inquit, *quo magis admittitur, non quo minùs adhibetur.* Quod pro compendio litium introductum eſt, non debet in aduerſariam figuram transformari.l.fin.§.fin.C.de iureiur.prop. cal.dando.Cauendum eſt ne vnius eleemoſyna alterius peccatum fiat.can.iniuſtum.12. q.2.Indignum credimus noſtris fore temporibus (inquit Pontifex) vt quibus nos & eccleſia ipſa exuberamus in gratiis,deficiamus in donis,névè ſcriptura reddat onuſtum, quod liberalitas fecerat gratioſum. cap. vn. in prin.de ſen.exc. in extra. Hanc regulam ampliùs tractat cum diſtinctionibus & ſolutionibus contrariorum. Azo in Rub.13.Item Riſuicius & Viuienus noui regularum compilatores, qui etiam multas ſubregulas ad hanc nonnihil facientes ediderũt. Multò autem magis pœna digni ſunt,quibus quamplurimùm honoris delatum eſt,velut

Ratio.

Enarratio regulæ per varia ſchemata.

O presb

presbyteris, ſi in eis occultè crimẽ inueniatur. l.presbyteri. C. de epiſ.& clericis. De hoc vide quæ ampliùs tractaui ſuprà titulo de dominio, bonis &c. cap.6. Diſpendium non debet pati, vnde videtur præmiũ cõmeruiſſe.c.2.de fideiuſ.

Expoſitio ſecundi mẽbri. Secundum membrum regulæ probatur l. quoties.§.ſi quis nomen. de her.inſtit.l. relegatorum.§.vlt.de interd.& rel.l. ſiue hereditaria. de neg.geſtis.c.inter corporalia. de tranſlat. epiſc. Quod etiam in odium introductum eſt alicuius, non debet illi proficere, ne tardiùs appellationis fautor ſuo diſpendio (quod per anguſtias contingit temporum) periclitetur, vt apte dicitur in l. 3. in fin. C.de temp.& rep.ap. *exceptiones* Nec ad commodum ei cedat, quod potiùs debet in pœnam eius retorqueri.ca. & ſi neceſſe. de donat.inter vir. & vx. At verò pœna vnius alteri præmium eſſe non debet.l. ſi ſequens. Ad Syllania. Sunt enim diuerſæ perſonæ, & diuerſæ occaſiones. Item quod præmij cauſa veteranis conceſſum eſt, in commodum eorum qui indigni ſunt cedere non debet.l.milites. §.1.de re mil. Item hominũ excreſcente malitia quod prouiſum eſt ad remedium, tendit ad noxam. cap.1.de exception.in 6.

In tit.de liberalitate, dato & accepto.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõmuatio *Sicut radix omnium malorum cupiditas vocatur, ita radix omnium bonorũ eſt charitas, quæ ſimul ambæ eſſe non poſſunt, adeò vt neque altera, niſi*

niſi alia penitus euulſa plantari poſſit, vt inquit Auguſtinus in can. quia radix. De pœnit. diſtinct. 2. Ac demum liberalitate qui vtuntur, beneuolentiam ſibi conciliant, & (quod aptiſſimum eſt ad quietè viuendum) charitatem. Cicero lib. primo de Finibus. Idcircò charitatem proxime inſequitur liberalitas: quæ quidem nihil eſt naturæ hominum accommodatius, ſed habet multas cautiones, vt præclarè notat idem Cicero libro 1. Offic. Maxima autem & præcipua, hæc eſt, vt in libro 2. tradit, non adeò claudi rem familiarem oportere, vt eam benignitas non aperiat, nec item reſerari, vt pateat omnibus. Sunt enim in pecuniarum vſu duo vitia ſeu extrema: quorum alterum in exuperantia poſitum eſt, dicitúrque prodigalitas, alterum in defectione, quæ auaritia nuncupatur. Vſus etiam pecuniarum in ſumptu & largitione conſiſtit: in acceptione verò & cuſtodia magis cernitur poſſeſſio. Quocirca liberalis eſt dare, quibus dandum eſt, non tam vnde accipiendum eſt accipere. Virtutis enim magis proprium eſt beneficia in alios conferre potiùs, quàm ab aliis accipere, & quæ recta & honeſta ſunt facere, quàm flagitioſa & turpia non facere, vt copioſiſſimè & ſubtiliſſimè demõſtrat Ariſt. lib. Ethi. 4. c. 1. Idq́ ipſum latiùs ĩ. probabitur.

Liberalitas.

Liberalitatis effectus

Duo extrema in pecuniarum vſu.

Liberalitas in dando & accipiendo.

Beatius eſt dare, quã accipere.

De Liberalitate, Dato, & Accepto, Tit. iiij.

CAP. I.

NEmo ex propria liberalitate detrimentum ſentiat.] l. & exheredatum. cum l.

ſeq.de re iud.l.ad res donatas.de ædil. edicto.l. ex pollicitatione. de pollicit.l. diuortio. de negotiis geſtis.

Ratio.

Ratio eſt, Eſt enim natura æquum tandiu te liberalitate mea vti, quandiu ego velim: & vt poſſim reuocare, cum mutauero voluntatem. Quapropter precarium ex iure gentium deſcēdit, Vlpianus in l.pr.de precario.

Expoſitio regulæ per multa exempla.

Licet qui ex propria liberalitate vel ſola pollicitatione aliquid promiſerūt, ad implendum ſuæ munificentiæ opus neceſſitate iuris teneātur, tamen ad eius operis ratiocinia non tenētur, neque aliam adhuc inquierudinem ſuſtinent.l.vn.C.de ratiocin.op.pub. Hanc ſibi nobilitas quodammodo legem imponit, vt debere ſe quod ſponte tribuit exiſtimet, & niſi in beneficiis ſuis creuerit, nil ſe putet præſtitiſſe, cap.1.de donat. Eoque liberalius ad dotandum eccleſia manus tuæ munificentiæ aperire debes, quo ad hoc fortius tanquam ex debito teneris.c.cum ſicut.de conſecr.eccl. Cōuenti ex liberalitate vel fauorabili cauſa in id quod facere poſſunt condemnantur, ne ex liberalitate quis inops fiat, aut certè periclitetur, vt dicitur in prædicta l. & exheredatum.in fine cum l.ſeq.Item in l.Nepos Proculo 125. de verb.ſig. l.diuus.29.l.in condemnatione. 134. de reg. iuris.Quod quidem intelligendum eſt de patre,& parentibus tam aſcendentibus quàm deſcendentibus, fratribus, maxima propinquitate vel adfinitate cōiunctis. Ne videlicet ex eo ad extremam egeſtatem deducantur: quod ſanè nimis

mis impium & inhumanum eſſet. l.ſi quis.§. pen.de lib.agno. §.Item ſi de dot. Inſtit.de act. Sed in aliis perſonis id non ita ſtricte obſeruatur. l. ſi extraneus. & ibi notatur. de iure dot. Munificentia eius qui Reip. donauit,certa inſcriptione notatur, & ne nomen in publico poſitum eradatur,valdè curandum eſt,ne reuocẽtur ſimiles in patriam liberalitates. l. legatum. de admin.ret.ad ciuit. pert. l. 2. de operib.pub. Nec debet aliquomodo munificẽtia præcipuè parentum erga liberos retardari. l. 2.C.de bon. quæ lib. Multa autem circa laudes & fructus liberalitatis tum à diuinis literis, tum ab humanioribus deſumi poterunt. Sed illud inter alia à noſtris iuris authoribus annotatur non inuenuſte: Gratia eſt gratis conferenda: nam gratanter recipi poterit,quòd fuerit ſine taxatione gratis oblatum.cap.dilectus. cap.in tantum.de ſimonia. Gloria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere: ignominia ſacerdotis propriis ſtudere diuitiis:Aurum enim habet eccleſia non vt ſeruet, ſed vt eroget in neceſſitatibus,vt eleganter pluribus oſtendit Ambroſius in can.aurum. & can. gloria.12.qu.2. Nec verò prætereundum eſt laudabile exemplum liberalitatis Tyberij iunioris Imperatoris: ſed, quia perpetuo Chriſtianorum ſilici commendandũ eſſe arbitror, nec vulgare illud eſt, hîc adſcribere breuiter decreui: Poſt Iuſtinianum Imp. magnum imperauit Iuſtinianus minor omni auaritiæ deditus, ita vt arcas iuberet ferreas fieri, in quibus ea quæ rapiebat auri talenta

Liberalitatis propria.

Laudabile exemplum Tyberii iunioris Imp.

congregaret. Qui delapſus eſt in Pelagianam hæreſin,& cùm à diuinis aurem cordis auerteret,iuſto Dei iudicio, amiſſo rationis intellectu,amens effectus eſt. Tyberium Cæſarem fecit omnino eius moribus aduerſantem. Nam cùm multa de theſauris quos prædeceſſor aggregauerat,pauperibus largiretur,Sophia Auguſta ſæpiùs increpabat eum,quòd Rempublicam in paupertatem redegiſſet, dicens: Quod ego multis annis congregaui,tu intra paucum tempus prodigè diſpergis. Cui ille reſpondit: Confido in Domino, quia non deerit pecunia fiſco noſtro,tantùm vt pauperes eleemoſynam accipiant,captiui redimantur. Nam hic eſt magnus theſaurus,dicente Domino, *Theſaurizate in cælis,&c.* Idcirco Dominus magnam ei copiam ſubminiſtrauit. Quippe deambulans per palatium vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua erat crux Dominica ſculpta, & ait: Crucem Domini, qua frontem noſtrum & pectora munire debemus,ſub pedibus conculcamus? Et dicto citiùs iuſſit eandem tabulam de foſſa auferri. Qua ſublata inueniunt ſubter & aliam hoc ſignum habentem: ipſam quoque iuſſit auferri. Ea remota repererũt tertiam: deinde inuenerunt magnum theſaurum ſupra millia auri centenaria habentem.Sublatúmq; aurum pauperibus adhuc abundantiùs quàm conſueuerat, largitus eſt. Tandem cum Narſes, patritius Italiæ in domo ſua occultè ciſternam magnam fodiſſet, in qua multa millia centenariorum auri atque argẽti repoſuit,

inter

interfectiſque omnibus conſciis, vni tantummodò hoc per iuramentum commendaſſet, defuncto Narſete prædictus ſenex ad Cæſarem Tyberiũ veniẽs dixit: Si mihi aliquid prodeſt, magnam rem, Cæſar, dicam. Cui ille: dic, ait, quid vis. Proderit enim tibi, ſi quod nobis profuturum eſt narraueris. Theſaurum inquit ſenex, Narſetis reconditum habeo, quod in extremo vitæ poſitus cælare non poſſum. Tunc Tiberius gauiſus miſit ad locum pueros ſuos, qui præcedẽte ſene attentè ciſternam deopertam ingrediuntur, in qua tantum auri & argẽti repertum eſt, vt permultos dies vix a deportantibus poſſet euacuari. Quæ ille penè omnia ſecundùm morem ſuum largè diſpenſauit egenis. Hæc Paulus Diaconus in Tyberio iuniore, lib. 8. Poſtremò non ſatis eſt bene velle, niſi etiam facto ſtudeas benefacere. Nec hoc etiam niſi ex bono fonte. i. bona voluntate procedat. can. fratrẽ. diſt. 86. Verumtamẽ in ipſa liberalitate modus eſt adhibendus & rerũ & perſonarũ: nã perfecta liberalitas ex cauſa, loco, tẽpore, variiſq; circunſtantiis conſideratur. dicto can. fratrẽ. diſt. 88. vbi & per totã illã diſtinctionẽ multa quoque alia de liberalitate notatu digniſſima recenſentur. Item in dandis & accipiendis muneribus tria maximè ſunt attendenda, dantis & accipientis qualitas, quantitas, muneris & donationis tempus, vt totum id ſigillatim explicatur in capit. & ſi quæſtiones. de ſimonia. Item quod diximus inopi propter liberalitatẽ ſubueniri, ita ſane intelligẽdũ

Limitationes & interpretationes regulæ.

In dandis & accipiendis muneribus tria conſiderantur.

eſt, ſi ex ſua promiſſione conueniatur. Nam res ſemel tradita aut ſoluta prætextu inopiæ non poteſt recuperari, niſi à patre propter peculiũ. l.pr.§.Idem Iulia. de lib.leg. l. nam & maritus. de condict. indeb. Item fallit noſtra regula primaria in hæredibus aut aliis ſucceſſoribus, ad quos iſtud priuilegiũ liberalitatis non tranſit, vt infrà exponam in tit. de ſucc. & ſubrog.

CAP. II.

Auaritiam, vt turpem & odioſam, iura execrantur.] l. 4. C. finium regundo. l. fin. C. de iure emphyt. l. fin. §. ſin autem auaritiæ. C. de bon. quæ lib. §. 1. verſ. non enim oportet, Auth. vt determinatus ſit numer. cleri. col. 1. §. vlt. Auth. vt ea quæ vocantur inſinuatiua. coll. 5. Damnabilis eſt quippe inter omnes præcipuè inter clericos auaritia. l. ſi quenquam. C. de epiſc. & cler. can. diaconi ſunt. diſt. 93. can. prædicator. 17. quæſt. 1. can. clericus. 21. qu. 1. c. dudum. de electio. Eſt enim hæc ſacrorum elogiorum vera proclamatio. *Auaritia eſt idolorum ſeruitus, & omnium malorum mater.* §. 1. §. interdicimus. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffra. coll. 2. cap. auaritiæ, de præb. & dig. can. duo ſunt genera. 12. qu. pr. can. ſicut 2. diſt. 47. cap. nam concupiſcentiam. de conſtit. can. cum omnis auaritia. 1. qu. 1. Et fornicationis nomine vocatur ab Auguſtino in can. idololatria. 28. q. 1.

Ratio.

Auaritia demũ ſenſus hebetat humanos, & peruertit opiniones, vt quæſtũ pietatẽ putent, & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ. can. accuſatores vel teſtes 3. quæ. 5. Mens potentiæ auida

Paraphraſes regulæ multis exẽplis & iuribus exornatæ.

auida nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum. can. virum catholicum. & can. ſicut hi. diſt. 47. quo loci & ferè per tot. diſt. auaritia reprehenditur. Effrænata cupiditas eſt ſui æmula, mater litium, materia iurgiorum, quotidie noua litigia generat, vt inquit Gregorius in proœmio Decret. Prodiens velut ex adipe iniquitatis multorum ſceleratorum funeſta cupiditas, eos in perniciem præcipitare conatur, dum ſequi miſerabilem eius ingluuiem ſacietatis neſcientes moderamina non verētur: ipſi etenim turpium lucrorum ſe fæcibus immergentes, ambitioſis nexibus inuoluuntur Dei timorem damnabili cæcitate poſtponunt, & quaſi ambulantes in tenebris, non vitant exordia perſonarũ. c. vn. de crimine falſi in extra. Etſi diuerſos diuerſa delicta coinquinent, ſunt tamen nõnulli, qui propriæ ſalutis immemores, delictis communibus & vulgaribus non contenti ad prophana & vetita prorumpentes ſic damnata cupiditate lucrorum ac inexhauſta eorum voragine deuoluuntur, quod dummodo ſuas ingluuies ad quas inhiant, expleant, ſe lucris illicitis imò iacturis ſpiritualibus temerè immergẽtes, honori Dei & animarũ ſaluti ac ſacrorum canonum & imperialibus edictis & iuribus communibus capturas nefarias & illicitas anteponunt. c. I. de dilat. in extra. comm. Sed & quando illius imperio, cuius omnia ſunt, res factæ ſunt noſtræ, non debemus cõcupiſcere aliena, ſed retinere, ſi quæ facta ſunt noſtra. cap. ſi de reb

rebus.23.q.7. Turpe eſt quoq; commodum pecuniarium præferri vindictæ domus. l.miles.§. ſocer.ad leg.Iul. de adulc. Item ſanctiſſima eſt, vt alibi dixi, iuris ciuilis ſcientia, quæ non debet vllo pretio nũmario æſtimari nec dehoneſtari. Vere enim philoſophantes pecuniam cõtemnunt, cuius retinendæ cupidine fictam adſeuerationem detegunt.l.in honoribus de vac. & excu.mun. Quo fit vt pacta ceſſiones & emptiones litium eò quod ex fonte cupiditatis procedant,reprobãtur.c.plerique.de pact.c.2. de alien.iud.mut.cau.fact. Dignum videtur, vt in eccleſia fructus ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi dũ vendit docendi licentiam, eccleſiaſticum profectum nititur impedire, & decorem admodum eccleſiaſticæ honeſtatis confundit.cap.1.& 2.de magiſtris.

Auaritia maxime punitur. Imò etiam auaritia vindicatur acerrimè. l. ſi quis in ſuo.C.de inoff.teſt.l.vniuerſi C. de vectig.& comm. Maxime autem in iudicib. odioſa & caſtiganda eſt. l. ſolet. de iud.l.4.C.de litig. lib.10.§.1.Auth.vt litigan.iurent.& d.§.1.Aut. vt iudices.vbi & in toto illo ti.paſſim Iuſtinianus Imp.auaritiam præcipue in iudicibus velut omnium peruertricem, & ruinam deteſtatur. Commouet etiam idem Imp. Tribonianum ne vllo modo corrumpi ſe patiatur, néue lucri aut captionis cauſa ad aliquam partem declinet.§.1.Auth.de mand.princ.coll.2.Iudices ſeu cognitores à pecuniis atque patrimoniis manus abſtineant, neque priuatorum iurgium exiſtiment ſuam eſſe prædam: alioqui grauiter

pun

punientur. l.3.C.ad leg.Iul.repet.Extat pulchra forma iuriſiurandi quòd fit à iudice in tit. iuſiurandum quod præſtatur in Auth. coll. 2.& §. deinde.Auth. de mand. prin. coll. 2.§. ſtudium. Auth.de trien.& ſemiſſ. coll. 3. Cuius reliquiæ nonnullæ aut certe vmbra quædam hodie in Gallia & multis regionibus repræſentatur. Si lucro pecuniario capiantur aduocati inter abiectos & degeneres viros numerabũtur.l. quiſquis.C.de poſt. Atque item legatariorum auaritiam certis terminis compeſcuit Iuſtinianus in l.vn.§.vbi autem.C.de cad.toll.

Reſtrictiones & intellectus regulæ.

Verùm profectò ſi quid doni nomine Iuriſconſultis datum ſit, in ſalarium, rectè quidem accipitur, ſed inhoneſtè petitur. l.1.§. proinde. de var.& extra.crim. l. 1.C.de aſſeſſ.l.aduocati. C. de aduoc. diuer. iud. Alio item loco dicitur de xeniis ſeu muneribus, quæ olim iudicibus dari ſolebant: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, accipienda eſſe: quia à nemine accipere inhumanum eſt, cùm etiam beneficium ſit in accipiendo: paſſim viliſſimi & auariſſimi hominis eſt.l.ſolent.de officio prędidis.Item quod dicitur: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, de illis donis accipiendũ eſt, quæ accipientis animum allicere aut peruertere ſolent,non de aliis quæ honoris gratia aut in recognitionẽ ſuperioritatis vt ita dicam, ſponte præbẽtur,vt ſcitè notatur in d.c.et ſi queſtiões.

CAP. III.

NEmo ita ſupinus prẹſumitur,vt temere ſua iactet & effundat.] l. cùm de indebito. de

de prob.l.filiusfa.de don.l.ſi cum aurum.de ſol.

Ratio. Deus enim non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari.ca.Dominus.diſt.85. Vnde per multa iura atque edicta ſuccurſum eſt infirmitati quarundam perſonarũ qui temerè ſua largiuntur. toto tit. de curat.furioſ.l. is cui bonis. de verb.ob.Maximè in cauſis eccleſiæ. c.apoſtolicæ.in fi.de don. Iuueniles nempe calores coarctandi ſunt, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectant patrimonium.l.final.§. ipſum autem. circa fin. C. de bon. quæ liber. Adrianus Imperator decoctores bonorum ſuorum ſi ſuæ authoritatis eſſent catamidiari in amphiteatro & ſic dimitti iuſſit, vt refert Spartianus in Adriano.

Paraphraſes regulæ per varia ſchemata.

Reſtrictiones. Permittitur tamen Conſulib. mediocria miſſilia in vulgus iactare, vt in tit.de conſulib. in Auth.coll.4.& §.pen.inſtit.de rer.diuiſ. Item ſi ſeruus ſciens quas poterat operas non recuſauerit, tenebitur cùm donaſſe videatur. l.Campanus.de op.liber.

CAP. IIII.

Reſoluto iure dãtis, reſoluitur ius accipientis.] vulgata le. lex vectigali.de publ. & vectig.l.1.C.ſi pignus pig.datum ſit.l.ſi res. quib.mod.ius vel hyp.ſol.

Ratio. Ratio eſt, nam hæc duo ſunt inuicem relata, dare & accipere, & relatorũ erga ſe eadem eſt ratio atque diſciplina, vt ſ.probaui in ti.de eodem.c.4. Itaque eo modo quo quidque habetur dari poteſt, nõ aliter. Notabilis textus in c.nullus autem.de conſec.diſtinct.4. Huic regulæ finit

Paraphraſes regulæ.

nitima eſt alia, quam ĩ.explicabo: *Nemo poteſt dare quod non habet.* Inde datum ab eo cui ius non eſt concedendi datum non videtur. cap. Daibertum.1.quæſt.7. cap. quod autem.de iure patron.

CAP. V.

QVædam inhoneſte petuntur, quæ non inhoneſte accipiuntur.] l.4.in fi. de cond. ob turpem cauſam.can. de elogiis. diſt. 18. c.quæſta.13.q.2.c.1.de immu.eccl.in extra.com.

Quin etiam reſpui non debent, vt in d.cap. de elogiis. Multa rite præſtantur quæ tamẽ iure peti non poſſunt, vt eleganter exemplis cõmonſtratur in can.1.& can.ſeq.23.q.3.Et magis reprehenduntur, qui licet immoderatè data repetunt, dummodò nõ nimis excedant, quam qui ea ſumpſerunt.can.fin.14.quæſt.5. Accipere autem quàm facere præſtat iniuriam. Cicero epiſt.Famil.7. Hoc amplius diſputat Socrates apud Platonem in Gorgia. Item circa hanc regulam vide quæ tetigi ſ. ſub tit. de honeſto & turpi.cap.2. De verbo capiendi & accipiendi quomodo definiantur & intelligantur tractatur in l. aliud eſt capere.79. de verb.ſign.& l.ſi quis obligatione.116.de regulis iuris.non enim vt ab initio proteſtati fuimus,id aſſumpſimus negotij omnium vocabulorum definitiones & proprietates tradere, quod à multis iam antè factitatum eſt. *Ampliationes & paraphraſes regulæ.*

Atqui habentibus dare nihil aliud eſt quàm perdere, nec illi qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid volunt ſine grandi peccato, vnde pauper *Intelle. & diſtin.reg.*

per

per victurus erat, accipiunt. can. paſtor. 1. q. 2. Item nonnunquam beatius eſt dare quàm accipere, vt inquit Apoſtolus 1. Corinth. 9. allegatus à Gregorio in can. prædicator. 16. qu. 1. quod ibi ad ſacerdotes & alios eccleſiaſtici ordinis præſertim auaros refertur. Facit §. ſi verò expreſſim. Auth. de hær. & Fal. can. odi. & ibi glo. 24. q. 1. cap. cum Marthæ. de celeb. miſſ.

Item quod non eſt petendum, iure præſtari non debet. d. can. 1. 23. q. 1.

In Titulum De Temperantia, & Sobrietate.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

DIximus ſuprà cap. 1. tit. prox. etiam in liberalitate modum aliquem eſſe adhibendum, quæ temperantia appellatur. Sed nec in ea tantummodò, verùm in aliis quoque omnibus rebus temperantia ad bene beatéque viuendum eſt hominibus perquam neceſſaria. Omnium enim quæcunque fiunt, quæve dicuntur, certus modus & ordo ſtatuitur, in quo ineſt modeſtia & temperantia, vt refert Tullius in Offic. Debet autem in moderato viro & temperante, rationi congruere ea pars animi, quæ cupiditatum eſt ſedes. Vtrique enim propoſitum eſt id quod deceat, vt ſcitè tradidit Ariſt. lib. Ethic. 3. in fin. Quapropter à Philoſophis σωφροσύνη. Id eſt, moderatio omnium commotionum non ineptè dicitur. Opponitur huic virtuti exceſſus, teſte Cicero. ad Brutum: Modus eſt

Temperantia ad bene beatéque viuendum eſt neceſſaria.

Temperies & exceſſus contraria.

opt

optimus decus ipſum tenere, nec vltrà progredi longius: *Vnde poeta ſic loquitur:*

Inſani ſapiens, nomen ferat æquus iniqui,
Vltrà quàm ſatis eſt virtutẽ ſi petat ipſam.

Socrates apud Platonem in 4. de rep. dialogo, temperantiam ex horum concordia & amicitia componit, quando & quod præſidet, & quod ſubeſt, in eandem ſententiam conueniunt, rationem ſcilicet imperare decere, neque ab ea vllo modo deſciſcere. Cæterùm à moderatione animi ad modeſtã & ſobriam temperaturam, rectum ducitur argumentũ (velut ſæpè affectus corporis animum ſequuntur) quandoquidem mente rectè uti nõ poſſumus, multo cibo & potione completi, vt inquit Tullius lib. 5. Tuſc. quæſt. Ad extremum quouſque & qua ratione moderato victu fruendum, & gulæ vitium effugiendum ſit, ab humaniorum literarum ſcriptoribus necnon à medicis & theologis ampliſſimè declaratur: nos autem, quæ hac de re in iure cauta reperiuntur, tùm ad proborum morum informationem, tùm ad malorum ſublationem hic adſcribendum cenſuimus. De ſobrietate.

De Temperantia, & Sobrietate. Tit. v.

CAP. I.

Modus & temperamentum vnicuique rei adhibetur.] l. vnic. Cod. de ſentent. quæ pro ea quod intereſt. l. ſi ſeruos. de pign. actio. l. ſi quid venditor. & l. ſciendum. §. ilud. de ædil. edicto. canone illiteratæ. & ibi gloſſa. diſt

diſt.36.cap.cum nobis.de electіon. l.quæſtionis modum. de quæſt.l.officium.§.1.de re mil.l.cõtinuus.§.item qui inſulam.dẽ verb.oblig.l. ſed ſi vnius.§.Prætor.de iniur.l.3. de proxen.

Ratio. Omne enim nimium vertitur in vitium vt in prin.Auth.vt determi.ſit nu.cler.coll.3.*Suus quique modus eſt*, inquit Cicero lib. de oratore, *tamen magis offendit nimium quam parum.* Docta eſt & notatu digniſſima Terentij ſentẽtia in Adelphis:*vt ne quid nimis.*Et illa quoque Horatij:

Eſt modus in rebus,ſunt certi denique fines,
Quos vltra citráque nequit conſiſtere rectum.

Paraphraſes regulæ per multa themata cõprobatæ. Hac de re leuiter attigi in tit.de æquitate & tit.de iuſtit. vbi etiam allegatur illud Salomonis:*Noli eſſe nimis iuſtus.*Debet námque ipſam iuſtitiam temperare moderatio. Et quemadmodum tibi curandus præbeatur, quem faſtidio habes,qui contemptui ſe non compaſſioni medico ſuo futurum præbet?can.ſerpens. in fi. de pœnit.diſt.1. in ipſo amore proximi reſeruetur legitimus modus,nec peruertat dilectionis ordinem conſtitutum. ca. charitas. in 2.de pœnit.diſt.2.Idémque in prudentia & cæteris aliis virtutibus,vt ſtatim dicam proximo tit.Cæterùm in ſtipulatione damni infecti æſtimatio moderata ſeruatur & honeſtus modus,non autem immoderata cuiuſque luxuria. l.ex damni. de damn. infect. Nimius quoque amor vxoris repræhenditur, & quaſi adulterium nuncupatur.can.origo quidem.32.q.4.Nec meliores nec deteriores fundi,ſed mediocres ſtatus in dona-

tion

tione intelliguntur.l.ſi quis argentum.§.1.& §. ſimilique modo. C. de donat. Huc etiam poſſunt referri, quæ ſ. dixi in tit.de maiori & minor.cap.3.

Nimia conuerſatio coæqualem contemptionem facit.l.obſeruandum.de officio Præt. Cauendum quoque eſt ne dum in infinitum computatio producitur pro ſua impoſſibilitate cadat.l.fi.C.de ſacroſ. eccleſ. Omnia cum diſcretione ſeu moderatione agantur, quæ noſcitur omnium virtutum eſſe mater.cap.1.de offic.cuſtodis. Modus itaque tenendus ſiue in exigendo procuratorio ab epiſcopo vbi non eſt certa taxatio.cap.conquerente de offic.iud.ord.c.vn. verſ.cæterum.de cenſib. Siue in expenſis taxãdis.cap.ſtatutum.verſ.inſuper.de reſcript.in 6. Siue in qualitate panni habitu monachalis.ca.1.§.1.de ſtatu monach.in clem. Siue in taxatione literarum Apoſtolicarum. cap. vn. de ſent. excom.in extra. Siue in conſtructione monumenti.l.2.ad leg.Falcid. Quin etiam plus refertur ad modicum.ca. literæ de dilat. Bartolus in l.2.C.de reſcin.vend. vt amplius tractat Medicæus reg.5. *Modus in omnib. tenendus.*

Moderatio tamen diminutionem tantùm non etiam augmentum reſpicit. c.vlt.de verb. ſign.quod amplius probat Riſuicius.Item tantùm valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum conceſſis, cùm modus exceditur longè tolerabilius ſit, quàm in eis quæ conceſſa non ſunt vel vnus vel rarus exceſſus.can.adulterij.32.q.7. *Intellectus*

CAP. II.

SVis quiſque terminis & modo contentus ſit, nec vltra iuris ſui menſuras affectet augeri.] can.ſi quis epiſcopus.7.quæ.1. Gregorius in proœmio decretalium refert Deum ita nos diſpoſuiſſe ab initio, vt eſſemus modeſti. Proximo capite de temperamentis rerum, hîc de modeſtia perſonarum agitur: ſeu potius illis in abſtracto, hic in cõcreto vt dicunt Philoſophi. Hæc igitur temperamenti obſeruetur æquitas, vt cui tribuit competẽs ſubſidium cõferat, & cui tollit, damna grauia non infligat. cap. Apoſtolicæ.de donat.

Paraphraſis.

CAP. III.

EOuſque neceſſariis veſci cõceditur, vt hoc eis infirmatis ſolatium, non luxuriæ pariat incendium.] Pulchra eſt beati Auguſtini ſententia in ca.denique.diſt.4. Edendum enim, vt viuamus, non è contra, vt quodam de Epicuro, Philoxeno, Apicio, & aliis heluonibus dictũ eſt. Hieronymus hortatur, vt ſingulos dies abſque ciborum luxuriæ tranſigamus. can.nõ dico.& ſeq.de conſecrat. diſt.5. Epiſcopi curẽt prędicatorib.verbi Dei neceſſaria ſubminiſtrari, ne pro neceſſariorum defectu compellantur deſiſtere ab incœpto. cap. inter cætera.de officio incœpto.

Ratio.

Paraphraſes regulæ.

Ex diuerſo aliena rapere videtur qui vltra neceſſaria ſibi retinet. Hieronymus in c.1.diſt. 42. Et cauendum eſt, ne longi temporis victum breuis hora conſumat.cap. cum Apoſtolus. de cenſib. Nec debet Archiepiſcopus licet plura loca

Probatio per antitheta.

loca viſitauerit,niſi vnam procurationem recipere , cùm eidem ſufficere debeat vt temporalia metat à locis perſonaliter viſitatis pró diebus quibus ſpiritualia ſubminiſtrat. cap. 3. de cenſib.in 6.& cap.2.eod.tit.in clem.

Limitationes & intellectus regulæ.

Nemo tamen fraudandus eſt alimentis quotidianis.l.qui bonis.de ceſſ.bon.ne ſcilicet vita ſtatim priuetur.l.vel necare.de lib. agn. Vnuſquiſque ſobolem ſuam nutriat.l.2.C. de infan. expo. Quod ſi exponendam putauerit,animaduerſioni, quæ ibi conſtituta eſt ſubiacebit:nec enim ſuum dicere poteſt, quem prætereuntem contempſit.Filię reorum læſæ maieſtatis habēt Falcidiam ex bonis maternis,vt ſaltem mediocriter alantur non integrum emolumentum ac nomen heredis.l.quiſquis §.ad filias.C.ad leg. Iul.maieſt. Sed de alimonia parentum ac liberorum s̃.dixi ampliſſimè in tit.de parent.& cõſang. c.2.Sciendum eſt,nouiſſime multa priuilegia in iure ratione alimentorum fuiſſe conſtituta:quę enumerare nimis longum eſſet.Sed inter alia de futuris alimentis tranſigere non licet.l.de præteritis.C.de tranſact. Item ratione humanitatis ſumptualis victus nulla eſt repetitio.l.diuerſarũ.C.de poſtl.reu.Item qui alitus fuit altorē non poteſt accuſare l.iniquum. C.qui accuſ.non poſſ. Item nutrix quoque ſiue alumna poteſt ſuſpectos tutores poſtulare intuitu pietatis.§.conſequens.inſtit. de ſuſp. tut. Multas quoque ſubregulas de alimentis & eorũ fauore ponunt Scipio Ianuarius , Medicæus reg.2.5.6.& 9.Dias reg.31.&Donatus Fina lib.2.

CAP. IIII.

VItanda eſt ſummopere guloſitas, per quam crimina cauere non poſſumus.] ca. ſane. 15. q. 1. can. nullus. diſt. 5.

Ratio. Sicut enim ſufficientia ciborum cum nutrimento & ſoſpitatem ſimul procreat & voluptatem: ita abundantia morbum facit, moleſtias ingerit, & ægritudines generat, vt eleganter & copioſè exponitur cum authoritate medicorum & multis exemplis in can. nihil enim. & can. ne tales. ead. diſt. 5. Quę quoniam ad medicos magis ſpectant non amplius perſequemur. In ſumma igitur venter mero æſtuans facile deſpumat in libidinem: eáq; proprer preſbyteris epiſcopis & clericis iniungitur, vt ſobrij ſint. can. 1. & per totam diſt. 35. A crapula & ebrietate omnes clerici abſtineant diligenter, vnde vinum ſibi temperent & ſe vino: nec ad bibendum quiſquam incitetur, cùm ebrietas & mentis inducat exilium & libidinis prouocet incentiuum. c. à crapula. de vita & honeſt. cler. Ideò vix pro ebriis in ebrietate peremptis eccleſia permittit orare: dicit enim Apoſtolus: *Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt.* c. 1. de reliq. & ven. ſancto. Anacharſis tres vuarum ſpecies dicebat eſſe: vnam voluptatis, alteram ebrietatis, terciam mœroris. Areopagitæ eos qui comeſſationibus & epulis ſubſtantiam profundebāt ἀσώτους vocabant, vtpote quos ſibi ipſi relictos vix ſalus ipſa ſeruare poſſet, eóſque non aliter quàm criminis reos poſtulabant, vt ſcribit Athenæus lib. 4. & Valerius Max. lib. 3. cap. 5. Sed plura

Paraphraſes regulæ multis rationib. & iurib. decoratæ.

plura ſunt alia exempla apud humanioris literaturæ authores, quàm hic ſummatim adduci queant. Poſtremò ſciendũ eſt, vitium gulæ nos quinque modis potiſſimum tentare, & peccato ſubmergere, vt eleganter & Theologicè declaratur in can. quinque modis. de conſec. diſt. 5.

In Titulum de Prudentia, Humilitate, & Patientia.

ΠΡΟΛΕΓΟ΄ΜΕΝΑ.

Quemadmodum in cæteris rebus, ita & ſapiendi ſtudio modus laudem conciliat, atq; qui nimium ſapiunt, vtique deſipiunt: cùm Chriſtianorum maximè referat, potius vt Chriſtianè viuant, quàm vt ſapiant ſublimiter. Et cum anteà de ſcientiis arte & doctrina ſatis abundè dixerimus, licebit de prudentia nonnulla proferre, quæ omnes artes ac ſcientias facilè inſtruit & in vſum humanum ſedulò conuertit. Quinimò vt medicina valetudinis, ſic viuendi ars eſt prudentia teſte Cicer. in lib. de finibus. Quamobrem, ſicuti eleganter Plato ſcripſit in Timæo, Ab initio anima quando mortalis corporis vinculis includi cœperit, amens efficitur. At poſtquam nutritionis & augmenti riuus leuius minúſque fluit, animæque circuitus tranquilliore motu iter ſuum peragunt, proceſſúſque temporis ſedatiores fiunt & in figuram naturæ ſuæ congruam reſtituuntur, tunc ſingulorum circulorũ directę cõuerſiones eiuſdem & alterius naturã

Cõtinuatio.

Prudentia omnes artes ac ſcientias inſtruit.

Pulchra ſententia Platonis de anima.

probè diſcernunt, hominémque ſic inſtitutum prudentem reddunt. *Prudentia demùm ſine qua virtus aut perfectio vlla animi eſſe nõ poteſt, duas habet perpetuas ſibi comites, humilitatem & patientiam. Quod ſaluator noſter* IESVS CHRISTVS *typus Chriſtianorum tum vitæ exemplo, tum doctrina nobis familiariter exhibuit. Humilitati è directo oppoſita eſt ſuperbia & arrogantia, quæ quidẽ partim ex ambitione, partim ex audacia, temeritate, & ſui ipſius obliuione, partim ex odio maligno cũ impetu vehementi concitatur. Sed vt praui iſti humores è mentis ſede diuellantur, nullo alio ſalubriori remedio opus eſt, quàm patiẽtia, qua in æquanimitate tolerãda conſiſtit, vt doctè exponit D. Auguſtinus in can. quod dicit dominus. diſt. 41. Nam vbi ſemel homo exarſerit iracũdia, quam Ennius inſaniæ principium eſſe dixit, ei tùm obiicere decet manſuetudinem & cunctis imitabilem Chriſti patientiam. Huius doctrinã & exemplum pro ſe quiſque pio ſtudio certatim æmulati, cùm aliis anſam non dabimus vlterius inſaniendi, tùm laceſſiti quoque indignationem iniuriáq́; quãlibet forti animo quaſi ſumus deuoraturi.*

Prudentia duas comites habet, humilitatẽ & patientiam.

Humilitati opponitur ſuperbia.

Patientia ſalubre remedium.

De Prudentia, Humilitate, & Patientia, Tit. vj.

CAP. I.

Actus hominum à diſcretione matre virtutum, non à nouerca iuſtitiæ voluntaria ſcilicet præcipitatione procedere debẽt.] cap. 2. de ſent. & re iud. in clem. Vnde ſapiens, inq

inquit Ambroſius, nũquam inanis eſt, ſed ſemper habens in ſe animum prudentiæ qui poteſt dicere: *Iuſtitiam induebam, veſtiebã iudicium.* can. ſapiens. diſt. 2.

Ratio depẽdet ex vulgato iuris Theoremate: *Cautè omnia agentes non damnificantur.* l. in. ciuilem. C. de furt. Melius eſt pauca agere cautè, quàm multis intereſſe periculosè. §. 1. Auth. de tabellio. coll. 4. §. hinc nobis. Auth. de hær. & Falc. Hoc agitur in ſtipulationibus, vt quis cautior & ſecurior ſit interpoſita ſtipulatione. l. 1. §. 1. de Præt. ſtip. *Ratio.* *Paraphraſes regulæ.*

Verumenimuerò non debemus plus ſapere quàm oportet iuxtà doctrinam Apoſtoli. c. 1. de renunt. in 6. vt in præfatione huius tit. tetigi: Qui ſe ſapientes exiſtimãt, incidunt in foueam quam fecerunt. ca. vn. de crimine falſi in extra. comm. Multi quoque ſuæ prudentiæ, quin potius imprudentię innitentes diſceptare volunt ſuper eis de quibus ipſis non expedit. Quod valdè reprehenditur. cap. vlt. de ſent. excom. in extra. commu. Item oriuntur ſæpè controuerſiæ propter nimis callidam vrgentémque iuris interpretationem. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de ver. obl. l. codicillis. §. fi. de legat. 2. l. ſed hæc. de excuſ. tut. De quo etiam s. mentionem feci titulo de ſimplicitate. *Limitationes & intellectus.*

CAP. II.

Nihil in homine magis fulgeat, quàm humilitas.] maxime in epiſcopo, aut viro in dignitate conſtituto. can. contra morem. diſt. 100.

P 4 Mel

Ratio. Melior eſt enim in malefactis humilis confeſſio, quã in bonis ſuperba gloriatio. c. iniuſtũ. 11. q. 3. Auguſtinus quoque cõmonet monachos ne elatione auida miniſteria eccleſiarum ſuſcipiant, ſed miti corde obtemperent Deo cum manſuetudine portantes eum qui nos regit. ea. vos autem fratres. 16. qu. 1. Qui aliquid ſuperſtitioſe faciũt, ſi in eorum facto plus humilitatis, qua Deus placatur, quam interni liuoris doloſitas oſtenditur, eis indulgetur. ca. quicunque. 26. q. 5. Ne qua elatio de laude bonorum ſurrepat, permittit Deus malos in obtrectationem eorum prorumpere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur, & quos domeſtica fortè præſumptio vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet. Egregia ſententia in cap. oues. & can. ſnnt plurimi. 6. q. 1.

Paraphraſes regulæ multis authoritatib. ſuffultæ.

Exceptiões & intellectus reg. Tunc autem verè humilitatem cuſtodies, cũ & per eam locum ſublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. cap. niſi cum pridem. de renuntia. Veruntamen quidquid in excelſo poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius vacuum eſſe cõuenit: nimia enim abiectio & familiaritas parit contemptum, vt ſ. diximus proxim. tit. cap. 1. Quod quidem de exteriori geſtu corporis non de interiori corde intelligitur.

CAP. III.

Ratio. MAgna temeritas retinet plerunque homines inflatos ſuperbia.] §. præualuiſſe. inſt. quib. ex cauſ. ma. nõ lic. Nemo. n. illud affe

affectare debet, in quo ipſe intelligat infirmitatẽ ſuam alteri periculoſam.l. idem.§.1.Ad legem Aquil. Cauendum eſt ergo ne cui temeritas ſua lucro cedat,vtque impudẽs calumniantiũ refrænetur audacia. l.omnes. §.fi.C.de epiſ. & cler.Temeraria citatio non poteſt arcere citatum.c. bonæ memoriæ in 2. de elect. Inhibetur,ne quis ex temeritate vel leuitate in iacturam vel iniuriam ſui ordinis ad alium trãſuolet: non quidem vt licentia denegetur ei qui cum humilitate ac puritate duxerit poſtulandum, vt non fictè ſed verè ad frugem melioris vitę valeat tranſmigrare.c.licet quibuſdam.de reg.& tranſ.ad relig.cap.vn.de relig. dom.in 6. Temeritas autem non debet remanere impunita.cap.quia plerique de officio ord.in 6. *Paraphraſes de temeritate*

Temeritas tamen nuda facilitatis veniam continet, & inconſultus calor calumniæ vitio caret:ideóque pœnæ calumniæ non ſubiicitur. l.1.ad Turpil. Et leuiùs quàm dolus punitur. l. Iulianus.in fine princ. de act.empt. Nam licet temerarij digni ſint pœna, tamen vt inſanis illis parcendum eſt, ſi nõ tale ſit delictum,quod vel ex ſcriptura legis deſcendat, vel ad exemplum legis iudicandum ſit.l.famoſi.(quæ eſt notabilis.) Ad legem Iul.maieſt. *Limitationes, & intellectus.* *Paraphraſes de ſuperbia.*

Quantum ad ſuperbiam, hoc habet propriũ arrogantium doctrina, vt humiliter neſciant inferre quod docent, & recta quæ ſapiunt, rectè miniſtrare non poſſint. can. pr. & 2.& per totam diſt.46. Species eſt ſuperbiæ ſe velle videri iuſtum qui peccator eſt atque hypocrita conſi

conuincitur. can. quis aliquando. verſic. cùm ergo.de pœnit.diſtin.pr. Quid abſurdius quàm mulierem de humili veſte ſuperbire? can.quod Deo.33. quæſt.5. Ingrati liberti in ſeruitutem reuocantur, vt qui ſuperbire voluerint adepta libertate,prodito diſcãt obedire ſubiecti. can. octaua diſcuſſio.12. quæſt.2. Qui ignorantes ſe Dei miniſtros cùm malos puniunt,impia vanitate ſuperbiunt,mercedẽ ſuæ ſeruitutis à Deo, nonniſi temporalem inueniunt: pœnam verò ſuæ ſuperbiæ non effugiunt,vt eleganter exemplis demonſtratur in can.fin.23. quæſt.5.

CAP. IIII.

QVod ambitioni viam parat, nullius debet eſſe firmitatis.] cap. vlt. de electione in Clem.cap.pr.de regul.& tranſ.ad relig.in Clem.

Explicatio regulæ per varia themata.

Neque item per neceſſitatis occaſionẽ,pręſumptionis pullulet ambitio.can.Pontifices.7. q.pr.Per ambitionem improbam vt plurimùm beneficia extorquẽtur.cap. 2.de conceſſ.præb. in 6.Sed ambitio quorundam eccleſiaſticorum ſemper ambiens eò magis inſatiabilis fit, quò ſibi ampliùs indulgetur.c.execrabilis.de præb. & dig.in extrauag. Sicut is verò qui inuitatus renuit,quæſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouendus, ita qui vltrò ambit, vel importunè ſe gerit,eſt proculdubiò remouẽdus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid aliud agit,quàm vt creſcendo decreſcat,& aſcendẽdo exterius in profundum interiùs deſcendat? can

can.ſicut is.pr.quæſt.6.can.in ſcripturis. 8.q.1. Ambitionis cauſa quicumque eccleſię ſuę mediocritate deſpecta, ad maiorem tranſire voluerit, debet reuocari ad propriã: quòd ſi redire contempſerit: careat aliena & propria, vt nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſpreuit, nec his quos per auaritiam cõcupiuit. Ex his enim duobus coaleſcit ambitio.can.quia frater.can. ſi quis epiſcopus.7.quæſt.1.cap.3. de tranſlat.epiſc. In pœnam religioſi, qui temerè ambiuit epiſcopatum, ſemper ſic degat humilis, iaceátque proſtratus, quod nullus eidem in religione ſua vel extra ad gradum honoris vel adminiſtrationis cuiuſlibet ſit aſcenſus. cap.in pleriſque.de electio.in Clem.

Ex diuerſo eius oblatio nullam culpam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit.can.ſicut epiſcopum.1.quæſt.2.vbi docet epiſcopum non ambitioſè ordinari, nec etiam ſe gerere debere. *Antitheta*

CAP. V.

Patientia iuncta ſcientiæ tacitum conſenſum inducit.] l.pr.& ibi notatur.C.de pat. pot.can.quiſquis. iuncta Gloſſa.pr.q.1.cap. 2.de his quæ fiunt a prælato, vbi è contrario ignorans contradicenti comparatur. Nam qui ſcit & patitur, quodãmodo feciſſe videtur. l. 1. §.magiſtrũ.de exer.act.l.quid ergo. §. ſi quis.de his qui not.inf.l.qui patitur.l. ſi remunerãdi.§. qui paſſus.l.qui fide alterius mandati. Cicero idem ſcribit lib.1.Epiſt. ad Qu.fratrem. Scientia autem *Explicatio regulę multis iuribus & exemplis probata.*

autem aliquando accipitur,quæ habet &volũtatem, aliquando non voluntas, ſed patientia tantùm requiritur,vt in tributoria, vbi nõ debet dominus velle,ſed non nolle. Si ergo ſcit, & non proteſtetur,tenetur actione tributoria. l.pr.§.ſcientiam.de tribut. Sed de ſciente & ignorante nos amplè ſcripſimus ſuprà ſuo titulo.Nunc ad rem propoſitam redeamus.Aduertendum eſt igitur interdum patiẽtiam pro cõſenſu haberi.Gloſſ.in can. ſanctorum. diſt. 70. Aliquando pro præcepto. l. liberorum.in fine. de his qui not.infa.¦Cuius declarationem cum multis ampliationibus & fallentiis vide apud Bernardum Diam reg. 224. Quoad. conſenſum & permiſſionem non hîc decreuimus exponere.verùm infrà.tit.de conſent. & inuito. cap.3. quia eo loco commodius viſum fuit explicare.

Subregulę Hinc alia deſcendit ſubregula:*Caſtigatio modica & leue damnum æquo animo ferendum eſt.* l.ſed ſecuti.de vſuf.l.oſſa.§. 2.de relig.& ſump. fun. l.Itémque. de vſufru. Quam enim multis aliis iuribus comprobat Azo Rub.92.

CAP. VI.

OMnis virtus patientiæ in æquanimitate toleranda conſiſtit.] Elegans & docta ſentẽtia Auguſtini in can.quod dicit Dominus.diſt.41.

Ratio. Explicatio regulæ per multaſchemata. Nam præcepta patientiæ in præparatione cordis non in oſtentatione corporis ſeruanda ſunt.can.fin.23.qu.pr. Itaque contra morem eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſimè toleretur etiam iniqua correctio.can.contra morem.

diſt

diſt.100. In eccleſiaſticis maximè perſonis diſtrictio iuris non habet locum, ſed patientia cum æquanimitate, dum propter hoc iuſtitia non periclitetur.cap.1.de dolo & contu. Toleratur aliquid per patientiam,licet alioqui nullum propter defectum ſolennitatis modò bene actũ ſit.cap.literas.de ſupp. neg.præl. Quin & multa tolerantur patientia, quæ ſi deducta fuerint in iudicium, exigente iuſtitia non debent tolerare. capit. cum iamdudum de præb. & dign.

CAP. VII.

Ratio. Paraphra. reg. multis authoritatibus comprobatæ.

Calore iracundiæ factum ratum non habetur.] l.quicquid.49.de regul. iuris. Ratio eſt. Quia primi motus, vt Philoſophi dicunt, non ſunt in hominis poteſtate. Ergo ſi quis iratus temerè crimen aliquod obiecerit, non eſt pro accuſatione ſed conuitio habendum: Et licet ſe ſcriptura probaturum dixerit, tamen ſi poſtea reſipiſcens, quæ per iracundiã dixerat, iterare aut inſcribere noluerit, reus criminis non tenetur.can.ſi quis iratus.2.qu.3. Curandum eſt ne cuipiam ira ſurrepat, faciátque citius omne quod non licet.can.relatum 5. quæſt.2. Ira viri iuſtitiam Dei non operatur, ideóque præſertim à iudice procul iracundia eſſe debet.can.epiſcopus presbyter. 11. quæſt.3. Heſterna die aut nudius tertius inimici facti, accuſato non debent contra eum teſtimonium ferre,ne irati nocere cupiant. can. accuſatores & teſtes.3.quæſt.5. Cum is diſplicet qui ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora

riora proculdubiò prouocatur. can. in grauibus.3. quæſt. 7. Sed nec illi parcitur qui ad iracundiam aliquem prouocat. Imò grauiùs punitur, vt notatur in can. fin. & ibi Gloſſ. diſt. 55. Reſtringenda autem eſt ſub ratione poteſtas & iracundia, nec quid agendum priùs quàm concitata ad tranquillitatẽ mens redeat: nam cõmotionis tempore iuſtum putat omne quod fecerit. can. illa. & ſeq. 11. q. 3. Tranſactis motibus animorum, qui recentioribus factis ſolent turbulentiùs excitari, egregiè luculenta bonitas apparebit. can. pœna. 23. quæſt. 5. Ad quam ſententiam infinita ſunt exempla: ſed illud inter cætera notabile eſt Architæ Tarentini, qui ſeruo iratior factus: *Quo te*, inquit, *animo verberarem, niſi iratus eſſem.*

Reſtrictiones. Reſtringitur autem regula, niſi in eo calore perſeuerantia iudicium animi declaret. dicta l. quicquid. Humanum enim eſt, inquit Cicero, errare, ferinum perſeuerare. Ita etiam quod ab initio ratum non fuiſſet ex animi deſtinatione propoſitóque conualeſcit. l. diuortium. de diuort. & repud. Ignoſcitur ei qui inconſulto calore aliquid iniuriæ dixit, modò non perſeuerarit. l. ſi non conuitij. & ibi Gloſſ. C. de iniur. Præſumitur enim interueniſſe dolum in iracũdia cùm perſeuerauerit. l. 1. §. quæri. Ad Turpil. niſi iuſtus ſit dolor qui à legibus conceditur. l. ſi adulterium. §. Imperatores. Ad legem Iul. de adul. Item iracundia non præſumitur ex geminato delicto, imò potiùs deliberatio. dicto can. ſi quis iratus. Salycetus in d. l. ſi non conuitij:

 veluti

veluti multis quoque aliis iuribus comprobat Viuienus:item Riſuicius in paratitlis, qui ſanè alia circa hanc regulam proferunt. Sed & illam latiùs tractat cum ampliationibus,fallētiis & diſtinctionibus Medicæus reg. quinta. De perſeuerantia particulatim infrà copioſiùs dicetur,

In Tit.De Labore,& Diligentia.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

*Nimia tolerantia abſque reſpectu aut conſideratione boni vertitur in ſegnitiem, qua nihil peius in hac vita cuicunque homini accidere poteſt.Et ex diuerſo curioſitas maximè reprehenditur,id eſt,nimis anxia rerum perſcrutatio,vt teſtatur Scæuola Iuriſconſultus in l.codicillis.§.Lucius.de legat.2.Medium autem inter hæc duo extrema(vt ſemper virtus ſolet conſtitui) diligentia vocatur.*Excitanda eſt,*inquit Cicero lib.Offic.* animaduerſio & diligentia, vt nequid temerè ac fortuitum,inconſideratè negligenterque agamus. *Quo loco ſemper eam prudentiæ coniunctam eſſe vult,ideòque non immeritò hunc titulum præcedenti ſubiecimus. Hinc colligere facilè eſt differentiam, quæ inter laborem & diligentiam ponitur.Illud enim generale nomen eſt: hæc ſpeciale. De illo loquimur in cap.1.huius tituli,atque etiam diſertè Boetius Metror.7.lib.8.dum ait,*

Cōtinuatio.

Virtus in medio conſiſtit. Diligentia.

Differētia inter laborem & diligentiam.

Herculem duri celebrant labores:

Vltimus

Vltimus cælum labor irreflexo
Suſtulit cælo, pretiúmque rurſus
Vltimi cælum meruit laboris.

De hac verò eiúſque contrariis in cap. 2. & reliquis vſque ad finem mentio fiet.

De Labore & Diligentia, Tit. vij.

CAP. I.

Fauetur augmento patrimonij, quod induſtria & labore quæritur.] l. ſi defunctus. C. arbi. tut. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut.

Ratio. Dulcior eſt enim fructus poſt multa pericula ductus, vt inquit Gloſſa in l. non moriturum. C. de cont. ſtip. l. metum autem præſentem. §. ſed licet. de eo quod metus cauſa. Quandoquidem, vt dicebat poëta, Dij nobis laboribus omnia vendunt. Semper itaque debemus eſſe occupati ad aliquid agendum, ne ſine vllo exercitio Diabolus nos inueniat, & ſic facilè ſeducat. can. nunquam. de conſecrat. diſtin. 5. ſicuti ampliùs oſtendi ſuprà in tit. de tempore. cap. 3. Nam ſegnities plerumq; ad illicitos actus nos impellit. §. vlt. Auth. de quæſtore. coll. 2. Cupimus, inquit Pontifex, in cap. pr. de priui. in extra. comm. vt gregi cura eo plenior impendatur, quo amplior in agro Domini operariorum numerus inuenitur. Nec in dubio coniiciendū eſt illicitis rationibus parta eſſe bona, niſi in vxore quę induſtriam vllam acquirendi non habet

Paraphraſes regulæ perdiuerſa themata.

bet, præterquàm ex turpi quæſtu. l. Quintus Mutius.& ibi notatur de donat.inter virum & vxorem.Vnde concinuit poëta:

Labor improbus omnia vincit, Item:

Sudorem poſuere Dij virtutis ad arcem.

Hinc colligitur vulgatum illud theorema. *Aequum eſt laborem cuiuſque digna remuneratione compenſare.* l.fin. §. ſimiliter.C. de alluuio. cap.cum ſecundum.de præb.& dig. iuxta illud Iuuenalis:

Improbus ille labor quē præmia nulla ſequūtur. Sit particeps laboris qui vult fieri gaudij. can. pr.in fin.de pœnit.diſt.6. Omnis labor etſi non ſemper effectus ſequatur, ſuam requirit mercedem: alioqui eſſet luctuoſus. l.cum oportet. C.de bo.quæ lib.§.igitur. Inſt. Per quas perſonas.can.nullus inuiti.diſt.61. ca. niſi de remun. vbi etiam propter laborum anguſtias aut perſecutiones non debemus ab officio deſiſtere. Hæc eſt enim Geometrica proportio, cum neglectis numeris gradus officiorum & dignitates ſecundùm labores,merita & alias perſonarum qualitates metimur.l.nec honore.C.de epiſc.& cler.Is gradu cæteros antecellat, quem labor prolixior vel ſtipendia longiora fecerint anteire,non autem ſolo ſuffragio.l.1.& 2. Cod. de officio mag.off. can. fin.diſtin.63.Nec debet præmium quis conſequi ex eo quod non malè egerit,ſed quod bene egerit.l.1.in fine.& l. 2.de condict.ob tur.cauſam. Sed de labore & præmio vide quæ ſuprà fuſiùs diſſerui in tit.de dominio,bonis acqui.cap.6.

Subregulæ Omnis labor dignus eſt remunератione.

Induſtria & opera præpollent pecuniæ.

Item alia ſubregula: *Induſtria & opera præpollent pecuniæ*: l.etſi non fuerint. in fi. l.ſocietas.Pro ſocio.§.1.& §.ea illa.Inſt.de ſociet. Eáque ratione variatur deciſio Auth. æqualitas. C.de pact. con. vt ibi Gloſ. notat. Induſtria enim & artificium augent prętium.l.niſi venalem. de rei vindic. Vnde quæſtus ſimpliciter intelligitur qui ex opera cuiuſque procedit. l. quæſtus.Pro ſocio. Pretium verò operæ & artes eſt velamentu.l.cum duobus.§.ſi in coeunda.illo tit. induſtria verò perſonæ quando eligatur, & quando non docet multis authoritatibus Medicæus reg.3.& 5.

CAP. II.

Vigilantibus iura ſubueniunt, non autem negligentibus.] l.quod autē. §.apud Labeonem.l.pupillus.Quæ in fraudem cred. l.non enim.Ex quib.cau.maiores.l.4.§. hoc autem.de damn. infect. l. quidam ignauiæ. C. de decurio.lib.10.l.3. §. diui fratres de iure fiſci. l. ſumma cum ratione.de peculio. l. vir vxor. Ad Velleia.ca. nuntiatum.diſt.84.

Ratio.

Huius regulę ratio a ſuperiori deſcēdit:nam diligentia eſt labor anxius & vehemens:negligentia verò nimium otioſa tarditas. De illa nunc paucis agemus: aliam proximè ſequenti capitulo reſeruantes.

Explicatio regulæ multis iuribus ſubnixæ.

Ergo Imperator dicit ſe multoties pernoctare, & noctibus ſub æqualitate dierum vti, vt Reipublicæ prouideat.§.1.Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffr.coll.2.Satius eſt enim in tempore occurrere,quàm poſt vulneratam cauſam

reme

remedia quærere.l.1. C. Quando liceat vnicuique ſine iudice. l.vlt. C. in quibus cauſis in integ.reſt.Iiſque repente ſubueniendum eſt,quæ mora deteriora futura ſunt,vt alibi quoque dixi.tit.de tempore.ca.3.Non debent dolere diligentes operam ſuam agri dediſſe culturæ,dum eis ſua diligentia non ſit in damno.l. fin. C. de alluuio.Cunctis vigilantibus melius debet cuſtodia ciuitatis procurari. cap.2.de immu.eccl. Diligens eſſe debet quiſque in ſuo officio. l. ſi duas.§.decet.de excu.tut.l.cum plures.§. nimirum.de admi. tut. l. diuus Marcus. de off.præſ. Admonet Gregorius Vitalianum epiſcopum, vt culpam ſuam non geminare neglectu,ſed aliquantiſper valeat ſollicitudine minuere. can. ſi cuſtos.27.quæſt.pr.Decet enim quandam inter deſides & vigilantes differentiam ſtatuere, vt eleganti ſchemate docetur. in l. 2. C.de annali except.Induſtria non debet ſoluere pœnas deſidiæ, vt eleganter Iuſtinianus illuſtrat exēplis.in l.fin.C.depoſiti.

Aliquando tamen vigilare prodeſt: aliquando non;quod diuerſimodè exponitur. per l.vlt. C.depoſiti.l.ſi à multis.C.de nox.act.cum aliis iuribus ab Azone Rub. 95. Loriotus in tit. de reg.iuris axio.139. & ſeq. quatuor ſpecies diligentiæ ſicut & culpæ conſtituit,earumque differentias paulatim explicat. *Exceptiones.*

CAP. III.

DIſſoluta negligentia culpæ loco annumeratur.] l. ſi fideiuſſor. Mandati. l.quod

Nerua.depoſiti.l.quod te. Si certum petatur.l. ſi mora.Solut.matrim.l.ſi finita.§. eum tamen. de damn.inf.l.magna. 226. de verb.ſign.l.1.§.Is quoque.de actio.& oblig.l.impuberibus. §. pr. de ſuſ.tut.l.2.C.Arb.tut. cap.tibi in fine.de reſcript.in 6.Otium enim & voluptas arma ſunt antiqui hoſtis ad miſeras animas captiuandas. cap.niſi cum pridem. de renuntiat. Vnde quæ ſegnes homines efficiunt, noxia ſunt, & Reip. contraria.l.vltim. C. de præſcript. long.temp. cap.vigilanti.de præſcript. Et contra deſides, ſuique iuris contemptores exceptiones introductæ ſunt.l.vlt.C.de annali except. Nec legis imperialis beneficio perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt. l. fin. §. ſin verò poſtquam. C. de iure delib. Qui non produxerunt ante ſententiam quod potuerant poſteà obiicientibus ſibi imputent,cùm prętextu nouorum inſtrumentorum lites non deceat inſtaurari.cap.inter monaſterium. de ſen.& inter.omn.iud.quod tamen nonnullas recipit diſtinctiones, vt notatur per doctores in l. ſub prætetu.C.de tranſact. Cauendum ne aliorum culpa propter tuam negligentiam tibi imputetur in pœnam.capit.in tantum.de ſimon.Qui negligenter paſcit dominicum gregem ſibi commendatum, toties conuincitur ſuum non amare paſtorem.can.diuinis.25.quæſt.pr.Vnde Gregorius Sergio defenſori ſcribit in his verbis: *Dum te facit nimia ſtultitia negligentem,non ſolùm de tuo neglectu offendimur, ſed etiam ad vlciſcendam deſidiam tuam nihilominùs prouocamur.*

Ratio. Paraphraſes regulæ multis iurib. confirmatæ.

mur.can.ſi homo eſſes.27.quæſt. 1. Rectorũ negligẽtia dum ſpem impunitatis permittit multam nutrire peſtilentiam conſueuit in ſubditis.cap.1.de celebr. Miſſ. in Clem. Facta gratia per negligentiam obtinentis extinguitur. cap. ſi clericus.de præb.& dig.in 6.

Quapropter & negligentia quandoque grauiter punitur. §. ſi quis autem non implens. Auth.de hær.& Falcid.cap.nos quidem. de teſtam.cap. 2. cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. & toto tit.de ſuppl.neg.præl. Item in crimine falſæ monetæ iniuria vel negligentia domini, domus fiſco applicatur.l. pr. & ibi Gloſſ. C. de falſa mon. Draco otij damnatos capite plecti iuſſit,idémque Diodorus apud Ægyptios obſeruatum ſcribit. Sciendum eſt etiam hanc culpam quæ ex negligentia proficiſcitur, quia lata eſt, & dolo comparatur, vt infrà ſuo loco explicauimus, ab omnibus præſtari debere. l. naturalis.§.ſed ſi ſcyphum.de preſ.verb.l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.de ædil. edicto.l. ſi ſeruum.de verb.obl.

Negligentia grauiter punitur.

Exceptiones & diſtinctiones

Subuenitur tamẽ mulierib.propria ſemel nenegligentia iura & aliis imperitis. l. regula.de iur.& facti ign.§.1.Auth.vt immob.donat.col. 5. quemadmodum ſuprà tetigi in tit. de ſcientia & ig.cap.3. Aliquando etiam ex cauſa deſidiæ ſuccurritur.cap.licet.de elect.Item non omnis negligentia culpæ loco eſt: veluti ſi vel meum negligo tanquam alienum. l. venditor. verſic.quemadmodum.de hæred. vel act.vend. vel quaſi meum cum ſit alienum,ſiquidem ſum

bonæ fidei poſſeſſor. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut de petit. hæred. Item negligens in ſuo officio punitur, vt tenent Abbas & Decius in cap. dilecti. de appellat. Quod latiùs tractat cum limitationibus Iacobus Nouellus. Item quādo ſua cuique deſidia vel negligētia noceat, vel non, latè declarat cum multis hinc inde iuribus, & diſtinctionibus Azo Rub. 63. Item videndum eſt ne tardus appellationis fautor (quod per anguſtias contingit temporum) ſuo diſpendio refutetur. l. nemo. C. de temp. appell. Item tempus certū præfigitur propter deſidiam aut negligentiam non de iure aut facto, aut neceſſitate rerum impeditis. l. non enim. Ex quibus cauſis maio. & dicto cap. quia diuerſitatem.

CAP. IIII.

NOn debemus curiosè diſceptare de iis quæ non multùm expediunt.] l. codicillis. §. Lucius. de legat. 2. cap. pr. & ibi Gloſſ. de renunt. in 6. cap. 3. circa fin. de ſen. & re iudic. in 6.

Intellectus At verò morbo curioſitatis luculentæ declarationis antidotum adhiberi oportet, vt eleganter dicitur in cap. vn. verſic. verùm de iureiur. in Clem.

In Tit. de Pudore, & Continentia,

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cōtinuatio. *GRadus eſt vicinus corporis & ignauiæ ad luxuriam: nam, vt Terentius verè poeta ſapiens*

in

in Andria retulit,ingenium eſt omnium hominum à labore procliue ad libidinem. Quocirca Hieronymus in can.nunquam. De conſecra. diſt.quinta, hortatur monachos,qui alioqui ſolitariam & inertem vitam degere videntur, vt in continuo ſint opere & exercitatione, cum in deſiderijs ſit omnis otioſus. Eiúſque dicto ſuffragatur decretum Imperatorum Valentiniani & Valentis deſcriptum in l.quidam ignauiæ. C. de decurio.lib.10. Porrò ij qui continentem vitam Deo promiſerunt, & tale votum infringunt, maiori reprehēſione digni ſunt, quàm qui lapſu carnis (quod naturale peccatum appellant) à voluptatibus ſeducti, qui legibus diſplicent,nefarios coitus amplectuntur.Itaque pudicitia hominem quidem verecundum & honeſtum redolet:cōtinentia verò quandam vitæ Chriſtianæ perfectionem arguit: Illud eſt generale nomen, hoc ſpeciale. Sed pudicitia à pudore tam rei ipſius effectu, quàm proprij nominis ſignificatione deſcendit.Pudor enim moderator cupiditatum & ornamentū cuiuſcunque ætatis nuncupatur. Aliquando tamen priuatim per detrectationem ſiue obiurgationem, aut conſcientiam criminis admiſſi: interdum publicè per contumelias & iniurias atroces coram omnibus illatas, aut ignominiam facti vel iuris offenditur; vt eleganter declarat Papinianus in l.ob hæc verba.de his qui not. infa. Nouiſſimè diligenter nos attendere oportet, vt pudori ſemper metus coniungatur,veluti copioſiſſimè tam exemplis quàm rationibus probat Plato tertio & quinto de Repub. Dialogo. Si namq; ab inuicē ſeparentur:hominis id potiùs erit abiecti & ſordidi,

Ignauia proximus gradus ad luxuriam.

Continētia. Differētia inter pudorem & cōtinentiam.

Quomodo pudor offenditur.

Pudori ſemper metus coniūctus.

quàm liberalis & ingenui, in quo nõ famæ pudor, ſed ſupplicij timor deprehenditur, vt ait Cicero in orat. de prouinc. conſſ.

De Pudore, & Continentia, Tit. viij.

CAP. I.

Ratio.

MVlta relinquuntur hominum pudori.] §. 1. Inſt. de fide. hær. Nemo enim præſumitur proprium pudorem negligere. l. quę omnia. §. ſed ſi aduerſarius. de procur. Viris bonis metus pudoris, quàm mortis potior eſt. l. iſti quidem. Quod metus cauſa. Quod autem dictum eſt ſuprà in præfatione huius tituli de pudore quò bifariam accipitur, hîc nos confuſim tractabimus, nempe pudorem in genere & in ſpecie continentiam: nam hæc ſub illa tanquã ſub generaliori vocabulo comprehenditur. Erubeſcentis itaque partem habet remiſſionis, vt eleganter oſtendit Auguſtinus in can. quem pœnitet. de pœnit. diſtin. 1. cap. cùm non ab homine. de ſen. exc. Gyges apud Herodotum ἅμα τῷ χίτωνι συνεκδύεται, καὶ τὴν αἰδῶ ἡ γυνή. Idcircò Hieronymus non laudat lauacra in adulta virgine, quòd etiam ſola ſe ipſam nudam debeat erubeſcere. Verecundiam præmittat virgo ſeu mulier antequam nubat, quo ipſum coniugium magis commendet verecundia: neque ſolent expetere, ſed expeti à maritis. can.

Expoſitio regulæ per varia themata.

hono

can.honorantur.32.q.2.Hinc illud eſt:Officium cum pudore dimittat quod irreuerẽter aſſumpſit.c.cum ſit nimis.de Iud. Prohibita eſt quoque fœminis ratio poſtulandi ne contra pudorem ſexui conuenientem alienis ſe cauſis immiſceant.l.1.§.ſexum.de poſtulando.

Quoad continentiam attinet,bonum eſt caſtitatis præmium. can.1.27.q.1.can.ſicut.32.qu.1.cap.1. de his qui filios occid. Quomodo, inquit Hieronymus, ſola virginitas abſque aliis operibus non ſaluat, ſic omnia opera abſque virginitate, puritate, continentia, caſtitate, ſunt imperfecta.cap.hoc ſolum.33.qu.5. Sed lex continentiæ & Deo placens munditia maximè in eccleſiaſticis perſonis commendatur: Genæ enim ſponſæ in Canticis Salomonis,id eſt,prędicatores turturi comparantur. can. 1. & per totam diſtinctionem 43.cap.vt lex.27.q.1. Grægorius in proœmio Decretal. & ibi amplè ſcribit gloſſa. Nec tamen ſolum virgines continentes, ſed etiam coniugati pudici eſſe dicuntur. Deóque placentes per rectam fidem & operationem bonam ad ęternam merentur beatitudinem peruenire.cap.1.§.vlt.de ſumm.trin. & fide cath. in coniugali autem vinculo ſi pudicitia non ſeruatur, damnatio non timetur, ſed in virginali & viduali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita & electa & voto debito oblato, iam non ſolùm capeſcere nuptias,verùm etiamſi nō nubant nubere velle damnabile eſt. can. nuptiarum.27.quæ.1.Pudicitia itaque eſt virtus animi quæ

Paraphraſes de continentia.

quæ violentiam non ſentit & caſtitas animæ pudicitiæ corporis præfertur, cùm propriè non animo ſed corpori vis inferatur. ca.primum.in fi.22.q.2.cap. non eſt noſtrum.23.q.5.ca.1.& ſeq. 32.q.5.

CAP. II.

VOcem funeſtam, & contumelioſam intercidi potius eſt, quam audiri.] l. ſi quis ex familiaribus. Cod. qui accuſare non poſſ. Vnde deſumptus eſt.can.prius. §.ſi quis.3.quæ. 11.Huc quoque referri poſſunt, quæ tractantur circa tit.de iniuriis. Ratio, quia qui ſæpè maledictis vtuntur, etiamſi non corde maledicant, pudorem offendunt & oris inquinamenta incurrunt. Hieronymus in can.qui negligunt.24. q.3. Omnis itaque occaſio maledicti gratia excludatur hominum peſſimorum. can. oportet. 20.qu.2. Vetitum eſt alterius honorem famoſis libellis ſuggillare.can.1.& per totam.5.quæſt.1. Nec licet temerè cuiuis matrimonia contumeliis fœdare.l.quamuis adulterium. C. ad legem Iul.de adult. Caueat epiſcopus ne dicat in quemquam quod aliis documentis quàm per ſe conuincere non poteſt. Aliter incurret in damnum pudoris violati.can.fi. 6.q.2. Quin etiam debet mentem ſuam à maledicorum rumoribus atque obtrectationibus auertere, & ſola quæ æternæ vitæ ſunt, & ad vtilitatẽ ſubditorum proficiunt cogitare.can.in cunctis. 11. q.3. Quod vitium maledicentiæ volens reſecare Apoſtolus, mandatum neceſſarium imponit vt benedicamus, quo conuitiandi vitium am-

Ratio.

Paraphraſes reg. variis textib. ornatæ.

put

putetur, non quo iudicandi veritas & authoritas quæ homines latent, perimatur. can. Deus quando. 24. q. 3. vide etiam circa hanc regulam quæ ſ. dixi in tit. de honeſto & turpi. cap. 2.

Quidam tamen falſo exiſtimant, maledicere conſcientiæ bonæ ſignum. cap. vn. de ſchiſmat. in 6. Item reſpectu iudicantis aut ſententiam promentis non poteſt eſſe maledicendi cauſa, vbi ignoratur peccantis affectus: maximè cùm humanum iudicium tunc ſciat maledicta proferre, cum ſorte conuitiis atque iniuriis prouocatur. Alia quoque pulchra diſtinctio traditur ab Auguſtino: maledictum, inquit, prohibetur, quod procedit ex voto vltionis, & odio perſequentis, ſed maledictum, quo ſancti maledicunt procedit ex amore iuſtitiæ non ex liuore vindictæ. ca. cum ergo. 24. q. 3. Cæterùm hæc potius ad Theologos ſpectant: idcircò ad eos remittemus. *Limitationes & intellectus.*

CAP. III.

Caueat vnuſquiſque, ne linguam ſiue aures habeat prurientes.] Id eſt, ne aut ipſe aliis detrahat, aut alios detrahendo audiat. can. ex merito. 6. q. 1.

Ratio: nam qui de aliis temerè loquuntur, ſua iudicabuntur ſententia. *Ratio.*

Nec quid in vlla domo agatur, alia domus vnquam per eos nouerit. d. can. ex merito. Qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt. can. ſumma iniquitas. ead. quæſt. Similis eſt quoque detractor ei qui puluerem ſufflat, & in oculos ſuos excitat: nam vnde plus detractionis perflat, *Paraphraſes regulæ.*

inde

inde magis nil veri videt. can. inter verba.11.q.3. vbi quomodo cum eis agendum ſit vtiliſſimè diſſeritur. Subditus non debet animo detrahé-di potius quàm reprehendendi temerarius exurgere in prælatum, cum ei potius incumbat neceſſitas obſequendi. cap. cum ex iniuncto. in fi. de hæreticis.

Intellectus

At verò detractio, licet ex vitio detrahentium ſit, tamen iuſto Dei iudicio aduerſus bonos excitatur aliquando, vt quos aut domeſtica præſumptio vel aliorum fauor in altum extulerat detractio humiliet. Egregiè ponitur in can. oues. & can. ſunt plurimi. 6. q. 1.

CAP. IIII.

OMnis libido ſeu illicita voluptas legibus diſplicet.] §. conſideremus. verſ. ſin autem. Authen. de triente & ſemiſ. coll. 3. §. 1. Auth. quib. mod. nat. eff. legit. coll. 6. l. ſi venditor. de ſeruis expor. l. vn. C. de S.C. Claud. toll.

Ratio.

Nam per vitia luxuriꝗ maximè dꝗmones coluntur, vt inquit Hieronymus. can. in eo fornicator. 32. q. 4.

Paraphraſes regulæ multis rationib. & iuribus ornatæ.

Non fruſtrà etiam dicit Boëtius, laſciuus animus vel laſciuioribus delectatur modis, vel eodem ſæpè audiens emollitur atque frangitur. cap. vn. de vita & honeſt. cler. in extra. com. Ex multo adipe prodit iniquitas puta luxus circa carnis deſideria & multa alia id genus. c. ſaluator. de præb. & dign. in extra. comm. vbi elegans exemplum de epiſcopo Tholoſano nimium opibus referto traditur. ita neque delitiis aut luxuria ſed iuſtis affectionibus metiri

man

manumiſſiones oportet.l.illud de manu.vindicta. Cauet Imperator ne mulier viduitatem ſtupri procacitate commaculet. l. ſi mulier. C. de adult.Quin etiam ſi actus venereus non intercidat, tamen multa alia propinqua dedecoris &crimini maculam confiteri coguntur.Cyprianus in can.nec aliqua.27.q.1.Qui tenet domi adulteram vxorem, virum ſub maledicto facit.can.dixit dominus.32.q.1. At verò ſecundùm Chriſtianos eadem à viro quæ ab vxore debetur caſtimonia.can.nemo.32.qu. 4. In mulieribus ingenuis illuſtribus quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt, nominari ſpurios indignum eſt.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orficia. Qui ex odibilibus & prohibitis nuptiis procedunt neque naturales vocari, neque participandam vllam eſſe clementiam cauetur: ſed ſit ſupplicium etiam hoc patrum, vt agnoſcant quia neque quidquam peccatricis concupiſcentiæ eorum habebunt filij.§.vlt. Auth. quib.mod.nat.effi.ſui.coll.6. Sanctius eſt quippe defungi ſine liberis quàm ex illicito coitu ſtirpem quærere.can.ſatius.32.qu. 4. Inceſtuoſi perpetuam continentiam ſeruare tenentur & enorme deflere delictum quod pro nefanda libidine contraxerunt: præſertim ſi circa perſonas huiuſmodi de lapſu carnis non timeatur. cap. ex literis. de eo qui cognouit conſang.vx.
Continentes & caſtè viuere ſtudeant clerici, præcipuè in ſacris ordinib. conſtituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maximè illo propter quod venit ira Dei, in filios diffidentiæ, *De continẽtiâ & caſtitate clericorum.*

quæ

quatenus in conſpectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant miniſtrare.ca.vt clericorum.de vita & honeſt.cler. Vnde canones ſancti & decretales inhibent clericis ne intra domum teneant mulierem ſiue ſit mater ſiue ſoror aut alia conſanguinea. Nam inſtigãte diabolo & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut ĩpediſſe quis earundem. ca.1.& ibi gloſſ.de cohab.cler. Iſtud tamen per concilium Piſtorienſe abrogatum eſt: quo permittitur tales cohabitare mulieres, in quibus naturale fœdus nihil permittat ſæui criminis ſuſpicari.cap.à nobis. illo tit. Semel autem virginitas vel caſtitas læſa reſtitui non poteſt. l. vn. in pr.& ibi gl.C.de raptu virg.can.ſi Paulus.32. q.5. Quapropter fornicatio nemini impunè cõceditur. c.nubendi.27.q.1. Sed qui alicuius pudicitiæ ſiue maris ſiue fœminæ attentauerit, grauiter punitur. l. ſed eſt quæſtionis. in fin.de. iniur.Neque iniuſta libidinũ deſideria vlla venia defendet ſeu aliquod adminiculũ vel prætextus. Pia conſtitutio Iuſtiniani Imp. abrogãs Anaſtaſianam in l.legem.C.de nat.lib. Veteribus legibus ab his fœminis pudicitiæ ſtatus requirebatur, quę iuris nexibus detinẽtur,& matrisfam.nomen obtinent:hæ autem immunes à iudiciaria ſeueritate & ſtupri & adulterij præſtentur, quas vitæ vilitas dignas legũ obſeruatione non credidit. l. quæ adulterium. C.ad le. Iul.de adul. Quod tamẽ hodie nõ obſeruamus: quia Chriſtiano more omnes fœminæ ſunt liberæ & ingenuæ cõditionis: atq; ita in omnib.

vtrin

vtrinque pariter peccatur. Notum eſt illud exemplum Heraclij Imp. qui cum illicitas contraxiſſet cũ Martina fratris ſui filia nuptias, miſerrimè periit, vſque adeò diſtento membro, vt quoties meieret, lotio vultum aſpergeret. Eadẽ ferè exempla tradũtur de Herode & Archelao eius fratre. Itẽ de Diogitane, & Diodato, quorum finis haud paulò infœlicior fuit. Cæterùm grauius eſt omnium delictum contra naturam, vt nullam omninò veniam mereatur. l. cum vir nubit. C. ad leg. Iul. de adult. can. offerebat. 32. q. 7. Violatur quippe illa ſocietas, quę cum Deo nobis eſſe debet, cùm eadem natura, cuius ipſe author eſt, libidinis peruerſitate polluitur. can. flagitia. ead. quæſt. Quare & acerrimè vindicatur: namque ex huiuſmodi actibus ciuitates ſimul cum hominibus perierunt, vt dicitur in pr. Auth. Vt non luxurientur contra nat. coll. 6. & in can. clerici. de exceſſib. prælat.

Delictum contra naturã grauius omnibus.

Procliuis eſt certè curſus ad voluptatem & imitatrix natura vitiorum, ſed qui certa ratione legibus cohibetur. can. procliuis. 20. q. 3. Itẽ eas quę pudorem ſuum alienis libidinibus proſternunt, non etiam quæ per vim ſtuprum paſſę ſunt leges puniunt. l. fœdiſſimam. C. ad legem Iul. de adult. quoniam ſcilicet ita corpori vis infertur, non animo, vt ſ. dictum in cap. 1.

Diſtinctiones & intellectus.

In Tit. de Conſcientia, Innocentia, & Culpa.

Adin

Cõtinuatio. Pudor & metus differunt.

Dinueni quoque pulchram diſcriminis rationem inter pudorem & metum: quod pudor ex conſcientia bona, & integra promanat, quàm à Deo immortali accepimus, quæq; à nobis auelli nullo modo poteſt: timor autem oritur ex conſcientia peccatorum, quæ in malum ſonat. Nã ſi optimorum conſiliorum atque factorum teſtis in omni vita nobis conſcientia fuerit, ſine vllo metu ſumma cum honeſtate viuemus. Hinc illud poëta:

De conſcientia.

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi nulla paleſcere culpa.

In ſumma concludendum eſt & virtutis & vitiorum ſine vlla diuina ratione graue conſcientiæ põdus eſſe, qua demùm ſublata, iacent omnia, vt ait Cicero lib. de nat. Deorum. & in Paradoxis. Nec tamen omninò ſufficit recta conſcientia gubernari, niſi & innocentes manus præſtemus, & omnem culpam à nobis amoueamus: quod ſanè perrarò accidit ſine aliqua vi conſcientiæ aut deſtinatione animi. Quamquam apud Iuriſc. diſtinctio fiat inter latam culpã, leuem, & leuiſſimam: Item inter magnam & paruam culpam. Magna culpa dolus eſt. l. magna. 226. de verb. ſign. Item lata culpa dolo comparatur. At verò leuis & leuiſſima nec dolum continẽt, nec animi propoſitum redarguunt, ſed extra ordinẽ ſolent coerceri, vt ĵ. hoc tit. cap. 4. oſtendemus. Ita denique eſt omnibus prouidendum, ne criminentur iniuſtè, vt tamen caueamus, ne delinquant inſolenter, contra morbum vtrumque cõgruam apponentes medicinam, vt eleganter dicitur in cap. qualiter. in 2. de accuſat.

Innocẽtia.

Culpæ diſtinctiones.

De

De Conſcientia, Innocentia, & Culpa, Tit. ix.

CAP. I.

QVos conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta non timeant.] vt multis eleganter probat Grægorius. can. cum in cunctis.11.q.3.

Deus enim Opt.Max. conſcientiæ teſtis eſt. can.quacunque arte.22.q.5. Quò ſanè effectum eſt vulgatum illud prouerbiũ: *Conſcientia mille teſtes.* Inter iuſtum nempe iudicem & conſcientiam tuam noli tenere niſi cauſam tuam: non enim hominum linguas ſed conſcientiam curare debemus. can. cuſtodi. can. inter verba. 11.quæ.3. Duæ res ſunt conſcientia & fama, illa propter nos, hæc propter alios nobis neceſſaria eſt.can.nolo.12.q.1. Vnuſquiſque maximè epiſcopus intus curet habere nitorem conſcientię, de quo loquitur Apoſtolus: Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.ca.1.de ſacra vnctione. Quando dubitatur vtrum iuramentum ſit verum an falſum, ſuæ conſcientiæ eſt relinquendum, quia iuſiurandum habeat Deum vltorem.cap.mulieri.de iureiu. Sed cum conſcientię alicuius relinquitur diiudicandum eius ſimplici affirmationi creditur. l. 1.§.2.de itinere actúque priuato. l.qui ſe patris. C.Vnde liberi. ca.Paſtoralis.de raptu.Quod quidem fuſius tractatur cum ampliationib. & reſtrictionib

Ratio.

Enarratio regulæ per diuerſa ſchemata.

nibus à Socyno reg.72.& Medicæo reg. 8. Mouetur tamen eo caſu ne quidquam contra cõſcientiam mendaciter vel doloſè aſſerat ſeu confingat. cap. 1. §.ſanè. de foro comp.in clem.

Amplia-tio. Quin etiam beneficio reſtitutionis obtempto qui conſanguinitatis habet notitiam nec exigere debitum contra conſcientiam nec ſoluere tenetur: Qui ſecus egerit,ædificat ad gehennã ſicut nec cõſanguinitatis conſcius,ſuper cuius coniugio quæſtio non mouetur. cap.literas. de reſtit. ſpol.

Exceptiões & intelle-ctus. At proculdubiò interdùm non ſufficit bonã conſcientiam fouere: nam & propter maleuolos teſtimonium oportet habere bonum ab his qui foris ſunt iuxta dictum Apoſtoli: Ideóque epiſcopi ſine teſtibus ſacrificia non celebrent, nec ſacramenta conficiant,quemadmodun declaratur in can. epiſcopus. & can. iubemus. de conſec.diſt.1.

Cauendus eſt vanus conſcientiæ ſcrupulus. Ex diuerſo cauendũ eſt,ne vanus cõſcientiæ ſcrupulus,& remordens,in debito faciat repeſcere aut ceſſare, vt probatur exemplis in ca.intelleximus. de ætate & qual. Expedit enim vt conſcientiæ puritati non deſit iudicium rationis.cap.2.de reg.& tranſ.ad relig. in 6. Et ſi omnes quos arguit conſcientia cuiuſlibet culpæ beneficio cederent,pauci vel nulli in illo miniſterio remanerent. cap. niſi cum pridem de renunt. Elegans autem diſtinctio traditur inter conſcientiam ex credulitate leui ſeu temeraria, & ex probabili & diſcreta proficiſcentem. Quia in primo caſu epiſcopum conſulere debet

bet: in ſecundo ſe temperare, ne in alterutro vel in legem coniugij vel contra iudicium cõſcientiæ committat. cap. inquiſitioni. de ſent. excommun.

CAP. II.

Exquirenda eſt ſummopere innocentia reorum.] l. ſeruum quoque. §. publicos. de proc. l. exigendi. in fi. C. illo ti. §. eos autem. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. coll. 2. §. 1. Auth. vt Eccleſ. Rom. coll. 2. §. deinde. Auth. de mandat. prin. coll. 3. cap. vn. ver. qui autem fuerint. de ſtatut. & conſuet. apud Freder. cap. licet Hely. de ſimonia.

Ratio enim recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. l. fi. C. de iis qui lat. occulta. cap. vn. de relig. domibus. in extra. commu. Quamobrem ſub pietatis ſpecie non grauentur innoxij. cap. 1. de hæret. in clem. Cauendum eſt ne innocentiæ puritas falſis accuſationibus confuſa ſuccumbat: nec impedienda eſt eius dignitas qui nihil commiſit. l. ſpurij. de decurion. can. geſta. diſt. 74. Et ne aliquando contingat innoxios puniri, ideóque in vniuerſitatem vel collegium ſententia excommunicationis non profertur. cap. Romana. in fin. de ſent. excommun. in 6. Non ſtatim reus exiſtimetur, qui accuſatur, ne ſubiecta forſan innocentia feriatur. l. final. Cod. de accuſat. Vnde iuxta Chriſtianam pietatem pulchrè exclamat Boëtius: *Hoc tantùm dixerim vltimam eſſe aduerſæ fortunæ ſarcinam, quòd dum*

Ratio.

Paraphraſes regulæ variis exẽplis illuſtratæ.

miſeris aliquod crimen infligitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur. Nihil venalis accuſatorum terror in eas faciat iudicare perſonas, quæ innocentia ſecuræ ſunt.l.nihil.C.de quæſt.Cauſa eſt legis impulſiua, vt tuta ſit inter improbos innocentia,&in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur audacia.Iſidorus in ca. 2.diſt. 4. Innocens qui propter metum potentis aduerſarij argentum dedit, repetet: ſi verò conſcius criminis, non repetit, ſed vnà cum ipſo qui accepit,punietur. l. ſerui. C. ad leg. Iul. de adult. Qui innocentiam ſuam probat, eúmque à quo accepit, id eſt, qui crimen commiſit, exhibet ſe liberat à pœna.l.maiorem.C.ad legem Cornel.de falſis. Innocentia enim purgari crimen, non adulta ætate oportet. l. ſi quis te.C. ad leg.Cornel.de ſicar.Iudex autem non minus accuſatorem ad docenda, quæ detulit, quam reum ad purganda quæ negat, vrgere debet.l. fina.in fin.C.de abolit.Sicut nimis graue eſt ad exterminationem hæreticæ prauitatis non agere quod ipſius contagioſa enormitas agendũ requirit:ita damnatione digniſſimum malitioſe inſontibus eandem imponere prauitatem.c. 1.§.verum.de hæret.in clem.Confitetur de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationibus putat, quemadmodum ex aduerſo innocens vt abſoluatur iudicium quærit. ca.nullus dubitat.de præſump. Qui iniquitatis particeps non eſt,non debet ſuo iure ſine culpa priuari.c.diſtrictionem.c.pen.&fi.de eo qui cogn. conſang. vx. Idcircò quod quis innoxia acqui-
ſiet

ſierit, liberè ad heredes ſuos tranſmittit. l. ſi quis poſt hæc.§.ſi.C.de bon.proſcr. Appellationis remedium non eſt ad defenſionem iniquitatis,ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum: c.cum ſpeciali.§.fi. de appell. Nec leuis eſt culpa infligere pœnam excõmunicationis inſonti, niſi forſan errauerit ex cauſa probabili, maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat. Alioqui grauiter ſecundum qualitatem facti punietur. ca. ſacro.de ſen.excom. Egreſſus malitiæ, virtutis, id eſt,innocentiæ operatur ingreſſum: nam eodem ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur: & vitia, cùm per pœnitentiam purgata fuerint, nomina eorum abolentur. ca. cum renunciatur.32.q.1.can.nullus.36.q.2. Hinc naſcitur alia ſubregula: *Rem quæ caret culpa, in damnum vocari non conuenit.* vel, *Sine culpa niſi ſubſit cauſa, non eſt quis puniendus.* l.ſi ideo.C.de his quib.vt indig. c.ſine culpa.de reg. iur. in 6. quod quidem intelligitur de culpa præcedente: nam alioqui pœna in culpam verteretur quod non eſt tolerandum.can.ſi mulier.diſt.5. vt ſtatim prox.tit.explicabitur.cap.2.de conſtit.cap. ſi.qui mat.accuſare poſſ.cap.lator.de homicid. Quod amplius oſtendit & diſtinctiones ponit Damaſus reg.2.& Medicæus reg.6. Lex ſeu ſtatutum omnem exceptionem excludens non intelligitur innocentiam excludere, Baldus in l.edita. C. de edendo. Alex. conſ.12.volu.5. Anchara.conſ.95. *Subregula*

At verò qui impetitur, ad purgandam ſuam innocentiam non eſt cogendus.ca.1. 2.q.5. Item *Intellectus & diſtinctio regulæ.*

qui ſe occidit, homicida eſt,& tantò nocétior, cùm ſe occiderit, quanto innocentior in ea cauſa fuerit, qua ſe occidendum putauit. can. ſi non licet.23.q.5. Item frequentius quamuis non ſine cauſa, ſine culpa tamen multorum interdicti ſententiæ proferuntur. ca.2. de ſent. excom. In extra. comm. Item accidit aliquando vt quis iure ſuo ſine culpa priuetur. cap. quanto. & ibi bona gloſſa. de diuort. Item bonarum mentium eſt ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. cap.2. de obſer. ieiun. Item aliquando pœna irrogatur eò quod factum ſit mali exempli. l.4. §.1. l. in lege. ad legem Corn. de ſicar. l. ſi quis aliquid in 2. §. abortionis. de pœn.

CAP. III.

6 QVæ ad delictum inuitãt, reiicienda ſunt.] l. conuenire. de pactis dot. l. generaliter. l. veluti. de verb. oblig. l.1. §. maxima. Nautæ caup. ſtab. l.2. C. de indict. vid. toll. Aut. ad hoc. §. ille. C. de Lat. lib. toll. §. cum igitur. Auth. de non elig. ſecundo nub. §.1. verſ. habeat. Auth. vt eccl. Rom. coll.2. l. ſi ſub conditione. de condit. inſt. §. ſtudium. Auth. de triente & ſemiſſe. coll. 3. §.1. in fi. Authent. quib. mod. nat. effi. legi. coll. 6. §.1. Authent. vt qui obligatas ſe perhibent, collat.6.

Ratio. Delictorum enim turpis eſt participatio & legibus odioſa. l. quod autem ex furto. pro ſoc. Quò fit, vt etiam nemini delictum opituletur. l. ſi ab hoſtibus. §. fin. ſol. mat. l. fin. C. de reb. cred. & iureiur. de quo ſ. tetigi in tit. de ſuo. cap.5. facit cap.3. de appellat. cap. iniuſtum. de rerum perm

permut.cap.eum qui.de præb.& dig.in 6. Adeò quidem, vt ſi tutor ex dolo communi conuentus aliquid præſtiterit, non habeat aduerſus contutores regreſſum, quia proprij delicti pœnam ſubiit: quæ res indignum eum effecit, vt à cæteris doli participibus quid conſequeretur. l.1.§.planè.de tutel.& rat.diſtr.

Non eſt permiſſum laudibus alterius malitiam tollere, neque malitiis hominum indulgere, neque flagitiis præſidia quærere, ſed praui mores ab vnoquoque redarguendi, ne ſcilicet occaſio præſtetur delinquenti, rurſus idem perpetrare.l.1.§.ſed vtrum.l.vt tantum. §. 1. ſed vtilis. de ſeruo corrupto.l.ſi quis ſeruo. C. de furt. l.fi.C.per quas perſonas. l. legem Anaſtaſij.C.de nat.lib.l.ſi ſeruos.in fin. de pig. act.l.fi. de oper. ſer.l.1. §.& alias. ſi quid in fraud.pat. l.quidam.C.de decurion.lib.10.cap.plerúmque de reſcrip.cap.3.& ibi gloſſ.de auth. & vſu pallij.cap.cum in eccleſiis.de maior. & obed. cap. 2.de colo & contum.cap.ſignificante.qui matr. accuſ.poſſ.cap.ſignificaſti.de adult. cap.ex parte de priui.l.in fundo.de rei vindic.l.ſi longius. §.1.de iudic. Miſericordius opem noſtram peccantibus ſubtrahimus, quam impedimus: non enim opem fert, qui ad peccatum adiuuat; ac non potius adiuuat, ſed obuiat ſubuertendo atque opprimendo. can. 1. 14. quæſt.6. Ad ſupplicandum non debet admitti, qui admittere ſacrilegium non dubitauit. can. frater. 17. quæſtio. 4. Omnis itaque peccandi occaſio ſiue opportunitas adimatur. Ne ſcilicet mors

Paraphraſes regulæ per varia themata.

Omnis occaſio peccādi adimatur.

ingrediatur per portas noſtras: vel ne ex hac occaſione humani generis inimicus ſua calliditate nos decipiat. Nihil eſt.n.infœlicius fœlicitate pe̊ccãtium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala volũtas velut interior hoſtis roboratur. Et cauendum eſt ne ſuadente diabolo vitium innoleſcat. l.vn.§.fin.C.de raptu virg.c. nec hoc prætereundum.14.q.4.can.viſis.16.q.2. can.peruenit. 18.q.2.ca.paratus.23.q.1. can.peruenit.30.quæ.1.can.pitacium.30.q.3. can. Agathoſa.27.quæſt.2.cap.petiſtis.de priuil.cap.2. de homicid.in 6. cap.1. & ibi gloſſ. de vſuris. in 6. cap. vnic. de teſtam.in clem.cap.2.§.ad hæc.de pœnit.& remiſſ.in clem.cãn.metuentes.17.q.4. cap. vnic. in fin. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine vlla dimi.confe.l.ſi lenones.C.de epiſ.aud.Notatur in l.ſcire.C.vt in poſſ.lega. can. peruenit. in 2.& ibi gloſſ.diſt. 93. Nec ſub occaſione maioris facinoris debet minus occultari. l. 3. §. ſi quis dolo.de tab. exhib. Nec etiam valet conſuetudo per quam quis ad peccandum inducitur.ca.ex parte.de conſuet. Nec alij exinde occaſionem peccandi,& alios decipiendi aſſumere debent.can.videtur.35.qu.6. Nec ſub ſpe impunitatis aut fiducia pœnitentiæ libera debet præberi peccandi facultas. cap. quemadmodũ. §.vlt.de iureiur.c.illud.de cleric. excom. Error ſeu delictum cui non reſiſtitur,approbari videtur,latú nque pãdit delinquentibus ſinum, qui peruerſis conatibus non reſiſtit. ca.vn. Ne ſede vacante in extrauag. Priuilegia infirmantur, quorum prætextu delicta remanent impunita,
pand

panditur auſus exceſſibus & cultus læditur iuſtitiæ. capit. vn. de priuil. in extrauag. Item de materia delictorum multas ſubregulas cum ampliationibus & reſtrictionibus ponit Azo. Rub.89.& Riſuicius in paratitlis.

Cæterùm vitia ſeu delicta ſunt potiùs coërcenda & refrænanda.l.fin. C.de nat.lib.l.in copulandis. C.de nupt.l.conſilio.de curat.furioſi. cap.vn.de ſimonia.in extrauag.comm.cap.2.de confeſſis. *Vitia ſunt coercenda.*

Vnde principes magis fauere debent correctioni morum in ciuitate quàm fiſci augmento.l.1. C. de ſec.nupt.can.quanuis error.in fin. diſt.38.Odio debent haberi peccata non homines,ideoque non ſæuitiæ gratia,ſed medelæ in eos animaduertitur. can.odio.diſt. 86. De pœnis & vltionibus infrà ſuo titulo dicemus.

Sed ſicut malorum vitia palpare quis non debet, ita nec malorum laudibus attolli: nihil enim eſt illo paſtore miſerius, qui luporum laudibus gloriatur.can.conſentire.& ſequ.diſt.83. Graue delictum eſt in delictis gloriari,cùm malefecerint,cap. quàm ſit graue. de exceſſ. præl. In exemplum enim culpa vehementer oſtenditur,quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.can.quia aliquanti.diſt.82.Dum vitia honor remunerat,in locum vltoris, is fortè qui vlciſcendus erat adducitur.can. fertur. pr. quæſt.1. *Nemo debet in delictis gloriari.* *Intellectus*

Proni autem ſunt & faciles homines ad peccandum.cap.vlt.de ſen.excomm.in 6.can. procliuis. 20. quæſt. 3. vt ſuprà tetigi proximo tit. *Procliues ſunt homines ad peccatum.*

Ab

Ab adoleſcentia viri procliuis ad malum ſenſualitas humana declinat, per quod morũ ſubuerſio in clero & populo frequenter obrepit, ideóq; neceſſarium fuit ei per ſuperiorem mederi, vt in procœmio Clement. Iohãnes ſcribit, Dierum excreſcente malitia, videmus mundũ in deteriora iugiter prolabi: ſic (hominum mẽtes aſſueta deprauante nequitia) malis paſſim cumulum ſuperaddi, vt & boni qui fortaſſis odirent virtutis amore delinquere, interdum cum peruerſis admixti concurrere cum illis in illicitis habeant, & in apertam materiam proſilire. cap. vn. de pœnis. in extra. Item in delictorum diuerſorum nexibus ac tenebris inuolutos plerunque trahit in maiorum ſcelerum præcipitium moles peccatorum præponderãs. cap. 1. de dilat. in extra. com. Quod ego aliàs his verſibus expreſſi:

Naſcitur è vitio vitium, ſcelerum quoq; mater.
Eſt ſcelus, in varios ducit quod ſæpè recurſus.

Interpretatio peccati. Omne igitur quod aliter fit, quàm probatũ eſt, peccatum vocatur, vt docet Auguſtinus ex Paulo Apoſtolo. in can. omnes deinceps. 28. q. 1. Qui enim peccat, non peccat legis authoritate, ſed contra legis authoritatem. cap. qui peccat. 23. quæſt. 4. Mala non ſunt, niſi quę crimine mentem implicãt, & conſcientiam ligant. can. illa cauenda. 15. quæſt. pr. Porrò qui malè agit, odit lucem, & abſconditè in iniuſtorum tabernaculo latere putat oculos iudicis cuncta proſpicientis. can. perniciosam. 18. quęſt. 2. Delictorum alia ſunt voluntaria, alia non voluntaria: id

id eſt, alia penes animi voluntatem, alia circa naturæ infirmitatem videntur conſiſtere. can. pr.15.quæſt.pr. Licet regulariter non vſus rerum, ſed libido, id eſt, animus delinquentis in culpa eſt.can.quiſquis.can.deliciæ. diſt. 41. De quo ampliùs ſupra tit.de volun.cap.4.

Nõ debet propter metum mortale peccatũ incurri.

Sed pro nullo metu debet quis mortale peccatum incurrere. nam tametſi aliquatenus extenuet culpam, non certè eam prorſus excludit. capit. ſacris. de his quæ vi metúſve cauſa. Quinetiam ſententiam potius excommunicationis humiliter ſuſtinere, quàm per carnale commercium peccatum operari mortale, quã do ſcilicet pro certo id comperit: ſin autem dubitat, proprium epiſcopum conſulat. ca.inquiſitioni. de ſen. excom. Vxor ſibi exitium præparat, vbi cauſa pietatis operatur impietatem. can. noſſe. 30. quæſt. pr. Meritò notandæ ſunt mulieres quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerint: oſtendentes ſibimet per ſuam incontinentiam placuiſſe, quod iuſta remiſſio poterat expiare.can.1.34.quæſt.1. Peccata autem nocentium nota eſſe debent, ideóque contra eum qui nocentem infamauit, iniuriarum agi non poteſt.l.eum qui de iniur.De delictis multa loquitur cum ſuis regulis Donatus Fina lib.4. Medicæus reg.2. & 3. Bernardus Dia reg.182.& 184. Socinus reg.120. Riſuicius, Batander, & Chærianus Moderni regularum compilatores.

Limitationes & diſtinctiones.

Verùm profectò nõ debemus temerè flagitia reprehẽdere.can.quiſquis.diſt.41.Item ſan cti

cti qui conſummare certamen pium geſtiunt, & currere curſum ſalutis, ſicubi fortè vt homines corruunt, naturæ magis fragilitate, quàm peccandi libidine, fortiores & acriores ad currendum reſurgunt, pudoris ſtimulo maiora reparantes certamina, vt non ſolùm nullum exiſtimetur attuliſſe lapſus impedimentum, ſed etiam velocitatis incentiua cumulaſſe exemplo athletarum & pugilum, vt eleganter declarat Ambroſius in can. ille rex tantus. de pœnit. diſt. 3. Item ſicut in delicti, ita in delinquentis ratione plures ſunt gradus. can. quemadmodũ. 32. quæſt. 7. Maiori quippe reatu delinquit, qui potiori honore fruitur, & grauiora facit vitia peccatorum ſublimitas peccantium. can. nulli. 24. quæſt. pr. Dignitas delinquentis peccatum auget. Quod intelligitur quoad pœnam pecuniariam, quia plus punitur in pecunia diues quàm alius. Item quoad animam pro quantitate contemptus Dei. Sed quoad pœnam corporalem plus punitur inops, veluti tractat Damaſus reg. 52. vbi multa iura in hanc rem cum ampliationibus & diſtinctionib. adducit. Multiplicitas quoque prolis ſuſceptæ in adulterio magis eorum crimen aggrauat, & diuturnitas temporis. cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. At quoties nihil ſine captione poteſt inueſtigari, eligendum eſt, quod minimum cõtinet iniquitatis, vt latè ſcribentes in l. quoties. 200. de regulis iuris. Item delictum perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ ſeu alterius redundare. l. neque 159. de regul. iuris. l.

pen.

pen.de tab.exhib. Quod quidem ampliùs declarat cum multis iuribus hinc inde allegatis & ſolutionibus Damaſus reg.32. Item paria delicta mutua compenſatione diſſoluuntur.l.viro. & ibi Gloſſa.Sol.matrim.l.mulier.Rerum amotarum.cap.intelleximus.cum ſeq.de adul.l.2.§. idem ait. ne quid in loco publico.Veluti dolus dolo.l.3.§.ſed ſi ſtipulator. De eo per quem factum erit.l.ſi duo.de dolo.l.1.§.planè. de tutel. & ratio.diſtrah.item negligentia negligentiæ. l.ſi ambo.de compen.l.domum.de con.emp.Facit l.ſi duorum (malè à Bartolo expoſita) de act. empt.Item mora moræ.l.ſi mora.ſolut.matr.Item lucrum damno.l.ſi negotia.de neg.geſt.De quo etiam tetigi ſuprà tit.de ſimilit.cap. 1. At verò in criminibus diſtinctis ſecus: nam crimẽ ab vno quoque commiſſum puniri debet: non autem ob compenſationem mutui criminis inter vtrumque communicari.l.2.§.ſi publico.l.ſi vxor.§.iudex. Ad legem Iul.de adul.Fallit item hæc ſubregula, quando agitur de pœna fiſco applicanda, vt Socinus oſtendit. reg. 182. Item alia iura & exceptiones allegat Damaſus reg. 119.Item ſic intelligitur, ſi compenſatio ſuo tẽpore obiecta ſit.d.l.viro. & l.pr.§.ſi publico.l.ſi maritus.§.pręſcriptiones.Ad legem Iul.maieſt. vel ſi ſibi non præiudicauit approbando delictum. dicta l. ſi vxor.§. vlt.quemadmodum & ampliùs explicatur per Azonem Rub.85.

CAP. IIII.

CVlpa ab omnibus præſtatur.] l. mulier.§. ſed enim ſi quis.ad Trebel.

Culpa

Ratio. Culpa enim quę dolo proxima eſt, dolum repræſentat. l. pr. Si is qui teſta. liber eſſe iuſſus. *Diſtinctio culparum.* Vnde trahitur diſtinctio inter multas ſpecies culpæ: aut enim culpa eſt lata, quę & dolo proxima vocatur, de qua regula noſtra intelligitur. l. quæſitum. §. eum quoque. de precario. Facit l. cedere. 213. §. fin. de verb. ſign. l. contractus. 24. de reg. iuris. l. quod Nerua. depoſiti. l. 1. C. illo titulo. Alia eſt leuis culpa. l. tutore. verſic. 2. *Expoſitio regulæ cũ multis authoritatib.* C. de neg. geſtis. Et alia leuiſſima. l. in lege. in 2. Ad leg. Aquil. De his tractatur in l. cum res. §. culpa. de legat. pr. Item quomodo locum habeat in omnibus rebus docet pro ſuo more Laconicè Petrus Loriotus doctor noſter in tit. de regulis iuris. axio. 145. cum ſequent. Sed magis eſt, vt propter culpam teneatur quis ad omnia quæ inde contingunt. cap. 1. de cuſtod. euchar. Item vbi culpa pręceſſit, ſemper tenetur de caſu, licet id non mandauerit, quia hoc euenire poſſe debuit cogitare. cap. vlt. & ibi Gloſſ. de homicid. in 6. Culpa autem eſt id facere, quod prudens & diligens paterfam. non feciſſet. l. ſi ſeruus. de act. empt. Sicut è contra culpa abeſt ſi omnia facta ſunt, quæ diligẽtiſſimus aut certè diligens quiſque obſeruaturus fuiſſet. l. ſocius ſocio. Pro ſocio. l. ſi merces. §. qui columnã. locati. veluti ſuprà quoque tetigi in tit. de labore & diligen. cap. 2. Cæterùm circa culpam multæ ſubregulæ traduntur cum ſuis ampliationibus & reſtrictionibus per Medicæum in tractatu ſuo. 2. parte, Azonem Rub. 104. Viuienum, & Donatum Finam lib. 5.

Atqui in obligationibus dandi ſola culpa in faciendo conſideratur, non in non faciendo: ſecùs in vendicatione rei poſt litem conteſtatam.l.ſi ſeruum. & ibi notatur. de verb. obl. Item in pœnis corporalibus infligendis, lata culpa dolo non comparatur, vt eleganter demonſtratur exemplis. l. in lege Cornelia. & ibi notant Doctores. Ad legem Cornel. de ſicar. & hoc quidem ampliùs declaratur & limitatur per Bernardum Diam reg.540. *Exceptiones.*

In Tit. De Præmiis, Pœnis, Vltione, & Indulgentia.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Magna eſt vis conſcientiæ in vtramque partem, vt nihil timeant, qui nihil commiſerũt, imò verò præmia expectent, qui bona egerũt: & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarunt. Cicero pro Milone. Atque in hoc verè iuſtitia diſtributiua verſatur, vt tractant Doctores in l.pr. §. in l. præcepta. de iuſtitia & iure, & nos ſuprà in exponendis generalibus iuris præceptis tetigimus. Solon quippe duabus rebus Remp. contineri dixit præmio & pœna: præmium quidem virtutibus & ſupplicia vitiis ſtatuendo. Cæterùm ſicut peccatum ſeu culpa, tum publicè per pœnarum publicarum inflictionem, tum priuatim per modicam vltionem & caſtigationem vindicatur: *Cõtinuatio* *Solon duabus rebus Remp. contineri dixit, præmio, & pœna.*

ita

Pœna & vltio in quo differunt. *ita etiam liberatio culpæ aliquando contingit, interdum errati venia indulgetur, vt rectè diſtinguit Cicero pro Ligario. Liberatio culpæ omnem maculam animi abſtergit, fitq́ aut per diſſimulationem aut tacitam remiſſionem.* *Indulgẽtia* *Indulgentia verò expreſſa eſt abolitio pœnæ, ſed non criminis, aut infamiæ. l. indulgentia. C. de generali abolit. Sed hæc à Theologis ſtudioſiùs explicantur, quia licet ad exemplum diuini iudicij, & præmium et pœna cõſtituta ſint ab hominibus, tamẽ non ita ſemper eodem gradu, modo & ratione vtrumque procedit, ideóq́ ad eos qui penitiùs hæc omnia perſcrutari volet, lubẽs remitto. Vide circa hunc titulum quæ longè lateq́ diſſerit Gellius, lib. Noct. Attic. 7. tit. 3.*

De Præmiis, Pœnis, Vltione, & Indulgentia, Tit. x.

CAP. I.

Magis laudantur, qui ſpe præmiorũ, quàm qui pœnarum metu ducuntur.] vt elegãter demonſtratur in can. cum ergo. 24. qu. 3. Vulgatum eſt illud Horatij in Epiſtolis:

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Ratio. paraphra. reg. multis rationibus & authoritatibus ornatæ. Virtutibus enim pręmia ſemper tribuantur. l. fin. C. de ſtat. & imag.

Remuneranda ſunt pericula, imò præmiis cohortanda eorum qui magnum aliquid pro Repub. ſubeunt. vt amplè probatur in l. ſemper. §. negotiatores. de iure immu. & apud Cicero

ceronem in ſomn. Scipionis. Multis etiam oſtendere conatur Iuſtinianus Imp. Quomodo duces & milites ſtipendiis retineri debeant, ne ad rapinam aut verò lucrum commeat tale, ſiue aliud illicitum inducantur.l.2.C.de officio præf.præt. Aphricæ. Studiorum quippe labor meretur, vt præmiis & honorificentia prouocentur,non metu terribili,& neceſſitate incõgrua libertati,vt dicitur in d.l.2.& l.1.C.de officio aſſeſſ. Tribus animalia ducuntur ad parẽdum:Cibo abiectiora,delinimentis generoſiora,& plagis contumaciora,vt aſini : homo autem magis præmiis quàm his omnibus moueri debet. *Eccleſiaſticis*,inquit Gregorius,*vtilitatibus deſudantes eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, vt qui ſe voluntariis obſequiorũ neceſſitatibus ſponte ſubiiciunt, dignè noſtris prouiſionibus conſolẽtur.can.eccleſiaſticis.12.quæſt.2.*

CAP. II.

Puniendum eſt crimen iiſdem perſona, loco,tempore,modo,cauſa,& circumſtantiis, quibus committitur.] l.ſi ſeruus.§.pr.Ad legem Aquil.l.aut facta. §. vlt.l. capitalium.§. famoſos.de pœnis.l.1.C. Ad legem Iul. repet.l. conſenſu. §. hæc niſi.C.de repud.capit.vn.§.omnes peregrini. de ſtatut.& conſ. apud Freder.l.bona fides.in prin.depoſiti.can.mulier.15. quæſt.pr.can.qui malos.23.q. 5. Pœna ſtatuitur pro rerum & perſonarum conditione, modò duriùs,modò remiſſiùs.l.Pedius.§. penul.de incendio,ruina.l.Item ſi obſtetrix. l.qua actione. §.ſed & ſi. Ad legem Aquil. l.non ideò minùs.

C.de accuſat.l.vlt.de nox.act. l.1.C.de cuſt.reo.
Rationes. Ordo.n.iudiciarius in criminibus ſic eſt inſtitutus,vt nec innocentia inſidiis pateret aduerſantium nec culpa delinquentium ſententiam iuſti examinis effugeret.can.Lotharius.2.quęſt.1.Introductæ ſunt etiam pœnæ partim ad vindictā. can.iudicet.de pœnitent.diſtinct. pr. partim ad infamiam & exemplum, vt pœna vnius ſit metus aliorum l.pr. C. Ad legem Iuliam repet. l. aut facta.§.fin.de pœnis.Aliquando etiam vt ſint ſolatio parentibus & affinib. interemptorum.l.capitalium.§.famoſos illo tit.can.frater. 17.quæſt. 4. c.ad reprimendam. de officio iudic. ord. c.cum non de iudiciis. Alia eſt pulchra ratio Auguſtini in can.fin. 23. quæſt. 6.vt dum timore pœnæ malum in deſuetudinem ducitur, abhorreatur: bonū verò ex conſuetudine dulceſcat.Nā & hæc pars iuſtitiæ eſt,vt vnuſquiſque in ſuo contineatur officio.l. eum qui.l. qui Reipub.de iniur.l.ſi non cōuicij. C.illo tit. Sed hìc obiter notandum eſt nos primùm de regula in genere,poſteà ſigillatim de particularib.tractare, quātum ad materiam pœnarum attinet: nam ſuprà de ſingulis ſatis amplè diſſeruimus.
Paraphraſes regulę multis authoritatib. & exēplis cōprobatę. Quamobrem Reipublicæ maximè intereſt delicta puniri.l.ita vulneratus. Ad legem Aquil. l.locatio.§. quod illicitè. de public. & vectig. l. in delictis.§.cum dominus. de noxal.act. Adeò vt multos accuſatores in criminibus lex olim admitteret.l.4.de noui operis nuntiat. Hodie autem iure Gallico nulli ſunt accuſatores præter procuratorem regium ſeu fiſcalem: cæteri omnes

omnes denuntiantes vocantur: quorum officiū ſatis apertè diſtinguitur.

Nec debet delictum remanere impunitum, ne ex huiuſmodi impunitate alius faciliùs, & hoc facere pertentet. l.ſi quis ſeruo. C. de furt. l.Stichum.§.tametſi. de ſolut. l. ſi operis. & ibi Gloſſ.C.de pœnis.can.quapropter.l.2. quæſt.7. can.placuit.21.quæſt.pr.cap.3.de tranſlat.epiſc. can.quod ſi.27.quæſt. pr. cap.vt clericorum.de vita & honeſt.clericor.cap.vt famæ. de ſen.excom.cap.vn.de ſciſmat.in 6. cap.vlt. de pœnis. in 6.ſicuti latiùs declaraui in ſuperiore tit. cap. 3.Ob maleficia pœnas iudici magna ratio ſuadet.l.ſi à reo.§.fin. de fideiuſſor. Elegans eſt dictum Papiniani in l. pr. Ad Turpill. vbi facti quæſtio eſt in poteſtate iudicis: ſed pœnæ executio non eius voluntati mandatur, imò legis authoritati reſeruatur. Pœna immunitatem tribuere non debet, l. relegatorum.§.fin.de interd. & releg.

Dignus eſt pœna propter admiſſum: ſed magis, ſi vltrò venerit. l. res quæ. §. litis. de iure fiſci, niſi iudices puniant, aut ſi pœnam moderentur, eandem pœnam ſubibunt, vt ſingulariter notatur in l.fin. Cod. Ne ſanctum baptiſma iteretur: quia tegere videtur. l. 2. Cod. de commerc.& mercat. Idcircò iudiciorum vigor iuriſque publici tutela videtur in medio conſtituta,ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem. l. nullus. Cod. de Iudæis. Indignum eſt,vt vltionem pudoris præſtigia verſanti iuris excludant. l. ita nobis. Cod. Ad *Crimen nō maneat impunitū.*

legem Iul.de adul.Hæretici in fide, ne aliorum perditioni ſint, per ſeculares oportet opprimi poteſtates ſecundùm canonum ſtatuta. can. nec licuit.in fine. diſt.17. Quædam ſunt culpæ non omnes in quibus culpa eſt relaxare vindictam.can.quia ſunt culpæ.diſt.18. cap.1.de poſt. præl. Dignus eſt, vt ſeueritatem eccleſiaſticæ diſciplinæ ſentiat, qui ſalubriter à ſanctis patribus inſtituta obſeruare contemnit.can.nullus.diſt.55.can.iuſtum eſt.23.q.3.Quæ ſola admonitionis authoritate non corrigimus neceſſe eſt, vt per ſeueritatem congruentem regulis vindicemus: & ferro oportet abſcindi vulnera,quæ fomentorũm non ſentiunt medicinam. can.docendus.diſt.62.can. quia aliquanti. diſt. 81.can.Monachum.20.qu.4. Quomodo autem id fieri debeat ordinatim exẽplo corporalium morborum pulchrè docet.cap.ecce autem. 24. quæſt.3.Dignum eſt vt quos Dei timor à malo non reuocat eccleſiaſticæ ſaltem coërceat ſeueritas diſciplinæ.cap.cum in cunctis.§.vlt.de electio.& quos propria voluntas non emẽdat, animaduerſio compeſcet.can.plerique de conſecrat.diſt.4.cap.vergentis.de hæreticis.Si ſoluendo quis non fuerit, ſecundùm arbitrium diſcreti iudicis puniatur,vt hoc ſaltem timore perterritus nõ facilè in grauamen alterius falſas exceptiones proponat. cap. finem litibus. de dolo.cap.literas.de præſump.cap. ad liberãdam de Iudæis. Aliqui enim ſunt adeò negligentes, vt niſi in ſe canonicam coërcitionem fuerint experti,in aliis diſtrictionem nõ cuſtodiunt.

Egregia ſententia.

diunt.can.ſi cuſtos.27.quæſt.pr.Facit quod alibi dixi. Qui non habet in ære, luat in corpore. capit.2.de maledicis.l. pen. de in ius vocando. Cui aduerſatur cap. cùm tu manifeſtos, de vſuris.

Pœnæ autem non infliguntur duriùs ſæuiẽtis animo,ſed medentis.can.odio. diſt. 86.can. fraternitas.12 quæſt.2.can.ea vindicta.can.fin. 23.quæſt.4.ca.1. ca. prodeſt.23.quæſt.5.can. non putes.eadem quæſt.cap.qualiter. in 2. de accuſat.ca.1.de ſen.exc. in 6.cap.corripiantur.24.q. 3. Si verò aliquis clericus crimina publica eſſe ſupprimenda putauerit , & non denuntiauerit ſuperioribus ad coërcendũ is ſui honoris & ordinis eliſor cenſebitur. & rurſus dictis crimini bus apud Deum ſe nouerit eſſe participem,cuius zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi fa cinoris cauſas non mouetur.can.ſicut.& ſeq.2. quæſt.7. Non eſt negligenda correctio , licet Deus quos voluerit , non correctos faciat eſſe correctos,exemplo medici qui languentes etiã moribundos ſanat: tunc autem ex correctione proficit homo, cùm miſeretur Deus atque adiuuat , qui facit quos voluit etiam ſine correctione proficere.can.ſicut.can.vaſis. 23. quæſt. 4.Mali item non à nobis perſecutionẽ patiuntur,ſed à factis ipſis.can.qui peccat.eadẽ quęſt. Deus malorum correctione placatur , ideóque cauendum,ne ſi diuinæ vltionis iracundia ſceleratorum fuerit actione commota,belli peſtis interimat , quos delinqentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant. can. ſi quos

Pœnæ corrigẽtis & medentis infligũtur.

igitur.illa quæſt.Magis enim diliguntur qui puniuntur,quàm qui impuniti relinquũtur.can.ſi non ex fidei.& can.ſequent.ead.quæſt.can.non vos hominum. 23.quæſt. 5. Qui morte iuſtè puniuntur , non ipſa mors nocet , ſed peccatum quod augeri poſſet, ſi viuerent, diminuitur, & viuentibus vtilis per eos metus incutitur. can. ea vindicta.4. quæſt. Ideò namque ad præſens Deus reddit ſupplicia , ne in æternum puniat. can.quid ergo. 23.quæſt. 5. Qui malos percutit, & habet vaſa interfectionis , miniſter Dei eſt, nec crudelis vocatur. can.non eſt crudelis cum ſeq.eadem quæſt. qui verò id agit ſine publica adminiſtratione , velut homicida iudicatur. can.quicumque percutit.23.quęſt.8.Pœna enim nulli eſt inferenda,niſi per iudicem.can.ſine de coniugij.33.quæſt.2.

Maximus rigor vltionis demonſtratur, vt contra vitæ ſubſidium mortis ſolatium innocet : viuens pœnæ non culpæ : vindictæ ſpeculum non offenſæ.cap.vlt.§. ſi quis verò. de pœnis in 6. *Quæ à nobis*,inquit Pontifex, *pro vtilitate publica ſunt inſtituta ſalubriter,eò diligentiores ſui obſeruatores inuenient,quò tranſgreſſores ipſorum maiori nouerint ſe pœna percelli*.cap.vn.de ſen.exc.In extrauag.cap. nuper.in pri.de præb. & dig.in extra.commun. Plures pœnarum grauitas quàm Dei timor arcere ſolet à peccato, idcircò pœnæ in eos exaſperari debent.cap.2. de ſimonia.in extra.commun.

De pœna quoad perſonam pœna caput ſequitur.

Quoad perſonam attinet,pœna caput,id eſt, authorem delicti ſequitur,nec egreditur.l.ſan-

ctio.C.de pœnis.l.pr.§.planè.de tut.& rat.diſtr. l.2.Si ex noxali cauſa agatur.l.pr.§.& cum etiã. Si quad.paup.feciſſe. §.quia verò.Auth.de non alien.collat.2.l. nec id iniquum. Si quis omiſſa cau.teſt.l.pr. de priuat.delict.cap. 2. de his quæ fiunt à maiore parte cap. c.inquiſitionis. de accuſat.capit.ſi compromiſſarius.§.pr.de electione in 6.

Decet enim eum qui dignus apparuerit pœna,puniri,res autem generi ſeruare : non enim res ſunt, quæ deliquerunt, ſed qui res poſſident. §. oportet. Authent.de mandat. princip. coll. 3.can.cognouimus. 16.quæſt.6. In delictis quæ ſunt communia vnius exactio alios pœna non liberat.l.tres tutores de adminiſtr. tut.qui eſt textus peregrinus in hanc ſententiam. Cui adſtipulatur vulgare prouerbium in praxi apud Gallos : *En delict n'y a point d'adueu*. Itaque nec pœna fideiuſſorem reſpicit, niſi quoad vindictam pecuniariam.l. fin. de fideiuſſoribus. l. libertus.§.fin. Ad municip.l. fin.de adminiſtr. rer. ad ciuit. per. Vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti,id eſt, pœnæ ſubiicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. l. crimen. de pœnis. Alieno quoquè admiſſo filij non debent pœnam luere, quos nulla contingeret culpa, interdum in ſummam egeſtatem deuoluti. l. vlt. de bon.damn. De quo aliàs abundè tractaui in tit.de ſuo.cap.5. facit. l. nullum.§.filio.de decurionibus. can. Iudæi. pr. quæſt.4. Ex conditione perſonarum variæ imponuntur pœnæ. l.nemo clericus.C.de ſumma Trinitate.Quin & ex

Paraphraſes circa perſonale delictum.

furto à ſeruo commiſſo liber factus tenetur, cùm ſemper noxa caput ſequatur.l.licet. C.An ſeruus pro ſuo facto.l.2.C.de accuſat.

Propter ſocietatem nō minus punitur delictum.

Curandum eſt iudici, vt ab omnibus commiſſi conſciis. Inſtituta vindicta poſſit reportari.l.3. C.Ad legem Iul.maieſt.Nec aliquis exquirat ſibi comitem ad ſupplicia,quia propterea non minùs punietur.can.multi in fine. 2,qu. pr.Ex perſona furis, & qualitate corrigendum eſt furtum. Sunt enim qui habentes ſubſidia, furtum perpetrant:alij verò in hac re ex inopia delinquunt, vnde neceſſe eſt, vt quidam damnis,quidam verò verberibus corrigantur. can. fraternitas.12.quæſt. 2. Propter multitudinem delinquentium non eſt aliquid ſeueritati detrahendum. cap.dilectus.in 2.de ſimonia. In illis magis eſt plectibilis offenſa,per quos ad excuſandas excuſationes in culpis delinquendi authoritas vſurpatur.cap.inter dilectos.de excell.præl.Si in officio Irenarcha deliquit, vindicabitur ſeuerè in exemplum ne quid poſtea tale moliatur.Idem & de magiſtratibus dicendum eſt. l.diuus.in fine. l.ne quis. de cuſtod. & exhib.reo.

Exceptio præcedētis reg: de perſonali pœna.

Fallit tamen iſtud in crimine læſæ maieſtatis, vbi non propter res, ſed in odium delicti bona fiſco applicantur.l.quiſquis. C.Ad legem Iul. maieſt. quo loci filios perpetua edicitur egeſtate laborare,vt ſit eis mors ſolatium & vita ſuppliciū:quemadmodū ſuprà proximè dixi.

Itē fallit, vbi quis intermedio tēpore factus fuerit rei dominus. l. quod dicitur. de priuat. delict

delict. Item fallit, quando ſeruus furtum hereditati fecit, & poſtea manumiſſus eſt. l. 1. C. de noxal. act. Item in delictis atrocioribus omnē honorem aut dignitatem reatus excludit. l. 1. C. vbi Senatores vel clariſſimi. Item aliquando irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel morte perduntur non participatione peccati ſed cauſa ſacramenti vel deteſtatione peccati vel flagello delinquentium cauſa ſacramenti & aliis de cauſis: ſed non probantur puniri peccato aliorum homines niſi inuentores eorum, vt eleganter exemplis oſtenditur in ca. eccleſia. 1. q. 4. Item pro vnius delicto, & liberi, & familia & omnis ſubſtantia doletur, quod intelligitur corporaliter, ſiue quoad vindictam temporalem: non quoad ſpiritualem, ſicuti explicatur in ca. 1. & 2. 24. q. 3. c. vergētis. de heret. & in noſtro Pandore Dialogo prælibatum eſt: Damaſus idipſum latiùs tractat cum allegatione iurium in reg. 21. Sed hæc magis Theologorum ſunt quàm Iuriſconſultorum.

Item quod s̃. tactū eſt de ea ſententia: *Viſito peccata patrū in filios vſque ad tertiam & quartam generationem.* Auguſt. ſic interpretatur non in æqualitate iudicij, vt alij peccent, & alij puniantur, ſed magnitudine clementię, dum ſemper eos expectat ad pœnitentiam qui patrum vitio maculati ſunt. can. homini. 1. q. 4. Id etiam locum habet niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. cap. in quibuſdam. de pœn. *Intellectus reg. ex Auguſtino.*

Quantum ad locum regulariter ibi quis puniri debet, vbi deliquit. l. ſi cui crimen. §. idem *De loco.*

Imp

Imperator. de accuſ.l.3.in prin.de re mil. Quia id magis ad exemplum pertinet, cuius gratia pœnæ præcipuè comparatæ ſunt.

De tẽpore. Quantùm verò ad tempus, nihil valdè intereſt, licet regulariter diebus non feſtiuis pœnæ irrogentur. Sed & dieb.feriatis & ipſo die Paſchæ crimina latronum præſertim Iſaurorum exquirere conceditur,& condemnare: nam facillimè & in hoc ſummi numinis ſperatur venia, per quod multorum ſalus & incolumitas ſperatur.l.prouinciarum.C.de feriis.

De modo idem delictum vno modo punitur. Quoad modum:ſciendum eſt idem admiſſum pluribus legibus & modis non puniri, ſed vno modo.l.3.de his qui deiecerunt vel eff.l. Senatus de accuſat.l.ſanctio.de pœn. Satis eſt enim immenſorum cruciatuum ſemel luiſſe ſupplicia.l.omnes.C.de pœn.Sed quò ſceleratius cõmiſſum eſt crimen, eò grauius vindicandum.c. non afferamus & ibi gloſſ. in fin. 24.quæſt.1.ca. nihil eſt.de electiõ. cap. excommunicamus.§. credentes. de hæret. Dignum eſt, vt qui in tot præſumpſit offendere pœna multiplici caſtigetur.cap.1.de ſent.& re iud.in 6. Ad magnam iuſtitiam Dei pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. can.ſi ſacerdos.can.voluiſſent.de pœnit. diſt. 1. In paruis erratis iure patrio authoritas corrigat propinquum iuuenem & priuata animaduerſione compeſcat, vt quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non promouent, compellat correctio: quòd ſi atrocitas facti ius domeſticæ emendationis excedat, pla-

cet

cet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. Eleganter.l.vn.C.de emen.propinq. Atqui volumus ad præſens in pœnarum exaggeratione temperari rigorem : ad alias pœnas proceſſuri, ſi proteruitatem delinquentium id expoſcere videamus, inquit Pontifex in ca.1.§. nec ſuper. de pœnis in clem. Item qui in corripiendo modum exceſſerit, non à ſubditis, ſed à domino Deo veniam petat.can. facientis.in fi.cum ſeq. diſt. 86. Item cauendum eſt ne quis pœnis carcerum perimatur:quod innocentibus miſerum noxiis non ſatis ſeuerum eſſe dignoſcitur. Carcer enim non ad pœnam eſt ſed ad cuſtodiam. l.1.C.de cuſtod.reor.l.aut damnum.§.ſolent.de pœn.Secus autem de iure canonico.c. quamuis de pœnis.in 6.vbi aliquando carcer pœnæ loco ſtatuitur : non tamen vſque ad mortem. Panorm.in cap.nouimus.de ſent.excommun. Noſtris quoque temporibus, vbi exemplum ſupplicij non exigitur, in pœnam datur. Item leuis caſtigatio, non atrox ſæuitia quibuſdam perſonis conceditur. l. ſed et ſi quæcunque.in fin. & l. ſeq. ad legem Aquil. l.item quæritur.Locati. l.Prætor.§.præterea.l.non ſolum.§.quanquam. de iniur.cap.cùm voluntate.§.fi.de ſen. excom. Auth.ad hoc.C.de Latina lib.toll.Quintil.lib. 1.inſt.Orat.Medicæus reg.5. Sicut è contra auſteritas pœnæ inhibetur. §. 1. inſtit. de his qui ſunt ſui.l.1.& ibi Doctores. D. illo tit. Leuiter enim caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti : aſperitatis autem nimia increpatio, nec increpationem recipit nec ſalutem. can. cum

Carcer non eſt ad pœnam ſed ad cuſtodiam.

beat

beatus Paulus.diſt.45.

De cauſa. Quantùm ad cauſam : in quo quis peccauit, in eo & propter id puniendus eſt non vltra, nā proprium caſum pœna non excedit.§.pœnæ.de pœnit.diſt.1.l.milites.de cuſtod.& exhib. reor. Auth.omnes peregrini.C.commun. de ſucceſſ. cap.cum olim.in 2.de off.iud.del.cap. an ſit deferendum.de appel.cap.paſtoralis. de iure patr. cap.poſtulaſtis.de clerico excom. cap.prouida. de elect.in 6.cap.vlt.de pœn.in 6.cap.1.eod.tit. in clem.

Proprium caſum pœna non excedit.

Exemplum,Pœna capitis ſtatuitur, vbi delictum mortem minatur. l. ſaccularij. verſ. ſunt quędam.de extraor.crim.Qui porcum,capram, aut veruecem abigit non tam punitur , quàm qui maiora animalia.l.1.ver.ſed & qui.de abig. *Videte iudices* , inquit Auguſtinus , *ne maior ſit pœna quàm peccatum*.ca.quia ſanctitas.diſt.50.

Pœnitentibus pro qualitate delicti tempus & modus & ratio pœnitentiæ iniungitur. can. pro qualitate & ſeq.26.qu.7. Hanc quoque regulam ſpecialem probant multis iuribus hinc inde allegatis cum ſolutionibus, & diſtinctionibus Azo Rub.95.& Damaſus reg.126. Communibus exiſtentibus contra naturam iniuriis communem oportet adhibere vindictam. §.1. Auth.vt defuncti ſeu fu.eorum.coll.5.Vbi perſonarum non habetur ratio, paritas delicti requirit paritatem ſupplicij. l.1.C.de cupreſſis. li. 12.l.ſi quemquam.C.de epiſc.& cler.§.vlt. Aut. vt fratrum filij. coll. 9. Vnde Plato aiebat non manſurum ſe in ea.Rep.vbi pariter delinquentes

tes pari pœna non plecterentur. De paritate delicti vide quæ dixi s̃.tit.prox.ca.4. Quantùm ad circunſtantias; certum eſt pro variis circũſtantiis ſtatui pœnas. l. aut facta (quæ paſſim ad hoc allegatur) & l. reſpiciendum de pœnis. l.1.ad legem Corneliam de ſica. Plato etiam copiosè diſſerit Dialogo.9.de legibus. Item enim exceſſus magis eſt in vno quam in alio caſu ſecundùm circunſtantiarum varietatem puniendus. cap. ſicut dignum.de homicid.

De circunſtantiis. Pro variis circunſtantiis pœnæ imponuntur.

Multæ tamen ſunt exceptiones intellectus & diſtinctiones primariæ noſtræ regulæ. Itaq; vanæ voces populi non ſunt audiendę à iudice, quando aut obnoxium crimine abſolui aut innocentẽm condemnari deſiderant. Egregia eſt l.decurionem.G.de pœn. Item qui ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna. can.qui ea diſt.38. item pulchra eſt diſtinctio Auguſt.in ca. omnis. diſt.45. quem ſequitur Gregorius in c. ſed illud ead. diſt. vbi iuſtus iudex in vtroque penſo iuſtitiam & miſericordiam portat, per iuſtitiam reddit peccati ſententiam: per miſericordiam peccati temperat pœnā vt iuſto libramine quędam per æquitatem corrigat, quædam verò per miſericordiam indulgeat. *Rectorem*, inquit Gregorius, *ſubditis pietas matrem: diſciplina verò patrem exhibeat. Nec enim ſemper ſeueritas diſciplinæ in eos qui peccant exercenda eſt: quia nonnunquam amplius prodeſt clementia ad penitentiam, quàm lapſo ad correctionem vindicta.* ca.ipſa pietas.& can.quod Chriſtus. 23.q.4. Item quod iubemur diligere malos & inimicos noſtros, non

Exceptiones diſtinctiones & intellectus gnoſeos ſeu primariæ regulæ.

Pulchra diſtinctio Auguſtini.

eaten

eatenus intelligendum eſt, vt peccandi relaxetur impunitas ſed vt delinquenti correctio & naturæ miniſtretur ſubſidium, donec per ſententiam iudicis adempta ſpe correctionis malorum tollatur exercitium:nam ſicut pœnitentibus miſericordes eſſe iubemur, ita obſtinatis in malo miſericordiam impẽdere prohibemur, & aliquando vtendum miſeratione, interdum medicina ſiue correctione. c.non poteſt. ca.nimium.ead.q.Agenda quoque ſunt multa etiam cum inuitis quadã benigna aſperitate plectendis,quorũ potius vtilitati conſulitur,quàm volũtati, vt de correctione filij traditur exemplũ in c.paratus.23.q.1. cùm medendi animo potius quàm ſæuiendi pœnæ inuentæ ſint, vt ſ. in expõſitione regulę dictũ eſt.Plus autem erga corrigendos agat miſericordia quàm ſeueritas:cohortatio,quàm cõminatio: charitas quàm poteſtas, cum nemo noſtrum ſine reprehenſione aut ſine peccato viuat.c.licet plerunque. c.diſciplina.diſt.45.Itaque quî non eſt piger in vindicando,ſed vel corripit iuſtus in miſericordia, vel etiam ſi eam perſonam gerit, & ratio conſeruãdæ pacis admittit,coram omnib.peccãtes arguat,vt cęteri timeant pleniſſimum officium non ſolùm caſtiſſimę innocentiæ,ſed etiam diligentiſſimę ſeueritatis impleuit. can.ita planè. 23.q.4.Item quædam peccata ſalubri tantũ admonitione ſunt corripienda,non flagellis corporalib.vindicanda,ſed eorũ vindicta Dei examini reſeruanda:puta quando in delinquentes diſciplinã exercere non poſſumus,vel quia no-

ſtri

ſtri iuris nõ ſunt, vel quia talia crimina etſi nobis nota ſunt tamen manifeſtis indiciis probari non poſſunt, vt eleganter not. in c. cum in lege & aliis ſeq. ead. qu. Vnde Damaſus ſubtilis doctor hanc diſtinctionem aſſumpſit. Admonitio debet præcedere vindictam ſumẽdam à iudice etiam in notoriis criminibus. can. indignè. 11. q. 2. ca. ſacro. de ſent. exc. A iure vero bene infertur pœna etiam abſque admonitione. ca. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Iſtud probat multis aliis hinc inde iurib. in reg. 57. Sed vix eſt vt hanc diſtinctionem admittam, cum omnis magiſtratus lex ſit viua, eíque penitus comparetur. Item peccatum populi punitur in paucis, vt eorum exemplo cæteri ad pœnitentiam cogantur: ſed nõ omnis populus, nec qui cum eo ſocietatẽ habet punietur, quia hoc plus perturbaret infirmos bonos quàm corrigeret animoſos malos. c. Guiliſarius. c. non poteſt. 23. q. 4. Item non homo ſeparat, quos pœna cõdemnat, reatus accuſat, & maleficium coarctat. Bonum. n. eſt condemnari in peccato & flagellari in delicto. c. quos Deus. can. ſerpens. de pœn. diſt. 1. Item illicita excommunicatio ſiue punititio notatum nõ lædit, ſed excommunicantẽ condẽnat: nec in perpetuum damnamur, cũm iniuſtè iudicamur. ca. ſi haberes. in fi. & ſeq. ca. non in perpetuum. ca. ne illicita. 24. q. 3. Itẽ pœnæ mutari, mitigari ſeu tolli poſſunt, antequã infligãtur. l. ad beſtias, quæ eſt vulgata. de pœ. l. 1. §. 1. de effract. & expil. l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui not. infam. ca. ſi quem. 2. qu. 3. Qua de re multa hinc inde iura alleg

Subtilis Damaſi diſtinctio.

Pœnę mutantur, aut leniuntur ante inflictionem.

allegantur cum diſtinctionibus & limitationibus à Damaſo reg.87. Dia regul.547.548.& 549. & Socyno reg. 360. Quare licet nemo excuſetur à delicto commiſſo propter defectum ætatis,l.auxilium.de minor.tamen eius intuitu aliquando mitigatur pœna. l.1. C. ſi aduerſus delict. l.impunita.C.de pœn.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.l.auxilio.de mino. Infans autem occiſi nomine non tenetur. l.infans.ad leg.Corn. de ſicar.l.1.§.impubes.ad Syllan. Item pœna ex delicto contra heredes non tranſit.l.pen.C.ex delictis defunctorum. Quod limitatur multis modis à Socyn. reg. 339. & amplius declaratur ĩ.tit.de ſucceſ.& ſubrog.ca.1.Item in criminib. apertis ſeueros iudices vindices eſſe oportet: quod equidem ſępe iactare ſoleo de Nerij Torqueonis Proprætoris criminalis Lugdunenſis ſententia. Arg. l.ſciant cuncti.C.de probat. & §.ſi verò decretum.Auth.de nupt.coll. 4. Item ſatius eſt impunitum relinqui facinus nocentis quàm innocentem condemnari, vt vulgò notatur in l. abſentem. de pœn. Item differentia ſtatuitur inter clàm & palàm delinquentes. Nam qui palàm vt errantes à maiori pœna excuſantur. Qui clàm vt contumaces plectuntur. l.fi. de ritu nupt. Item ſemel omiſſa pœnæ perſecutio redintegranda non eſt, nec etiam hoc caſu in integrum reſtitutio conceditur. d.l.auxilium.Item ſine culpa niſi ſubſit cauſa non eſt aliquis puniendus,quia aliter pœna verteretur in culpam.cap.ſine culpa. de reg.iur.in 6.can.ſi mulier. diſt.5. De quibus mentionem amplam

fec

fecimus ſ.in tit.prox.ca.2.& j.hoc ti. circa fin. Item facta nocentium quæ innocentibus demonſtrari, vel ab innocentibus credi non poſſunt, non coinquinant quemquam, ſed propter innocentium conſortium etiam cognita ſuſtinentur. can.nimium.23.q.4.

Notabilia Non tamen facilè præſumendum eſt affines aut amicos delinquentis ſceleris fuiſſe cõſcios niſi manifeſtè appareat.l.reſcriptũ.de his quib. vt indign.Item non debet eſſe melior conditio furis propter continuationem delicti. l. inficiando.§.infans.de furtis. Item pœna criminis ex tempore legis eſt, quæ crimen inhibuit, nec ante legem vlla eſt rei damnatio, ſed ex lege, vt ſcitè dicitur.in can.dixit Sara.32. quæſt.4. Item qui deliquerunt, cùm fuerint corrigendi, humiliter ac deuotè ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua fuerit eiſdem iniunctum.cap.reprehenſibilis.de appellat.Item productior eſt pœna quam culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur pœna:Sed illud ſecundum Theologos interpretatur. can.productior.de pœnit.diſtinct. 3. Item culpa in pœnam, non autem pœna in culpam conuerti debet.cap.vnic. de purif. poſt. partum. can. ſi mulier. diſt.5. Item de pœnis & multis vide quamplurimas ſubregulas cum ampliationibus, diſtinctionibus, & reſtrictionibus quæ traduntur ab Azone rubr.75. & 85. Socyno in reg. 359. & 360. Donato Fina. lib.3. Mediceo reg.4. & 5.Riſuic.& Dia.reg.539. 540. 41.42.43.44.& 46. Item iudices non expectent, vt epiſcopi propriè vltionem iniuriæ depoſcãt,

quibus ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc.& cler.

CAP. III.

Ratio.

BOnus non recte iniuriam vindictæ petit.] ca.1.23.q.3. Quia ſic malum pro malo redderet: quod prohibitum eſt vt ſ. declaraui in tit.de virtute bonit.

Paraphraſes regulæ multa exẽplis.

Vnde & lex modum vltionis iudici attribuit, non parti,iudex enim bonum pro malo reddit, quando iuſtitiam ſincerè exercet,can.ſed differentiæ. ead. quæſt. Bibulus conſul Romanus à Cleopatra ſibi miſſos occiſores filiorum ſuorũ, vt vindictam de eis ſumeret, intactos remiſit, dicens ad ſe non pertinere vindictam, ſed ad S. P. Q. R. Item beneficia accepta recordari debemus,non mala: exempla C.Iulij Cæſaris,qui legitur omnium rerum præterquàm iniuriarũ memor fuiſſe. Quin etiam conſtat teſtamẽtum facientem plures ex iis qui eum occiderũt nominaſſe tutores filij,ſi quis ſibi naſceretur poſt eius mortem,vt refert Suetonius Tranquill. in eius vita.

Exceptiões & intellectus reg.

Verumenimuerò ſicut ſ. tetigi, regi ſeu iudici ad bonorum laudem & vindictam malorum gladius commiſſus eſt.ca.poſtulaſti.de homicid. Item non minùs vindictæ quàm exceſſus memoria prorogerur.cap.in quibuſdam. de pœn. Modum autem retributionis aut vindictæ, nimirùm quando liceat reddere pro malis mala vel non, aut pro bonis bona, aut ex antitheto copioſè declarat Aug. & exemplis illuſtrat in d.can. ſed differentiæ. Item ignoſcitur

pler

plerumque, ſi quis vlciſci voluit prouocatus. l. qui cum natu. verſ. ſi libertus. de bon. lib. Item heſterna die aut nudiuſtertius inimici facti accuſato, non debet contra ipſum ferre teſtimonium, ne læſi ſe vlciſci velint. can. accuſatores & teſtes. 3. quæ. 5. Quo loci Anacletus Papa morem Gallorum confirmat, qui triduo elapſo vix memores ſunt inimicitiarum, & tacitè nõnullarum nationum peſſimam vindictæ orexim condemnat. Multi ſunt alij caſus fallentiæ, qui notantur per Marſil. in l. 1. nu. 1. C. de rapt. virg.

CAP. IIII.

QVi lege permittente peccat, pœnam non meretur.] l. ſi mulier. de minor. vulgata l. Gracchus. & ibi notant gloſſ. & Doctores. C. ad leg. Iul. de adult. §. ſi quis autem. Aut. quomodo oportet epiſcopos. coll. 1. ca. qui peccat. 23. quæ. 4. cap. literas. de reſtit. ſpol. Faciunt ad hanc rem. l. & 2. C. ad leg. Corn. de ſicar. & §. iniuria. inſt. de lege Aquil. vbi ſecundùm leges aggreſſorem licet impunè occidere. Ratio eſt, quia nulla lex præſumitur lata ſine cauſa vel bona ratione, quę omnem culpę metum excludit. Nam quod ſ. dictum eſt. in tit. prox. c. 2. Sine culpa non eſſe aliquem puniendum, intelligitur cauſa præcedente: alioqui pœna vertetur in culpam, vt eleganter à Beato Auguſtino traditur. in can. ſi mulier. diſt. 5. *Ratio.*

Quomodo igitur reprehenditur factũ quod authore domino videtur eſſe conceſſum? can. quæſitum eſt. 23. qu. 4. Cum legum authoritas exercetur, erit dictator immunis. c. illud etiam. *Paraphraſes reg. iuribus comprobatæ.*

ead.quæſt.Quæ nupſit in conſpectu & cum authoritate eccleſiæ,præſumi nō debet malè verſari.can. nunquid.28.qu.1.cap.fraternitatis.de frig.& malef.

Intellectus exceptiones regulę. Attamen etiam ſine legum expreſſa ordinatione vis impunè fit, puta quando quis ſibi propria authoritate ius dicere poteſt, vt notat Azo multis hinc inde iuribus allegatis. in rub. 89. Item inciuiliter factum pœnam non meretur, nempe quòd caſu aliquo euenerit, quemadmodum etiam pulchrè docet & diſtinguit idem Azo eodem loco. Sed hæ forſan exceptiones etiam ſuperiori regulæ poterunt accommodari.

CAP. V.

INdulgentia,tametſi quos liberat, notet, nec infamiam criminis tollit, ſed pœnæ gratiam facit.] l. fi.C.de gener.abolit.

Ratio. Non eſt enim ſine culpa quod ignoſcitur, & non præcipitur. ca.nerui.in fi.diſt.13. Vnde indulgentia præſumptionem non excuſat delinquentis,ſed ambitionē accuſat.c.fi.de trāſl.epi.

Paraphraſes regulæ multis rationib. & iuribus ornatæ. Hæc porrò in principe & ſuperiore maximè in leuibus cauſis commendatur. l. 1. C. ſi quis Imp.maled.ideoque filiis reorum læſæ maieſtatis in primo capite,tamen ex imperatoria lenitate indulgetur,l.quiſquis.§.1.C.ad leg.Iul.ma. *Nos*, inquit Pontifex, *quia eius vices gerimus, cuius proprium eſt miſereri & parcere, afflictorum miſeriis & ærumnis compatimur ad clementiam cum eis commouemur*,&c.ca.vn.de ſciſma. *Indulgentiæ cōmen-* in extra.comm.*Si Deus benignus eſt,vt quid ſacerd*

cerdos eius auſterus vult apparere? quod vtique de ſacramentorum diſpenſatione intelligitur. can.alligant.26.q.7. Etſi repertus ſit culpabilis in quibuſdam, ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hanc cauſam incurrit, huiuſmodi leuis culpa leuiter ei valet indulgeri. c.cùm dilecti.de accuſat. Melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem: vbi enim paterf. largus eſt, non debet eſſe tenax.d.can.alligant.& inhumanum eſt inde cogi ſuſtinere diſpendium, vnde miſericordiam debuit quis impetrare.c.ſane. & ibi glo. de renun. Aliquando etiam cum venia ſuo genio relinquendi ſunt, qui in ſe tantummodò peccant, ne fortè corrigendo peiores euadant. can.denique.& ibi gl.diſt.4. *datio maximè in prælatis.*

Sed quoad regulas canonicas non niſi recta ductis pœnitentiæ, veniæ modus indulgetur, vt probat doctè Auguſtinus in càn.abſit.& ca. ſi quis.diſt. 50. Et Baſilius magnus circa delinquentes & perſeuerantes rigorem iuſtitiæ ſeruandum oſtendit, quem circa pœnitentes alij miſericorditer relaxandum affirmant. ca.preſbyteros.circa fin. ead. diſtinct. Verè pœnitentibus & correctis miſericordes eſſe iubemur, nec nimis aſperi aut ſeueri, quia iſti pereunt in iuſtitia ſua, ſicut alias ſępè tetigi.can.de illis.11. q.3.can. non poteſt.23.q.4. Quinimò eleganter iſta duo nomina in correctione conſiderari debent: *Homo, peccator.* Quia peccator corripere, quia homo miſereri.can.duo iſta.eadem quęſt. Item intellecta confeſſione ſpontanea & ſup- *Intellectus regulæ.*

plicatione deuota veniā errori debemus, quòd non ex malignitate ſed ſimplicitate peccauerunt. cap. inter corporalia de tranſl. epiſc. Item magnum peccatum magna vult deleri miſericordia. c. ſi enim. verſ. pauliſper. de pœn. diſt. 2. vbi & multa de miſericordia diuina tractātur, quæ ad Theologos magis pertinere arbitror.

Except. & diſtinc. reg. Atqui indulgentia non aufert reſiduam indagationem eius quod ciuiliter intereſt. Singularis textus. in l. ſi doceris. ad legem Corn. de falſis. Item non reſtituit omnib. bonis niſi ſpecialiter dictum ſit. l. 2. (quæ eſt notabilis) C. de ſent. paſſ. & reſt. Item etſi nos faciles ad indulgentiam reddamur, cum diſtinctu tamen agēdum eſt, idq́ue propenſiori ſtudio præcauendū, ne cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu, procliuiores ad illicita in poſterum committenda fiant, aut veniæ facilitas ei peccandi tribuat occaſionem. can. exigunt. 1. q. 7. cap. 3. de pœn. & remiſſ. in extra. comm. Itē iudicium ſine miſericordia in illos exercetur, qui nolunt facere miſericordiam. ca. plerumq́; circa medium. 2. qu. 7. Item quæ ad tempus pia lenitate conceſſimus, iuſta poſthac vltione plectentur. can. presbyteros. ca. Donatum. diſt. 50. Item eſt aliquando iniuſta miſericordia & delictum indulgentia, vt amplè declaratur in ca. eſt iniuſta. 23. q. 4. Item non egreditur perſonam cui facta eſt nec etiam ad correlatiuos trāſfertur niſi ſpecialiter dictum ſit, Medicæus reg. 9. De hoc ſ. latius tractaui. tit. de perſonis, rebus. cap. 1.

Reg

Regularum generalium Iuris,

LIBER SEXTVS.

In Tit. de Regula, Ampliatione, & Reſtrictione.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Satis aptè more Iuriſconſultorum defini-ta eſt regula à Paulo in l. 1. de reg. iuris. Rẽ, quæ eſt, breuiter enarrans, id eſt, multorum ſpecialium per generalem concluſionem breuis comprehenſio, per quam ſpecierum natura dignoſcitur, vt ſcitè Placentinus hic exemplis demõſtrat. Nec ad rem pertinet quod multi parùm ſanè vtiliter diſputant, an ius ante regulam, vel contrà conſtitutum ſit, veluti, an gallina ouo an ouum gallina prius fuerit. Certum eſt enim regulam, prout in ſuperiori definitione conſideratur, ex multis ſpecialibus factam eſſe, quemadmodum regulæ Grammatices aliarúmque artium ex curioſis priſcorum obſeruationibus proceſſerunt: qua formula etiam in iure noſtro frequentius ſumi regulam non diffiteor. Sed illi viciſſim fateri cogentur multas regulas vel nullis præcedentibus ſpecialib. nobis traditas eſſe: Cuius generis ſunt omnia illa præcepta, quæ Deus initio mundi. Adamo humanæ gentis protoplauſto obſeruanda conceſſit. Et verò naturæ illa ſemina nobis inſita, quæ omnibus bene- Regulæ definitio à Paulo iuriſconſ. tradita: an ius ante regulam vel regula ante ius fuerit. Pulchra diſtinctio.

facere, neminem lædere, ſuum cuique tribuere, cæteráque virtutum ornamenta amplecti ſuadent, & propè impellunt, quis neget generaliter ſtabilita & per nos ſpecialiter exerceri? Cæterum quia excreſcente hominum malitia, pleriq; tam diuina quàm humana præcepta contemnere cœperunt, alij autem diligentius obſeruabant: idcircò neceſſe fuit ab ipſis hominibus quaſdam in vnum colligi regulas ſeu conſtitutiones gentium, quò firmiora illa præcepta permanerent, & ab omnibus plus roboris habitura cuſtodirentur. Vnde certè prodierunt Moſis, Nini, Diaconis, Solonis, Lycurgi, aliorumque legumlatorum ſanctiones, quarum quidem inſtitutio à Deo ſiue natura ipſa, augmentum & moderatio ex ſpeciali rerũ obſeruatione fluxêre. Regula multifariam diuiditur. Potiſſima diuiſio eſt in permiſſiuam & prohibitiuam: hæc in dubio priori præfertur, vt docet Alexander in l. ſi conuenerit. de re iudic. Nouiſſimè ſciendum eſt aliquando regulam incrementum, nonnunquam diminutionem recipere, videlicet ampliationẽ, & reſtrictionem ſeu exceptionẽ. Sed id ſpeciale eſt in exceptione, vt quando regula indefinitè, & ad omnia generaliter ſe extendit, ſimul atque patitur exceptionem (ſicuti vix vlla alia reperiri poteſt) in eo ſuas vires, & effectũ amittat. Qua de re vide fuſius cum explicatione iſtius ti. apud Loriotum noſtrum in ſuis commentariis ad tit. de reg. iur.

Regulæ diuiſiones.

Ampliatio & reſtrictio quid ſit.

De Regula, Ampliatione, & Reſtrictione, Tit. j.

CAP

CAP. I.

REgulæ ſtandum eſt,donec cõtrarium probetur.] l.ex quacumque.Si quis in ius vocatus non ierit. l. ab ea parte. de probat. capit.fin. de reſtit. ſpol.in 6.capit.ex literis. de ſponſal.

Ratio deſumi poterit ab etymo vocabuli: Quoniam regula dicta eſt à regendo, quod rectè ducat, neminémque aliò, quàm ad rectam ſemitam, & viam iuris pertrahat. can. regula diſt.3.Sic etiam regulæ iuris dicuntur,per quas ad iuris cognitionem ducimur, cum omnia in eo quod exponunt,breuiter complecti ſoleant Gloſſa & ſcribentes in l.pr.de regulis iuris: de quo ſuprà in præfatione huius tituli: tametſi aliquando generaliori vocabulo vſurpētur,puta quæ exceptiones, diſtinctiones, ampliationes, reſtrictiones, intellectus, & alia omnia in ipſis ſcitu neceſſaria,quas gnoſeon nomine vocari placuit iuxta opinionem Gloſſæ in dicto can. regula. quod etiam ampliùs tetigi in epiſtola dedicatoria huius operis. *Ratio. Expoſitio regulæ cũ multis authoritatib.*

Hinc eſt quod vulgò dicitur eum intentionem ſuam bene fundatam habere,qui iuris allegat regulã.Bartolus in l.quoties. Si quis cautio.Decius cap.in pręſentia.de probat.Vide de regulæ definitione & proprietatibus. l. pr. & Doctores ibi de regulis iuris.

D.Loriotus Doctor noſter in ſuis commentariis ad titul.de regulis iuris hanc diſtinctionem tradit, vt iſtud quidem obtineat in caſib. iam deciſis, aut aliis ſimilem rationem habentibus *Diſtinctiones & intellectus.*

tibus, cùm ius ad ſimilia proferatur ex l. non poſſunt. de legibus. Bart. in l. 2. Si quis in ius vocat. Secus in non deciſis nec ſimilibus. Quanquam hanc diſtinctionem, pace tanti viri dixerim, non valdè neceſſariam arbitror: nam ſuper regula probationem & authoritatem tãquam ſuper fundamento lapides non ſtruimus, niſi ſit iam communi Legumlatorũ ſuffragio ſubnixa, & magnis deciſionum rationibus ſtabilita: ſicuti in procemio quoque huius operis ſatis apertè declaratum eſt.

CAP. II.

NVlla eſt adeò generalis regula, quæ non interdum patiatur exceptionem.] l. pr. de regulis iuris.

Ampliationes & explicationes regulę

Hoc autem non ſolùm de regula vniuerſaliter concepta, id eſt definitione intelligitur, ſed & multò magis de generaliter tantùm aut indefinitè cõcepta. l. omnis definitio. 202. illo tit. l. regula de iuris & facti igno. l. 1. §. generaliter. de legatis præſt. Quia iſta non tam multa compræhendit Bart. in l. generali. §. vxori de vſuf. leg. Cæterùm regula & exceptio ſunt ita ſibi inuicem contrariæ ſeu aduerſantes, ſicut habitus ad priuationem: nam vna poſita alteram protinus tolli neceſſe eſt. l. in his de legib. l. 4. & ibi Gloſſ. in prin. C. de tranſact.

Intellectus & diſtinctiones.

Quod autem ſuprà dictum eſt regulam vbi in aliquo vitiatur, ſuum effectum & officium amittere, ſic accipere debemus, vt ſic non penitus corruat, ſed deſinat vires ſuas in eo exercere, in quo eſt vitiata. Nam alioqui ſequeretur

tur iſtud abſurdiſſimum nullam omnino eſſe regulam: quippe cum nulla ſit tam generalis & adeò diffuſa regula, quæ in aliquo per exceptionem non vitietur; prçſertim in humanis actibus, niſi quantum ad D.O.M. cultum, eiſque præceptorum generalium obſeruationem attinet, quæ vtique certa & indubitata ſunt. Facit ad hanc rem ca.1.de verb.ſign. in extrauag. l.nam quod liquida.§.fin.de penu legata. Quod quidẽ ampliùs declaratur per Medic.reg. quinta, & ex iis quæ in hoc opere continentur ſigillatim & facilè dignoſci poterit. Item diſtinguitur non inſcitè à D. Lorioto in axio. 9. de reg.iuris duobus modis. Primò ſic exceptio de alio quàm de regula prædicetur nulla eſt: ſi de eodem, in caſu excepto vel ſimili vitiat regulam. Bartolus in dicta l. in his. & Gloſſa in dicta l.omnis. Facit cap.poſt tranſlatum. §.quanquam de renuntiat. In aliis verò confirmat vulgata.l.cum Prætor.de iudiciis.l.quæſitum.& ibi notabilis Gloſſ. de fundo inſtructo. Secundò, regula generalis ſemper reſtringitur ad exceptionem, niſi caſus exciperetur, qui ſecũdùm ius regulæ accommodari non poſſet, id eſt, in ſimplici regula non contineretur.cap.qui ad agendum.de procur.in 6.

CAP. III.

NOn fit extenſio ſeu ampliatio de vno caſu ad alium.] l.cõmodiſſimè.de lib.& poſth. l.fin. C.de poſth. hær.inſt.l.3. in princ. de de decurio. Facit. l. fin. C. Si mancip.ita venerit.cap.tuæ fraternitatis.& ibi Gloſſ.de procurat

Ampliatur regula licet. rat.l.idem eſt,de iureiur.Ratio eſt regulæ: quia caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris cõmunis.l.ſi extraneus.de condict.cauſa data.Sit *Ratio.* eadem ratio.l.ſi verò negotium.§.de viro. & ibi ſingulariter notatur.ſolut.mat.l.2.de pactis. *Ampliationes.* dotál.Verũntamen magis obtinuit,vbi militat eadem ratio fieri extenſionem, vulgata l. illud. Ad legemAquiliam,vt ſuprà expoſui ſub titulo de eodem cõiug.c.2.Iſtud etiam latiùs declarat cum allegatione multorum iurium & fallentiis Scipio Ianuarius reg.13.

Intellectus & fallentiæ reg. Item intelligitur maximè in rebus correctoriis pœnalibus,vel aliàs odioſis. Auth.quas actiones.& ibi Gloſ.Cod.de ſacroſ: eccl. l.cum quidam.de lib.& poſt. Quod quidem fuſiſſimè tractatur cum iurium allegatione ampliationibus,reſtrictionibus à Petro Duenna reg.286. 287.Dia in regul. 276.& Donato Fina lib. 5.vbi multas alias regulas de extenſione adfert,quas fortaſſe non erit otioſum videre.

Item intelligitur maximè regula quando agitur de præiudicio tertij. Bartolus in l. illud. C.de ſacroſ.eccl.Medicæus reg.8.

Item intelligitur,vt de vno caſu ad alium nõ facilè trahenda ſit cõſequentia.Qui ſcilicet diuerſus ſit.l.fin.C.Ne vxor. pro marito. §. Item propter litem. Inſt. de excuſa. tut. l. ſi vnus.§. ante omnia de pactis.l.age cum Gemiſiano.l.ſi de certa.l.ſi ex falſis.C.de tranſ.Sed in ſimilib. trahi poterit.Nã cùm iura nõ potuerint omnibus articulis prouidere, neceſſe eſt,vt quando in aliqua cauſa ſententia legis manifeſta eſt, iudex

iudex ad ſimilia rationis paritate procedat, quaſi hoc legibus inſit.l.non poſſunt.l.ſeq. l. ideò.l.de quibus.l.quod nõ ratione.de legibus. Late tractat hanc regulam Coraſus in l. poſt aditam nu.11. C. de impub. De hoc etiam pleniùs dixi ſuprà in tit.de ſimilitud. cap.1. Vide etiam Bernardum Diam reg. 625. & Donatum Finam lib.)5.

Itẽ fallit regula in acceſſorio quod trahitur ad principale,veluti vſuræ ad ſortem.l. lecta.Si certum petatur , vt infrà pleniùs agetur in tit. de principali & acceſſorio,cap.1.

Item aliquando non trahitur quidem vnus caſus ad alium,ſed ſuſpenditur euentus.l.ſed ſi mors.de donatione inter vir.& vx.

Item acta in vno iudicio ad aliud poſſunt transferri ſi ad litis decisionem ſpectant inter eaſdem perſonas:ſecus ſi ad litis ordinationẽ, & inter diuerſas perſonas, niſi circa ea quæ in facto conſiſtunt.l.vlt.C.de re iudic. l.iubemus. C.de lib.cauſa.Notat Accur.in tit.Quibus res iudicata non nocet. C. & in l. properandum.§. pr.verbo,iudicij.C.de iudic.

Item caſus mortis ad caſum emancipationis propter veriſimilem teſtatoris voluntatem trahitur.l.mulier.Ad Trebel.

Item intelligitur propriè regula de vno caſu qui debet de ſui natura reſtringi, veluti in mandato.cap.cum in illis.§.cum autem. capit. cui de non ſacerdotali.de præb.& dig.in 6.

Item quando acta in vno iudicio fidem faciant in aliis tractatur in l.2.C.de edendo.Pleniùs

niùs cum multis ampliationibus & reſtrictionibus à Socino in reg.4.6.7.10.11. Donato Fina libro 1.Dia reg. 10.Ianuario & Medicæo reg.8.

Subregulę Quod vna via facere prohibeor, id etiã alia.

Hinc depẽdet alia ſubregula: *Quod facere vna via prohibeor, id etiam alia.* Intellige ſi per vtramque ad idem perueniatur. l. eos in fine. C. de vſuris. Et ita declaratur. l. voluntas. l. quoties.C. de fideicõmiſſis .Vide Azonem in Rub. 59. Quò fit, vt ſi quid prohibeatur fieri in vltima voluntate, etiam in fraudem legis prohibetur inter viuos fieri.cap.2. verſic.facturi. de ſepul.in Clement. Cuius rei exemplum traditur in conſuetudinibus regni Franciæ, quæ de pręcipuis filiorum loquuntur. Vide ibi Carolum Molinæum. Iſtud tamen argumentum de contractibus ad vltimas voluntates aliquando fallit, vt pleniùs agitatur per Doctores in l. ſeruum filij.§.eum qui de leg.pr. Sed quia ad ſpeciales potiùs materias quàm generales regulas pertinet, ideò hanc quæſtionem conſultus pręter mitto. Fallit etiam iſta ſubregula fauore libertatis.l.Papinianus.§.cum ergo de inoff. teſta. quemadmodum ampliùs probatur & diſtinguitur per Azonem in Rub. 18.

Ampliatio ampliatũ continet.

Alia eſt quoque ſubregula de ampliatione: *Ampliatio in ſe ampliatum continet.* l. qui ita legatum de dote præleg.l. fin.§.pr. de auro & argento leg.

Verumtamen aliquando vocabulum [amplius] eſt excluſiuum, nonnunquam verò auget, & totum continet.l.pr.§. hæc verba. Si cui plus quàm per legem Falcid.Notat Speculator

in

in tit. de allegat. & diſp. §. poſt hæc verba,& Bart. in l.ſi ſeruus.§.ſi ita ſcriptum de legat.pr.

Alia ſubregula: *Prolixitas, quoad fieri poteſt, in anguſtum coarctetur.* l.vn. C. de ſent.quæ pro eo quod intereſt. *Prolixitas coarctatur.*

CAP. IIII.

Limitata cauſa limitatum producit effectum.] l.age cum Geminiano.C.de tranſact.l.in agris.de acquir.rer.dom.Facit pulcher textus & ſingulariter à me notatus cum Gloſſa.in ca.ſi Papa. de priuil. in 6. Huc etiam refertur quod vulgò dicitur: *Exceptio ſeu limitatio firmat regulam.* l.quæſitum.& ibi valdè notabilis Gloſſa. de fundo inſtructo.Baldus idcircò ait in l.pr.C.de ſec. nupt.in diſpoſitionibus limitatis locum non habere ius accreſcendi. l. Lucius.§.quæ habebat. Ad Trebel.iuuat.l.mulieri & Titio. de cond. & dem. Quando etiam terminus eſt appoſitus, non ideò eſt vt præueniri non poſſit,ſed ne valeat prorogari.cap.oblatæ.De appellat. *Paraphraſes regulæ.*

Hinc etiam naſcitur alia ſubregula: *Limitata relatio limitatum facit relatum*, quæ declaratur amplè à Medicæo in reg.10. *Subregula limitata relatio limitatum relatum facit.*

In Tit. De Diſpoſitione, Quæſtione, & Concluſione.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

R*Egula,ſicut & difinitio eſt breuis rei explicatio,vt ſcribit Quintilianus lib.7. Inſtit.orat.* *Cõtinuatio.*

cap

Differētia inter regulam & diffinitionem.

ca.4.& frequenter vnum pro alio ſumitur.l.1. De regula Caton. in hoc tamen differunt, quòd regula per aliquod generale, indefinitum, ſeu vniuerſale plura coniungere ſolet: definitio verò ex particularibus proprio ſc.& differētia rem explicat. Notant Bartolus & ſcribentes in l.1. De reg. iuris. & l.pr. de teſtam. De difinitione ſuprà ſuo titulo diximus.

Diſpoſitio generaliſſimum nomen.

Nunc ſuccedit diſpoſitio, quæ eſt generaliſſimum nomen: nam omnem actum cum iudicio præcedenti celebratum, ſiue generaliter, ſiue particulariter aut alio modo ſignificat. Hæc diſpoſitio vnicuique liberè conceditur, cùm ex libero hominis arbitrio pendeat, quod Deus ab origine mūdi Adamo, ac deinde cæteris ſucceſſoribus tribuit, quemadmodum ſuprà tetigimus in tit. de volunta. cap. 2. & hoc quoq; tit. c. 1. dicemus.

Quæſtio & cōcluſio

Præſupponit autem hæc duo: quæſtionem, & concluſionem: ſub quibus etiam continentur interpretatio, diſtinctio, argumentatio, oppoſitio, & diſſolutio contrarij. Faciunt nempe hæc omnia ad verum eliciendum ſenſum diſpoſitionis. Quantum ad interpretationem attinet vide quæ ſcripſimus ſuprà tit. de factis ſcrip. c. 7. & de diſtinctione infrà loquemur ſuo titul. Omnis demū quæſtio cum interrogatione & reſponſione intelligitur, vt notant Doctores in l.pr. De verb. oblig. Nā poſtquam in mente per interrogationem, & reſponſionē diu quæſtio agitata eſt, ſequitur concluſio ſeu determinatio, quæ omnia dubia reſoluit, certumq; aliquid poſt longam & anxiam hæſitationem efficit.

De

De Diſpoſitione, Quæſtione, & Concluſione, Tit. ij.

CAP. I.

VNicuique licet liberè de ſuo diſponere, nec alij præter eius voluntatem conceditur.] l. in re mandata. C. Mandati. l. nemo. C. de Iudæis. l. pr. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 2. Si quis à parẽte. l. vn. C. de theſauris. lib. 10. §. diſponat. Auth. de nup. §. per traditionem. Inſt. de rer. diuiſ. cap. tua nobis de decimis. l. poteſt. Ad legem Falcid.

Vtendo enim iure ſuo nemini fit iniuria. l. nullus. 56. l. factum. 198. §. non videtur. de reg. iuris. l. bonæ fidei. 110. de verb. ſig. l. altiùs. C. de ſeruit. & aqua. *Ratio.*

Hæc regula adeò vera eſt, vt prohibito vti rebus ſuis iniuriarum actio competat, cùm vniuſcuiuſque interſit à nemine prohiberi. l. 3. de verb. oblig. l. iniuriarum. §. ſi quis me. de iniuriis. Item nemo poteſt ſibi eam libertatem pacto adimere. l. pen. de pactis. l. quod autem. §. vxori. de donat. inter vir. & vx. l. pactum quod dotali. & ibi tractatur. Cod. de pactis. Imò crudelitati proximum eſt l. præſes. C. de ſeruit. & aqua. Vnde nec præſcribi debet hæredi, cur metuat hęreditatem adire, quia liberæ ſunt hominum voluntates. l. quia poterat. Ad Trebel. quod & ipſum ſuprà fuſiùs expoſui in titul. de voluntate & verb. cap. 2. Sublata legis antiquæ neceſſitate, qua cognati in emptione extraneos *Ampliationes.* *Paraphraſes regulæ multis iuribus & exẽplis ornatæ.*

repellebant licet cuiq; ſuo arbitratu quærere vel probare emptorē.l.dudū. C. de cont.empt. Iure ſuo eorum quæ minùs prohibita ſunt, vnicuique facultas libera non denegatur. l.ſtatuas.C.de relig.& ſump. fun. Omnis dominus quod habet ſi vult vēdit, & ſimiliter qui emit, dominus eius volens eſſe quod emerit,per pretium pecuniæ illud acquirit.can. eos qui.& ibi Gloſſ.1. quæ.1. Cautio pœnalis ſtipulationis in matrimonio nullas vires habet: nam in cōtrahendis nuptiis libera poteſtas eſſe debet. vulg. l.Titia.de verb.oblig. l.fi.C.de ſponſalib. quod & ampliùs probaui ſuprà tit. de mat.& dote. cap.1. Libera facultas electionib. relinquatur, & non ex alieno pendeat arbitrio.c.cùm terra. de electione. In arbitrio cuiuſque eſt hoc facere quod inſtituit, ſed poſteaquam hoc venire properauerit,id eſt, ſemel fecerit,non oportet excogitatis fraudibus ſuum propoſitū defraudare.l.ſi quis argentum.§.fin autē. C.de donat, cap.quidam.de renuntiat. Omnia enim hominū negotia ſunt ab initio volūtatis & ex poſtfacto neceſſitatis, vt infrà demonſtrabo. tit.de conuent.& diſtra. cap.1. M.Tullius pro Cornelio Balbo: *Hæc ſunt*,inquit,*fundamenta libertatis noſtræ, vt vnuſquiſque poteſtatem ſui iuris alienandi habeat.* Cæterùm duplex eſt libertas: Alia ſecundùm leges, quæ eſt ſana & optima: alia, quæ legibus non paret, de quibus vide latè diſſerentem Tullium Paradox.ca.penult.

Libertas eſt duplex.

Exceptiones & diſtinctiones.

Habet autem noſtra gnoſis ſiue regula multas exceptiones & diſtinctiones.Primùm niſi à

lege

lege certa de cauſa ſiue certis quibuſdam perſonis prohibitum ſit.l.2.§.fin.l.fructus.72. & ibi Gloſ.de reg.iuris.& d.l.dudũ. l. is cui bonis. de verb.oblig.toto tit. Quib.alienare licet,vel non.& aliis infinitis iuribus,quæ paſſim ad hãc rem inueniuntur. Item limitatur regula,dummodò alij ſciens non noceat, vt pulchra traditur diſtinctio.in l.ſicuti.§.Ariſto.& §.apud Põponiũ.Si ſer.vind.l.cum eo.de ſeruit.vrb.præd. l.ob res.§.pr.de pactis dot.l.Proculus.De damno infecto.l.1.§.deniq; Marcellus, de aqua plu. arcẽda.l.qua ratione. §. hæ quoque res.de acq. rer.dom.l.domum. 61. de reg. iuris.Vide ſuprà tit.de læſio.Item fallit regula in ſpecie.l.vlt.de vſu & habit.l.1.Ad leg.Falc.l. generaliter.§.ſub conditione. Quj & à quibus manu.§.vlt.Auth. de inceſt.& nefa.nup.coll.2.§.religioſum. Inſt. de rer.diuiſ.l.verbis legis.120. de verb.ſig. cap. 3.eod.tit.in extrauag. Item de ſua cuique ciuitate cõſtituendi libera eſt facultas non de dominij iure in præiudicium veri domini.l.in bello.§.manumittendo.de capt.& poſt.reuer.Item hanc primariam regulam latiùs explicat cum ampliationibus & fallentiis Medic.reg.5.& 8.

CAP. II.

DIſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis.] l.fin.C.de pactis conuen.l.cũ quo.§.fin.Ad legem Falcid.l.& habet. §. 1. de precario.l.cum ex filio.§.pen.de vulgari.ca. tua nobis.de teſtam.

Ratio: quia hominis gratia res omnes comparatæ ſunt, non autem homo rerum gratia, *Ratio.*

vt ſuprà declaraui in præfatione tit. de perſonis, rebus,&c.

Expoſitio regulæ. Argumentatur Iuſtinianus Imp. ab vna ad aliam hoc modo: *Si pactis conuentis hoc fieri cõceditur,& in vſu quotidiano ſemper hæc verſari aſpicimus, quare non ipſa legis authoritate permittatur, vt nec ſimplicitas ſuſcipientium contractus ex quacunque cauſa poſſit ius creditoris mutilare?* l.fin.C.de fideiuſſ. Huc pertinent omnia ea quæ ſuprà de voluntate ſeruanda tractauimus in tit. de volunt.& verb.cap.3.

Diſtinctiones & intellectus regulæ. Hic tamen diſtinctio vna adhibetur, qua tãquam vno collyrio pluribus morbis, omnibus contrariis iuribus reſpondetur: Alia eſt enim diſpoſitio legis plenè diſponens, id eſt expreſſa, alia verò ſubſidiaria vel tacita. De hac loquitur noſtra regula. Sed quoad illam regula rectè procedit, vt quæ contra leges, aut vim earum habentia facta ſunt, non valeant: nam priuata diſpoſitio non poteſt generalem canonis conſtitutionem immutare.ca.requiſiſti. de teſtam. De hoc plenè tractaui in tit.de iure nat.& poſitiuo.cap.2. Generaliter ergo ſciendũ eſt, quæ legibus definita ſunt, mutari non licere: quæ autem legibus expreſſa nõ ſunt, arbitrium ſequi humanæ voluntatis. can. vna quæque mulier.13.qu.2. can.iubemus.16.q.3.c.ſacroſancta. de electione.c.2.de teſtibus. can.dicenti.25.qu.2.l.non dubium.C.de legibus.ca.3. de diuort.c. ex diligẽti. de ſimonia. Iſta diſtinctio alio quoque modo ſed eodem effectu tradi poteſt: Generalis diſpoſitio hominis nõ tollit ſpecialem

pro

prouiſionem legis nec econtrà. l. eius militis. §. militia miſſus. de mil. teſt. Nam hominis diſpoſitio ſpecialis plus habet ponderis quàm generalis, vt latè probat Medicæus reg. pr. & dixi ſuprà tit. de genere & ſpecie. cap. 3.

Hinc depēdet vulgatum theorema iuris vel ſubregula: *Duriùs agitur cum lege quàm cum homine.* l. ſi libertus. & ibi Gloſſa ſuper verbo fraudem. de iure patron. cùm lex quantumuis dura ſeruanda ſit. l. proſpexit. Qui & à quibus manum. *Subregula Duriùs agitur cum lege quàm cum homine.*

Nonnunquam tamen mitiùs agitur cum lege, l. ſi cum dies. §. vlt. l. Celſus. de recep. arb. l. Gracchus. C. Ad legem Iul. de adult. Item Azo ita diſtinguit Rubr. 18. vt iſta ſubregula procedat, quando quis offendit miniſtrum legis, quia tunc duo offendit, hominem & legem: Secus ſi priuatum duntaxat. Multas quoque alias ſubregulas cum ſuis ampliationibus & fallentiis circa diſpoſitionem ponunt Donatus Fina lib. 2. Medicæus regul. 2. 5. & 6. Bernardus Dias regul. 196. *Exceptiones.*

CAP. III.

QVæſtio non poteſt eſſe ſine dubitatione.] l. vulgaris. de furtis. l. quæſtio. 115. de verborum ſignif.

Vnde lex intelligitur ſuper caſu magis dubitabili. l. quod Labeo. De ſupel. leg.

Qui enim de nihilo dubitat, fatuus eſt, aut nimiùm arrogās, vt s̄. dixi tit. de ſciētia & ign. *Ratio.*

At verò vbi eſt caſus legis, ibi nulla dubitatio: quia leges & iura omnibus ambiguitatibus *Intellectus regulæ.*

tollendis maximè prouiderunt, vt dicitur in procœmio Pandectarum. & in l.ancillam. C. de furtis. Idque latiùs declarat Medicæus reg.6.& nos in epiſtola dedicatoria leuiter attigimus.

CAP. IIII.

Congrua debet eſſe reſponſio ad interrogationem.] Quod Græci πρὸς ἔπος vocāt. l. vt reſponſum. C.de tranſact. l. ſi defenſor.§.1.l. de ætate.§.quod autem. de inter.act. cap.inter dilectos.de fide inſtru.

Ampliationes & explicationes regulæ

Quemadmodum & ſententia debet eſſe cōformis libello.l. vt fundus.comm.diuid. Sed eo ampliùs quando duo ponuntur, in quæſtione, ad vtrumque cenſetur facta reſponſio. l. pr.& 2.C.de diuer.reſcrip.l.reſtituendum. C. de aduoc.diuer.iud. §.adhęc.Auth.vt liceat matri & auiæ.coll.8. Item quando reſpōſum eſt in vno, videtur in alio quoque reſponſum.§. illud expediat.Inſt.Pro ſocio.

Exceptiones.

Fallit iſta regula in quibuſdam caſibus, vt notatur in l.ſi res. C. Ad exhib. l.binas.de ſeruit.vrb.præd.l.4.de condict.fur.Quod quidem latè pertractat Azo Rub.45. Item fallit quando diuerſi ſunt, & ſeparati caſus, vel quando apparet alia ratio in omiſſo.l.2.§. vlt. C.de tēp. & rep.ap.vt declarat Azo Rub.42.& nos quoque tetigimus ſuprà in tit.de coniunct.& diui. cap.3. & tit.de reg.amp.& reſtr.cap.3.Item aliquando propoſitis duabus quæſtionibus ſi in vna reſponſum eſt, alia in contrarium intelligitur.§.quoties. Inſt. de inut. ſtip. Auth. quas actiones. C. de ſacroſ.eccleſ.l. pr.in fine. C.de

annal.

annal.excep. Quod etiam latiùs cum multis iuribus oppoſitionibus & ſolutionibus exponitur ab Azone eadem Rub. Item alias ſubregulas de reſponſione tradit Medicæus reg.3.& 10. & Donatus Fina lib.3.

CAP. V.

Determinatio ſeu concluſio reſpiciens plura determinabilia æqualiter ſecundùm ea determinatur.] l.iam hoc iure.de vulgari.l.pr. C.de teſtam.mil.l. quamuis.C.de impub. De hac regula nos mentionem fecimus ſuprà tit.de æquitate.cap.1. Sed illam fuſiùs tractant cum ampliationibus & reſtrictionibus Donatus Fina lib.5.Bernardus Dias reg.188.Item Barthol.Socinus reg.543.& Riſuicius.

In Tit. De Habitu, Impedimento, & Præparatoriis.

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

Antequam aliquis admittatur ad quærendũ, opponendum, ſtatuendum & concludendum; videre primùm oportet, an ſit habilis, an verò quodam iuris aut facti impedimento repellatur. Cõtinuatio *Hic autem habitum non accipimus ſeu pro veſtitu aut pro qualitate extrinſeca, quæ vna eſt ex decem Categoriis: ſed pro conſtanti & abſoluta in aliqua re animi aut corporis perfectione, quæ in Idea ſemper conſideratur. Nam ſimul atque in vſu eſſe cœperit, perdit nomen habitus, & iam tunc in actum* *Habitus quomodo ſumatur.*

cõuertitur, vt inquit Cicero lib. de Inuen. & Acad. quæſt. Impedimentum porrò multis modis ſumitur, aliquando enim temporale eſt, aliquando perpetuum. Sed nullum eſt certius impedimentum habitus quàm priuatio: imò hæc ita inuicem ſibi opponuntur, vt circa idem aliquid in contrarium neceſſariò verſentur, veluti viſus & cæcitas circa oculos, auditus & ſurditas circa aures. Quod & à Logicis diſertè animaduertitur. Vnde videntur fere deſumpta omnia, tametſi diuerſis vſurpata regulis, quæcunque de habitu & priuatione à Iuriſconſultis tractantur. Poſtremò in omni actu attenditur recta & præcedens præparatio. Nam, vt ait Cicero in lib. Offic. In omnib. negotiis priuſquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Huius præcipuè partes ſunt in iure: Propoſitum, deſtinatio, inſtructio, proteſtatio, & reliqua eiuſdem generis, de quibus ſigillatim poſteà mentio fiet.

Impedimẽti diuiſiones & intellectus.

Præparatio.

De Habitu, Impedimento, & Præparatoriis, Tit. iij.

CAP. I.

Omnis actus ſeu diſpoſitio de habilibus intelligitur.] l. pr. & ibi Accurſius. C. de ſacroſ. ecc. l. vt gradatim de mun. & honor. l. promittendo. cum Glo. in princip. de iure dot. l. idem iuris. §. mulionem. Ad legem Aquil.

Ratio. Spectatur enim ſemper naturæ habilitas potiùs, quàm temporale aliquod impedimentum. l. adigere. §. quãuis. de iure patro. l. ſi quis poſthumos

humos. de lib. & poſth. Licet impedimentum ciuile ſeu naturale obſtet. §.vlt. inſt.de fid.tut. Item de verbis generalibus,ſiue geminatis ſiue relatis, quæ ad perſonas habiles referuntur. l. ſed etſi inſtrumenta. & ibi Bartolus. C.de fide inſtr.& iure haſtæ fiſca.lib.10.ca.maiores. in fi. pr.de celeb. miſſ. Reſpicitur autem ſtatus perſonæ,in quam dirigitur ſermo. l. in tempus. de her.inſt.Notatur in cap.de vxore.de ſepult.Sacerdotalis prębenda per ſimplex mandatum de prouidendo non niſi aptó ad ſacerdotium conferri poterit.cap.ei cui.de præb.& dig.in 6. *Ampliationes & explicationes regulæ.*

Hæc autem regula explicatur cum ampliationib.& reſtrictionibus per Bernardum Diam in reg.783. & Donatum Finam lib. 5. Cæterùm ego inter potentiam & habitum diſcrimen ſtatuens, ſeparatos titulos poſui,nam s̃. eſt tit.de potentia,quamquam philoſophi ſæpe confundant.Habitus enim proprie perſonam, potẽtia rem reſpicit apud iure conſultos. *Exceptiones.*

Hinc deſcendit vulgata iuris ſubregula: *Negotia humana ſemper in tempus habile conferuntur,& tunc demum valent.* l. in tempus.l.nemo. de her. inſt. l. Iulianus. qui à quibus manu.ll.exiſtimo.de contrah.emp.& de verb.obl. l.neq; enim de mil.teſt.l.fi.de ſtip.ſer.l.generaliter.de fid.lib.l.& heredi. §.filiafa.de pactis. §.libertas. inſt.de ſing.reb.per fid.relict. l.in fuga.C.ad le. Flauiam de plag.Notatur in l.ei fundo. de ſeru. & l.ſi infantis.de vſuf. *Subregulæ Negotia humana in tempus habile conferuntur.*

Atque ex diuerſo quæ in tempus illicitum conferũtur manent ſine effectu.vulgata l.quod ſpon

ſponſæ,C.de donat.ante nupt.l.Stichus ſeruus de manu. teſt. l. Titio cum morietur.de vſufr.

Circa hanc ſubregulam pulchræ traduntur diſtinctiones in l. ſi res æſtimata l. Iulianus. de iure dot. l. ſi eum vxori cum duabus ll. ſeq. de donat. inter vir. & vx. Item inhabilitas ſuperueniens ab officio remouet.l.ſi quos iudices.C. de off.Præff. Præt. Orien.prout latè declaratur cũ ampliationibus & limitationibus per Prateium in reg.427.

Habilis & idoneus quilibet præſumitur

Alia eſt item ſubregula: *Habilis ſeu idoneus quilibet præſumitur.*cap.ſi.& ibi gloſſ.& Doctores.de præſumpt.cap.vn.de ſcrutinio in ordine faciẽdo.& ibi Bernardus.l.ab ea parte.de prob. Facit l.ſeruos.de manu.teſta.l.cum pater.§.rogo.de legat.2. Quod etiam latiùs declaratur cũ ampliationibus & limitationib.ab eodem Prateio in ſuis regulis.Item à Mediceo.in reg.7.& 8. Sed hæc ad materiam potius præſumptionum pertinent, ideóque non amplius inhærebimus.

CAP. II.

IVſta cauſa impedimenti ad excuſationem prodeſt.] l.in Senatuſconſultum.§.qui poſt inſcriptionem.ad Turpil.l.fin.C. ad legem Iuliam.de adult.§.eadem inſtit. quibus ex cauſis manumit. non licet. cap.commiſſa. de electiõn.in 6.

Paraphraſes regulæ.

Vnde impeditus morbo vel alio iuſto impedimento mittere procuratorem olim nõ tenebatur:ſi quidem adeò graue ſit.l.2.§.quod diximus.& ibi glo.& Bart.ſi quis cautio.gloſſ.in l.

quæ

quæſitum.de iudic. Quod quidem cum ampliationibus & reſtrictionibus apertè exponitur per Diam in reg. 226. An autem impedimentum ſolo iuramento, an verò alia probatione indigeat, declarat amplè Nouellus cum reſtrictionibus. in reg.13.

Interdùm tamen nocet impedimentum, tãtùm abeſt, vt proſit.§.vn.inſt. de lege Fuſia Cani.toll.§. ergo.§.affinitatis.inſtit.de nupt. Item impedimentum pręſtitum à priuato non excuſat, ſed à principe, magiſtratu, aut vi maiore. d.l.ſeq.ſi quis cautio. l. Item ſi verberatum.§.1. de rei vindic.2.§. vlt.cum l.ſi merces.§. vis maior.Locati.Item diſtinguitur an ſit impedimẽtum temporale,an perpetuum: nam in illo differtur ſolummodo voti ſolutio, in hoc redimitur & permutatur.ca.quod ſuper hoc, de voto. Tunc autem impedimentũ non eſt perpetuum, cùm propter diuinum miraculum per opus humanum abſque corporali periculo potuit remoueri.Elegans textus in cap. fraternitatis. de frig.& malef.Item multa exempla & diſtinctiones impedimenrorum traduntur in d. l.2.§.vlt. & l.4. illo tit. Item nullum impedimentum excuſat quando noſtra culpa contingit.d.l.2. §. ſimili.& l.1.cum gloſſ.fi.ad legem Corn.de ſic.Si autem facto aduerſarij, quomodo fieri oporteat,docet Loriotus in tit.de cura axiom.3.vbi triplex impedimentum facit: Naturæ, legis & hominis, ex l.continuus. §. illud. l. inter ſtipulantem.§.ſacram.de verb.oblig.& l.in rebus.in prin.commodati.

Exceptiones.

CAP

CAP. III.

NEmo dat vel amittit, quod non habet.] l.nemo plus.55.l.non videntur.84.l.qui poteſt.135.l.nõ poteſt.209.de reg.iur. c.nemo. 79.eo.ti. in 6.l.ſi vniuerſa.C.de leg.c.Daibertũ. 1.q.7. Facit l.Titio.in 3.l.in teſtamẽto.de cond. & dem.l.remittit.de iureiur. l. Iulianus. de diuor.& repud.l. Sempronius.de vſuf.leg. l.decẽ. de verb.ob. l.nam & ſi ſub conditione.de iniuſto rup.l.qui in aliena. §.interdum. l. is qui heres.l.1s poteſt.de acquir.hered. l.filiusfa.§.apud Marcellum.de legat.1.l.nulla.de ſuis & legit. l. hereditariæ.cum ſeq.de furt.l.2.C.de inoff. donat. can.gratia.can.cito turpem.& ca. ventum eſt.1.q.1.can.presbyterum.diſtinct. 28.cap.fi.de reſtit.ſpol.

Ratio.

Ratio ex Philoſophis deſumitur : *Priuatio præſupponit habitum.* Et ſicut datio ita & amiſſio dominium præceſſiſſe demonſtrat. l. traditio.de adqu.rer.dom.cap.nuper.de donat.inter vir.& vx.

Paraphraſes regulæ multis exẽplus & iuribus illuſtratæ.

Itaque ſi quis obligatione liberetur, videtur cepiſſe, & obligationem antè fuiſſe contractã. l.ſi quis.116. de reg.iu.l.3.§.deſinere vſuf.quem. cau. l.nam is.de dolo. l.lex Cornelia. de vulgari.l.1.de her.vel act.vẽd. l.falſus.§.qui alienam. l.eum qui.§.is autem.de furt. Auth.ingreſſi.C. de ſacroſ.eccleſ. Quod Lucianus eleganter expreſſit his verbis : Οὐκ ἂν λάβοις παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος.Nemo quoque dat, quod ſuum non eſt.cap. 3.de verb.ſig.in extrauag.vel quod non eſt omninò in rerum natura.l.ſeruitutis.§.furto.com. præd

præd.l.quidam referunt. de iure codicil.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verb.oblig. l.eius qui in prouincia.Si cert.pet.l.in lege.de act.empti. l.Iulianus.de curat.furioſi.l.obſeruare.§.vlt.de offic.procon.§.ſeruus.Inſt.de cap.dimin.cap.ad audientiam. in 2. de eccle. ædif.l.à diuo Pio.de ritu nupt.l.quod niſi.de operis lib.

Deiici intelligitur,qui amittit poſſeſſionem, non qui non accipit. l. 1. §. eum qui.de vi & vi armata. Remiſſio hoc tantùm remittit in quo tenuit nunciatio.l.vn.de remiſſ.Quod non cõpetit, nec oppoſitum nocet. l. ſi in iudicio. de excep.rei iud.Nulla videtur mora vbi nulla eſt petitio.l.ſi pupillus.de verb. obl.Quæ nondum eſt alicuius hereditas,partem non facit.l.ſi ſeruus communis Mœuij. de ſtip.ſeruo. Vbi nulla ſubeſt obligatio nõ poteſt accedere fideiuſſor. l.qui contra. de fideiuſſ. nec ante liberatur fideiuſſor,quam reo creditũ fuerit.l.& per iuſiurandum.§.ſi legatorum.de accept.Qui non habet quod reddat eius periculo nihil eſt. l.itaq;. de furt. Iſtud eleganter tradidit Paſſeratius in ſuis carminib.de dictione (Nihil) quæ ego,alias iter faciens in nauicula, Gallica reddidi. Qui non eſt ſuę poteſtatis alios in ſua poteſtate habere nõ poteſt. l.ſic eueniet.ad leg.Iul.de adul. Excommunicatus alios excommunicare non poteſt,nec deiicere quenquam iam pulſatus. c. Achatius in 2.cum can. ſeq.24.q.1. Non etiam habet ius tribuendi, cui talis facultas non eſt data. can.1.diſt. 62. Nec poterat quenquam remouere eius ſententia, qui iam ſe præbuerat ipſe

Non entis nullæ ſunt qualitates.

pſe remouendum. can. ait Cœleſtinus. & ſeq. 24.q.1.Non videtur is deſiſtere, qui exemptum reum non defert.l.ſi interueniente. ad Turpil. Lata ſententia contra eum qui in reb.humanis non eſt nullas vires habet. l.1. & ibi notatur. quæ ſentent.ſine apell.Sed id in Gallia non obſeruatur,quando in cauſa fuit concluſum.nam eo caſu etiam ſentētia contra mortuum tenet. Dominium quod quis non habet transferre non poteſt. l. ſi liberam.C.quod cum eo.l.ſi filius.C.de donat. Qui nihil proprium habet,libertatem rei alienæ dare non poteſt,ſicut poſſeſſio non niſi à domino traditur. can. abbati. diſt.54. Quod nullo modo verè eſt, deferi non poteſt.can.fi.de pœnit.diſt.2. Nec dicitur reddi quod nondum quis amiſit. can. nullus. & can. quomodo.de conſec.diſt.4.Sicut qui non vixerit, non poteſt mori,ita qui nondum natus eſt, renaſci non poteſt, ex quo conſpicitur neminē in ſuo parente potuiſſe renaſci,cùm nōdū natus ſit.c.ſi baptizata de conſ.diſt.4. Donatores non potuerunt aliis conferre, quæ ipſi de iure non poterant poſſidere. ca. dudum de decimis. Non poteſt priuilegium cōcedi canonicis,cùm nulli ſint quibus concedatur. c.ad audientiam. in 2.de eccle.ędif.Accuſatio matrimonij locum non habet, cùm non eſſet, quod legitimè poſſet accuſari. cap. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. Iudex cum deſierit eſſe nullam commiſſionem dare poteſt. cap. iudex.de off.iud.del.in 6. Monaſterio, quod nondum erat donationes fieri non valebant, nec poteſt pronunciari ſu-

per iis quæ in iudicium non ſunt deducta. ca.3. verſ.nec pro eo.de ſen.& re iud.in 6.

Verumtamen quod nō eſt, ſed futurum ſperatur,rectè in obligationem deducitur.l.&quę nondùm. de pignor.l.interdum.de verb.obl.§. ea quoque res.inſt.de legat. Quò fit,vt dicatur quis amiſiſſe, quod non habebat, ſed ad quod habendum paratus erat, vt ſpes & opinio pro veritate ſumantur:ſicuti declaratur per exempla in can. ſic quippe.27.q.2. Item fallit regula in l.Scęuola.243.de verb.ſig.& l.quod noſtrum. de vſuf.vbi vide ſolutiones quæ per gloſſam & Doctores allegantur.Sunt enim magis oppoſitiones quàm exceptiones. Item qui non habet dominium alicuius rei, illud præbere poteſt.l. non eſt nouum.de acquir.rerum dom.l.non eſt. de act.empt.(quæ duæ leges verbis ſibi conueniunt.) & poſſeſſionem quam non habemus, alij tradimus.l.interdum.de acq.poſſ.Item de eo quod non eſt, ſed eſſe poteſt, accipiendum in contumaciam latitantis atque ſi non eſſet.l. Fulcinius.§.ſi in diem.quib.ex cau. in poſſ. eat. Item poſt litem conteſtatam mortuo homine de quo diſceptabatur,nō ideò minus iudicium datur,& fideiuſſores tenentur,quia expedit de euictione actionis conſeruandæ gratia, item fructuum nomine rem iudicari.

Limitationes & diſtinctiones regulæ.

Item, Priuationem non eſſe ſinè habitu declaratur multis iuribus hinc inde allegatis per Medicæum reg.6. & Riſuicium.Illam item regulam: *Nemo pluris in alium transfert quàm ipſe habeat.* latè exponit multis iuribus hinc inde

inde allegatis,ampliationibus & fallentiis Damaſus reg.126.Item aliquando deſinit,quod nõ incœpit, vel amittit, quod non habet, ſed impropriè.l.ſi ſeruus. §.calicem. ad leg. Aquil.l.id quod ſub conditione.de conſt.pecu.Quod amplè declaratur cum aliis iuribus & diſtinctionibus,ab Azone Rubr.9.& nos quoque ſ.leuiter attigimus in tit.de princ.med.& fine.cap.1.

CAP. IIII.

APpellatione præparati, præparatoriũ quoque intelligitur, non econtra.] l. in argento.in pr.l.argumento.verſ.Margareta. cum l.ſeq. de auro & arg. leg. Et vbi competit præparatum, etiam præparatorium. l.3.in prin. & toto ferè tit.de lib.exhib.vel deduc.Sicut de proximo cingendus procincto habetur. l. pen. & ibi notatur de legat.

Ratio. Ratio eſt huius regulæ: nam ſemper principale eſt nobilius acceſſorio,& ideò iſtud illi cedit vt j. ſuo loco exponemus. Cæterùm ſi aliqua hic requirentur, quæ ad materiam & formam ſpectant,vide ſ.quę diximus in ti.de materia & forma.cap.1.

CAP. V.

DEſtinatio maxime cuiuſque inſpicitur.] l. ſi quis enim. de relig. & ſump.fun.l.fi.de ædil.edict.l.1.§.non autem.de exer.act.l.ex facto. verſ. veruntamen. de her.inſt.l.2.l.ſi per errorem.de iuriſd.om iud.l.ſi quis.§.cum Titio. de furtis. l. non idcircò. de iuris & facti ignor. cap.3.verſ.nec pro eo. de ſen.& re iud.in 6.

Hæc autem gnoſis differt ab ea quam poſuimus

mus de animo §.tit.de voluntate, & verbis.ca. 4.nam deſtinatio non tantùm voluntate & animo ſed & facto quoque oſtenditur.

Deſtinatione igitur fundorum nomina & domus non extraneis ſed ſuis acquiruntur. l. quod in rerum. §.ſi quis poſthumos.de lega.1.l. legatis vxori.de leg.2.Deſtinatione patrisfam. rem cuiuſque fieri probatur in l.item legato.§. 1. l. ligni.& multis aliis eius tituli de legat.3.l.ſi quis vinum.de tritico vino,& oleo leg.l.quæſitum. verſ.ſi quis eodem. de fund.inſtr. Imperfecta aut inualida donatio in deſtinationem tantùm paternæ voluntatis conuertitur,ſed id fit ratione liberorum. l.cùm de bonis.C.de donat. Quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium,non debent ad alium (ſalua tamen ſedis Apoſtolicæ authoritate) conuerti. c. 2.de relig.dom.in clem. facit l.1.de admi.rer.ad ciuit.per. *Paraphraſes regulæ multis in rib.& exēplis illuſt.*

CAP. VI.

VT quæ ſit agentis intentio pleniùs agnoſcatur, propoſitum in principio proteſtetur.] cap.conſulti.de reg.& tranſ.ad relig.l.emptor.C.de præſcrip.longi temp.

Multùm enim operatur proteſtatio & prodeſt vt notatur à Doctoribus in l.non ſolum.§. morte.de noui op.nunt. *Ratio.*

Veluti ſi quis volens nouum opus nuntiare, proteſtetur ſe non poſſe nunciare, puta Prætor aut alteri in magiſtratu conſtituto : tenet hoc caſu nuntiatio ac ſi facta eſſet. l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.& ibi not. Doctores illo tit.Item pro- *Explicatio regulæ per varia themata.*

teſtatio ad id prodeſt legitimè facta, vt tempus præſcriptionis non numeratæ pecuniæ nõ currat. l. ſi intra. & ibi gloſſ. iuncta l. ſeq. C. de non num. pec. Proteſtatio verò (quæ aliter conteſtatio à noſtris vocatur) ab initio fieri debet, d. l. emptor. Quod gloſſa ex voluntate non neceſſitate interpretatur ex l. peremptorias. C. ſenté. reſcindi non poſſe. Sed ego ſatiùs ſemper eſſe putarem, illam pręcedere quàm ſubſequi, quòd ſit ex ordine præparatoriorum: & nominis ipſius etymon id apertè iudicet.

Cæterùm de proteſtatione multa alia tractantur in d. §. morte. Alciatus in l. deteſtatio. 40. de verb. ſig. Multas quoque ſubregulas tradunt Dias reg. 618. & 619. Socynus reg. 225. & 407. Ianuarius reg. 248. 250. & Donatus Fina libro 3.

Exceptiones. At proculdubiò ſciendum eſt eam demùm proteſtationem prodeſſe quæ legitimè peracta eſt, vt ſ. tetigimus. Nam ſi iuri vel conſuetudini ſit contraria, nullum parit effectum, vt ego extra communem intellectum annotaui ex ca. cumana. de elect. Item proteſtatio contra ſubſtantiam actus vel actui repugnans non valet, cap. cum martinus Ferrarienſis, & ibi notatur de conſtit. cùm allegans contraria non audiatur, vt ſ. expoſui in tit. de ſimil. contr. & diuer. cap. 4. Medicæus reg. 7. Vnde ſanè efficitur vt etiam proteſtatio pręcedens actui ſequenti cõtraria ſequentem nullum reddat. l. qui in aliena. §. vlt. de acquir. her. Cuius generis ſunt ferè omnes cautelæ, & proteſtationes ſæpè quidem

vtil

ytiles Bartholomæi Cæpolæ. Hac etiam de re plura tradit Bernardus Dias cum authoritatibus in reg.620.& 622.Item proteſtatio ab extraneo facta nihil operatur.l.ſi maior.C.de reſcind.vend.Sed illud intellige in quibuſdam caſibus. Item proteſtatio tollitur per actum ſubſequentem ipſam proteſtationem Baldus in l. Neſennius.de neg.geſt. ſicuti amplius declaratur cum reſtrictionibus à Ianuario reg. 251. & Dia reg.223.

In titulum de Agnitione, Electione, & Vſu.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

VNaquaque diſpoſitio agnoſci debet aut repudiari,acceptari,vel impugnari,vt ſic diiudicetur,quos effectus habeat, & quid operetur. Nihil enim prodeſt vel nocet niſi alicui ſubiecto ſeu capaci ſiue inhabili applicetur. Præcipua autẽ habilitas vel inhabilitas ex facto proprio proficiſcitur : quod euenit , tum quando alioqui ex ſe dignus & capax diſpoſitionem iuſtam amplectitur,tùm etiam quando illam repudiat & à ſe reiicit. Quamobrem tantùm alicui tribuere debemus, quantum is cui tribuimus poſſit agnoſcere & ſuſtinere, vt eleganter ſcribit Cicero Dialogo de Amicitia. Sed iſtam agnitionem vel repudiationem non temerè fieri expedit : quin imò cum electione ſana & maturioris attentione conſilij : nimirùm quia in omnibus ſtudiis à multis eligere homines commodiſſimum & optimum quodque *Cõtinuatio* *Agnitio & repudiatio.* *Electio.*

 ſolent

ſolent, & ex initiorum electione virtus conſiſtit, vt idem Tullius lib. de inuent. & de finibus. Nam poſt electionem ſemel factam non facilè conceditur variatio, & ad id quod prius omiſi regreſſus, quẽadmodum infra hoc tit. cap. 3. docebimus. Sequitur deinde vſus vel abuſus cuiuſque rei, qui ſanè eſt omnium actionum humanarum finis & concluſio. Nec enim Medici, nec Imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperunt, quicquam magna laude dignum ſine vſu & exercitatione conſequi poſſunt. Cicero lib. 1. offic. Sciendum eſt tamen omnibus ſingularum rerũ vſum ad ſuos fines eſſe permiſſum, niſi quibus ſpecialiter interdictum eſt, non autem abuti licere, quia id non ſolùm priuatorum, ſed & Reip. intereſt, vt j. latiùs explicabimus. cap. 4. & 5.

De vſu & abuſu.

De Agnitione, Electione, & Vſu, Tit. iiij.

CAP. I.

QVi ſemel agnouit iudicium alicuius, illud nec per ſe nec per alium impugnare poteſt nec econtra.] Primi membri exemplum eſt in l. ex duobus. de bon. poſſ. contra tab. Nec licet reprobare quod ſemel approbatum eſt. l. Pomponius. de neg. geſt. l. ſi duas. §. Philoſophi. de excu. tut. §. ſemel. inſt. quib. ex cau. man. non licet. can. dilecti. 9. quæ. 2. l. ſi debitor. de fideic. liber.

Expoſitio primi mẽbri regulæ.

Ratio deſumitur ex cõſeruatione ſocietatis humanæ, cuius maximè intereſt nõ tàm repentin

Ratio.

tinis motibus hominum conſilia &voluntates mutari, ſed in vno eodémque ſtatu permanere. l. quia poterat. Ad Treb. §. 1. Auth. de reſtit. & ea coll. 4. Idque ǰ. latiùs explicabo in tit. de mutat. & correct. cap. 6. Quamobrem qui plena fruitur voluntate, plenum obſequium teſtatoris iudicio pro ſui parte debet. l. ſi duo. in fin. de legat. præſt. Qui ſemel probauit iudicium defuncti, vt inofficioſum accuſare non poteſt. l. parentibus. C. de inoff. teſtam. can. Syluester. 11. quæſt. 1. Eos debes exiſtimare idoneos ad ſuſcipiendum beneficium, quos ad ordines ſemel recepiſti cap. accepimus. de ætate & qualitate. Idem de electione. cap. cum ſuper quæſtiones. de conceſſ. præb. cap. nulli. de electione in 6. Sed & minus malum eſt viam domini ab initio non agnoſcere, quàm poſt agnitam retrò ire. cap. quidam. de apoſtatis. Fideiuſſorem aut defenſorem quem ſemel quis elegit aut comprobauit, non poteſt quis poſteà reprobare. l. 3. de fideiuſſ. l. iam tamen. §. nunc videamus iudicatum ſolui, Iudex ſemel agnoſcendo iudicium renuntiat excuſationi. l. Prætor. de vaca. & excuſ. mun. *Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.*

Quantùm ad poſterius membrum, qui ſemel impugnauit iudicium defuncti non poteſt ex eo aliquid fructus percipere. l. ſub conditione. verſ. ei qui. de bon. poſſ. contra tab. l. filium. §. non ſolum. de leg. præſt. l. in ſeruitutem. verſ. ſi quis bonorum. de bonis lib. l. qui falſas. C. ad leg. Cornel. de falſis. cap. ex eo. 38. de reg. iur. in 6. l. Papinianus. §. ſi conditioni. §. meminiſſe. de *Secūndi mēbri probatio.*

inoff.teſt.l.poſt legatum.§.amittere.de his quæ vt indig.l.quod autem.de excu.tut.facit l.ſi teſtamentum.de pet.her.l.ſi patroni. §.qui fideicommiſſariam. ad Trebel. l. 1.C.de furt.l.quæſitum.de acquir. her.Nam ei renunciaſſe tacitè videtur. cap. cum olim.de cenſibus. Non confundantur Deo colla ſubmittere, qui eum non timuerunt abnegare. can. eos quos epiſcopos de conſecrat. diſtinct. 4. Quomodo perficere quæ agunt aut impetrare aliquid illicitis conatibus à Deo poſſunt qui contra Deum,quod eis non licet,moliuntur?can.ſi quis inquit. circa medium.1.q.1.

Exceptiones. Atqui caſus eſt ſingularis, vbi qui ſemel agnouit teſtamentũ nomine pupilli ſui, poſt depoſitum officium illud impugnare poteſt: ſaltem ei reſeruantur actiones quando ex neceſſitate officij id fecit. l. cum quædã mulier.C.de adm.tut. Vnde colligitur exceptio, quando diuerſis reſpectibus ſeu nominibus agitur.l.vl.de inoff.teſt.§.ſi tutor.inſt.illo tit.

Item fallit regula ex cauſa ſuperueniente vel ſi aliquid latuerit, quod veriſimiliter ignorari potuit.d.ca.nulli. Item fallit in duobus caſibus quos notat Chriſtophorus Porcus in lib. 5. ſuarum concluſionum reg. 1. Item fallit, niſi iuſtis rationibus id factum eſt. l. filio pater. de legat.1.

Subregula Fruſtra legis auxiliũ inuocat, qui in eam committit.

Hinc promanat vulgata ſubregula: *Fruſtra legis auxilium inuocat, qui in ipſam committit.* l. arbitrium.de minor.l.ſcimus.§.ſi verò poſtquã. & ibi gl. C.de iure del.cap.quia fruſtra. de vſu.

cap

cap.in audientia. c.contingit.in 2. de ſent.exc. Quin etiam contra eorum agimus ſaluberrimè inſtituta,ſi quod ipſi diuino ſtatuerunt conſulto intactum non conſeruamus.can.ideò.25.q.1. De hac ſubregula leuiter tetigi ſ̃. in tit.de dig. cap.2.

CAP. II.

Aximum eſt in electione commodum.] Mvt not.in l.Fulcinius.quib.ex cauſ.in poſſ. eatur. Itaque optione ſeu electione ſerui data quodammodo ſub conditione ſinguli legati eſſe videntur.l.3. & ibi pulchra gl. qui & à quib.man. Si plures experiri volent, eligendus eſt à Prætore, ad quem res maximè pertinet, vel magis idoneus:éſtque optimum ex coniunctione fide & dignitate electionem fieri.l. 3. §. hoc interdictum.de lib.hom. exhi. Non eſt deneganda actio priuatam perſecutionem eligẽtibus,tametſi prçiudicium iudicio publico fiat. l.2.§.hoc edicto.vi bon.rap.

Paraphraſes regulæ multis exẽplis & iuribus decoratæ.

Cùm autem plures ſunt agentes vnus eligẽdus eſt, cauens pro aliis ne difficultate defenſionis reus obruatur. l. 3. §. ſi tamen plures. de lib. ho. exhib. Et inter plures tutores ſatiſdantes. §.ſed ſi.inſt.de ſatiſd.tut. Idem de adminiſtratione.l.3.de adm.tut.Sed ſi electio non fuerit facta omnes admittuntur. ſingularis textus in l.Labeo.§.1. de ſtatulib. Ex hac deſcendunt multæ iuris ſubregulæ: Primùm, *Electio ad debitorem ſpectat,ita tamen vt mediocritas ſeruetur.* l. legato generaliter. l. quæ de legato. de legatis 1. De alternatiuis ſuprà mentionem feci.

Intellectũ regulæ.

Subregulę Electio ad debitorem ſpectat.

in ti. de coniun. diu. Nunc autem in genere loquor. Ratio eſt, quia in dubio potiùs fauetur reo quã actori. vulgata l. Arrianus. de act. & ob.

Limitationes iſtius ſubregulæ.

Limitatur tamẽ iſta ſubregula, vt totius heredi electio committatur quoties moram non eſt facturus legatario, vt eleganter exemplis declaratur in l. cum res. §. ſed ſi Stichus. de leg. 1. Item debitoris eſt electio in duriorem cauſam ſe ſoluiſſe, quãdo ſunt duę diuerſę & prinprincipales obligationes. l. 2. & 3. de ſolut. At quando vna eſt principalis alia acceſſoria, tunc creditor habet eligendi facultatem, & tunc in vſuras rectè computat quod accepit. l. ſi vſuras C. de vſur. l. 1. C. de ſolut. l. cum & ſortis. C. de pig. act. Item aliquando ad creditorem ſpectat, quando ſcilicet ex mente Bartoli verba executiua ad eum referuntur. Quod ego probo. l. ſi ſic ſtipulatus fuero. in 2. de verb. obl. Item electio vel optio datur ei, cui debetur dummodò intrà decẽ dies eligat, alias refertur debitori, vt ſingulariter notatur in cap. ſuſcepti regiminis. de elect. in extrau.

Aliæ ſubregulæ.

De electione multas ſubregulas cum authoritatibus, ampliationibus, & reſtrictionibus tradunt Dias reg. 214. 225. & 235. Medicæus in ſuo tract. 2. parte. & in reg. 2. 3. 7. & 8. Item Azo rubr. 66.

CAP. III.

POſt electionem non eſt ad omiſſum regreſſus.] id eſt, vt vulgò noſtri dicunt: *Variare non licet.* l. quod in heredem. §. eligere. de trib. act. l. ſerui electione. in pr. de leg. 1. l. apud Auſi

Aufidium de op.leg.l.ſi is qui de proc.l.cùm filius. §.variis.de legat.2.l.fin. §.ſin autem. C. de iure delib.cap.quod ſemel.de reg.iuris.in 6.

Quia electio eſt actus ſolennis & legitimus, qui nullam recipit repetitionem aut incõſtantiam. *Ratio.*

Ergo qui hereditatem petit, ab ipſis intentionis exordiis vtrum velit eligere, habeat poteſtatem, aut codicillos, aut teſtamẽtum, ſciens ſe vnius electione alterius aditum præclũſiſſe, niſi ſit de coniunctis perſonis.l.fin.& ibi Gloſſ. & Doctores.C.de codicil. Non poſſunt ab eo petere ſeparationem qui iam eum elegerunt. l. pr. §.Illud ſciendum. de ſeparat. In actionibus maximè ciuilibus actor eligere debet, qua vtatur: nam poſteà ad alias non erit recurſus. l. nemo.44.§. vlt.de reg.iuris.l.quod in heredem. §. eligere.de tribut.act.l.quæritur. §.venditor. de ædil.edicto. Tenetur etiam quandoque eligere. l.4.§.1.Quib.mod.pign.vel hypo. l. ſi fundus. §. pr.l.poſt diem. de lege commiſſo.l. reſcriptum. §.ſi pacto.de pactis.l.apud Celſum.§.Labeo. de doli except. Nec poterit variare.l.pr.§.dixerit aliquis.de publica.l.ſi merces.§.culpæ. l. & hæc diſtinctio.§.fin.l.ſi vulnerauerit. Locati. Item ex duabus actionibus alicui competentibus, ambo ſimul peti poſſunt, ſed quæ meliùs videbitur electa, non poterit ex pœnitentia ad aliam venire.l.1.& l.fin.C.de furtis.l.vn.C.Si ſeruus extero. cap. vn. de poſtul. præla.in 6.cap.vt quis duas.& ibi notabilis.Gloſſ. de electio.in 6. *Explicatio regulæ per diuerſa ſchemata.*

Attamen fideiuſſores mandatores, ſeu rei prin *Exceptiones & diſtinctiones*

principales,qui in ſolidum tenentur, vnius electione non liberantur.l.reos principales.& l. fin.C.de fideiuſ.ſolutione verò liberantur. l.amiſſi.§.fin.de fideiuſ. Vide hac de re quæ tetigi infrà tit.de circuitu cumul.cap.5. Vide hanc regulam latè cum ampliationibus & reſtrictionibus tractantem Duennam reg. 233. & Finam lib.2.Item qui ſciunt ius ſuum eligentes quod ſibi competere putant non amittunt. l. mater decedens,de inoffic.teſt.Expreſſior textus in l. legitimam.de petit.her. Suffragatur l.ex maleficio.§.longè minus. de act. & obl.l. Claudius. de acq.hær. Item quoties duo iura ſiue actiones diuersè ex eodem fonte, quorum alterum vberius eſt,competunt, licebit vtram voluerit actionem exercere, nec præiudicium fit minori per maiorem ea tamē lege, vt quod ampliùs in altera eſt, denuò conſequar. Si autem non eſt ampliùs alterius electio aliam perimit aut ipſo iure,aut ope exceptionis: qnod eſt tutius, vt amplè declaratur in l. qui ſeruum. l.plura. l. nunquam.l.quoties.de act.& obl. l.etiam. & l. fin.C.Si tutor vel curator inter.l. licet. §. pen. Nautæ caup. ſtab. Item alia eſt diſtinctio: an plurium communi conſilio aliquid factum ſit, quo caſu ſinguli in ſolidum obligantur, ſed alterius cōuentio alterum liberat: an verò quiſque proprio fecerit conſilio,quo caſu etiam in ſolidum obligantur, ſed conuentio vnius alterum non liberabit: quin immò perceptio ab altero,vt ſuprà diximus. Item minor electione vnius viæ, non ſibi præiudicat, quoad aliam.l. fin

fin. C.Si tut.vel cur.interue.maior autem ſic.l. pr.C. ſi aduerſus rem iudic. De hac ſubregula vide quæ ampliùs tractaui in tit.de regula amplia.& reſtr. Iuuat etiam cap. pr.verſic.ſoluentium.de decimis.in extr.commu.Item quando plures actiones nomine eiuſdem rei competunt, vna electa, alia non tollitur. l. ſi ſeruus. in princip. Ad legem Aquil. l. rei communis. Pro ſocio:maximè in pœnalibus.l.ancillæ.C.de furtis. vt notatur eleganter in cap. quoniam frequenter.§.fin.vt lite non conteſt.Quod quidem cum multis aliis iuribus,ampliationibus, reſtrictionibus,& diſtinctionibus tractatur ab Azone.Rub.66.

CAP. IIII.

VSus magnoperè inſpicitur.] l. hoc legatum cum tribus ll.ſeq.l.legatis ſeruis.§. ſi vnus.l.ſeruis vrbanis. de legat. 3. Vſus enim quotidianus &aſſiduus ſatis approbat.l.legaui.de lib.leg.l.iuſto.de vſuc.l.certi.C.de iud. Vnde antiqui optimum viuendi magiſtrũ nuncuparũt.Cic. li.1.de orat.& pro C.Rab. Poſth. Non etiam ex opinione ſingulorũ,ſed ex communi vſu nomina exaudiri debent.l. Labeo.de ſup.leg.ca.quam graui.de crimine falſi. Neque locus ſed genus vſus res diſtinguit, l.quemadmodum.illo tit.Vſus nominum ſpectatur,licet impropriè & quaſi abuſiuè loquantur.l. non aliter. §.1. de leg.3. Nec mirum eſt appellatione ciuitatis & vſu rerum appellationem ſuppellectilis mutari. dicta l. Labeo. Veſte legata de ea apparet ſenſiſſe teſtatorẽ, quam ipſe in vſus ſuos

Ratio. Paraphraſes regulæ per diuerſa ſchemata.

ſuos habebat.l.argumento.verſic.ſi quis addiderit.de auro.argen.leg.Item de cœnaculo,cõclaui & porticu maximè inſpicitur, in quos vſus conuerſum ſit. l. quod conclaue. de damno infecto. Ex propoſito vtētis diſtinguitur aqua quotidiana ab æſtiua.l.1.in prin. de aqua quot. & æſtiua.Præcedentis vitæ actus & vſus maximè ſpectatur. l. 3. §. is qui ad hoſtem. l.non omnes.in prin.& §. à Barbaris.de re mil. Ibi domicilium quis habere videtur, vbi frequentiùs habitat,& quo vtitur,vt multis exemplis oſtēditur in l.eius qui.Ad municip. Legiſlator ſeu princeps ea tantummodo ſuis legibus inſerit, quæ vſu & re ipſa obtinēt.l.vn. C.de dedit.lib. toll.Ita & audiui ſæpè à Domino Baptiſta Manilio aduocato regio in curia Pariſiēſi eas demum ratas & firmas ordinationes eſſe quæ lõgo vſu ex vtilitate omnium comprobatæ ſunt. Solus vſus periculo adſtringit & crimine falſi, licet contra fabricatorem vſus non attendatur.l.ſi falſos.C.Ad legem Cornel.de falſis. Nõ attenditur priuilegium impetratum:ſed genus vſus. cap. veniens.de præſcript. Iuriſdictio ex qua quis vſus non fuerit, non cenſetur in eum efficaciter tranſiuiſſe. cap.quamuis.de off. iud. del.in 6. Non ex diuturnitate temporis, ſed ex conditione & miniſterio cui applicantur,ſerui dignoſcuntur.l.fin.de ædil.edicto.

Ampliationes. Quin & vſus communis loquendi proprio ſignificatui derogat, vt ſuprà tetigi ex dicta l. Labeo.l.cum de lanionis. §. aſinā. de fundo inſtructo.cap. ex literis.de ſponſal.Quod quidem

latè

latè cum ampliationibus & reſtrictionibus declaratur per Diam reg. 796. Riſuicium & Donatum Finam lib. 5. Vſus verò à conſuetudine rectè diſtinguitur, eíque præualet. nam quaſdam leges conſuetudine reprobatas approbauit vſus, & ècontra. in can. eccleſiaſticarũ. diſt. 11. de conſuetudine infrà ſuo titulo dicemus.

Hinc alia deſcendit ſubregula: *Qui iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam.* l. 3. de lib. hom. exhib. cap. cum eccleſia. de electio. *Subregulæ Iure ſuo vtens nemini facit iniuriam.*

CAP. V.

Nemini licet abuti rebus ſuis.] l. 1. de peric. & commodo rei vend. §. in poteſtate. Inſt. de his qui ſunt ſui. §. ſed ſi gregis. Inſtit. de rer. diui. l. 2. §. naturale. C. quan. & quib. quarta pars. l. his qui. §. 1. de tut. & curat. datis. can. priuilegium. 11. quæſt. 3. cap. 2. de pœnit. & remiſſ. in Clem. l. liberam. de pœnis. l. Chriſtianos. C. de paganis. can. nullus. 1. quæſt. 1.

Nam debemus vti rebus eo modo quo inſtitutæ ſunt. can. is autem. 22. quæſt. 2. *Ratio.*

Eapropter licet domino ſeruum ſuum caſtigare, modò ne immoderatè ſuo iure vtatur. l. vn. C. de emenda. ſeruo. Nemini licet patria poteſtate ad corrumpendi atque effundendi patrimonij licentiam abuti. l. in quæſtione. §. minores. C. de ſen. paſſis & reſt. Qui rem emit ab eo quem ſtatim perditurum pecuniam ſcit mala fide non caret, nec vſucapere poteſt. l. ſi quis cùm ſciret. Pro emptore. Maximè peccant qui ſanctis non ſanctè vtuntur. can. prophetauit. pr. quæſt. pr. Omne quod quis malè poſſidet, alien *Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.*

alienum eſt:malè autem poſſidet qui malè vtitur.can.quid dicam.14.q.4. Quia ſedes apoſtolica conſueuit exhibere ſe petentibus liberalem, cauendum eſt ne eius gratia quidam nequiter abutantur. cap. ſedes apoſtolica. de reſcript.deteſtanda iniquorum peruerſitas abſtinere neſciens à vetitis,nec gaudere debito modo conceſſis, dignè plerumque officium excitat præſidentis.ad ea quæ iuſta fuerant conſideratione conceſſa (cùm in abuſum ea vertere circunſpicit) diſcretione præuia reuocanda.ca. 2.de conceſſ.præb.in 6. Lex neceſſaria non reuocatur, niſi illa abuti contingat: tunc enim malitiis hominum eſt occurrendum, vt notat Ancharanus ſingulariter.ex ca.1. de except.in 6. Priuilegia non debent pertrahi in abuſum propter quem poſſint meritò reuocari. dicto can.priuilegium.ca.licet quibuſdam. de regul. & tranſ.ad rel.cap. tuarum. cap. vt priuilegia. de priuilegiis.cap.cum illorum.cap.contingit. de ſen.exc. Quomodo autem priuilegium tollatur per abuſum ſeu per actum contrarium, latè tractat Damaſus reg.127.

Limitationes & intellectus regulæ.

At verò regula intelligitur de immoderato abuſu,vt ſ. tetigi.nã modicus nõ curatur.l.ſed & ſi lege.§.cõſuluit.de pet.her. modò in detrimentũ Reip.aut priuatorũ nõ vergat. l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut.illo tit.Sicut etiã licet,in pretio leuiter ſe circũſcribere.l.in cauſæ.in 2.§. Põponius.de procur.non tamen enormiter.l.2.C. de pactis.inter emp. De minimis & modicis ſ. latiùs diſſerui in.tit.de maiori.mi.cap.3.

In

In Tit. De Continuatione, Repetitione, & Mutatione.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

NOn tantùm vſus ſimplex ſiue vnicus actus conſideratur, ſed ipſius continuatio. Aſſiduus quippe vſus vnicuique rei deditus, vt ait Cicero pro Cornelio Balbo, & ingenium & artem ſæpe vincit. Quinetiam Epicurus ex continuatione atomorum mũdum olim coaluiſſe & quotidie procreari animalia perperàm exiſtimauit. De hoc tamen non ambigitur apud Philoſophos, quòd niſi mundus perpetuo motu & agitatione continuaretur, illicò periret. At proculdubio hîc continuationem pro conſenſu expreſſo operi adhibito ſumimus, id eſt perſeuerãtiam, quæ vltimam actui perfectionem imponit, vt notatur in l. quicquid calore. 49. de reg. iuris, & infra cap. 1. fuſiùs commonſtrabo. Proxima eſt continuationi repetitio. Fit enim cùm continenter primum repetimus verbum, vt teſtatur author ad Herennium. In iure autem ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo poteſt fieri repetitio, geminatio, ſeu duplicatio actus, dum tamen illud teneamus multùm interea intereſſe, vt ſupra oſtẽdi tit. de temp. & term. cap. 6. Sed & contraria eſt continuationi mutatio ſeu correctio, quæ in humanis rebus ſæpe deprehenditur, tam volũtate quàm opere, vt in l. quia poterat. Ad Treb. Adeò vt veriſſimũ ſit illud poetæ Manilij. li. 1. Aſtronomiicõn: Omnia

Cõtinuatio

Cõtinuatio-nis vtilitas & effectus.

Cõtinuatio quomodo accipiatur.

Repetitio.

Mutatio.

Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec ſe cognoſcunt terræ primoribus annis
Exutas variam faciem per ſecula gentes.

Intellectus de mutatione. *Caterùm hæc, & alia omnia, quæ de natura in rebus mundanis mutatione paſſim allegantur, ad viciſſitudinem & ſubrogationem rerum referenda ſunt, vt expreſsè dicitur in l. eũ debere. de ſer. vrb. præd. non ad mutationem bonorum. Nam mutationem in omnibus rebus præterquàm in malis periculoſiſſimam eſſe. & Plato libro 7. de legib. & nos quoq; infrà ampliùs probauimus. Quod rectè quoque edocetur à Cicerone libro Offic. exemplo familiari Arati Sicyonij.*

De Continuatione, Repetitione, & Mutatione. Tit. v.

CAP. I.

NOn dicitur actum, niſi duret.] Id eſt, cõtinuatione & perſeuerantia impleatur. l. ſi pro patre. §. verſum. de in rem verſo. l. qui ſic ſoluit. l. ſi rem meam. de ſolut. l. Item eorũ. §. quod ſi actor. Quod cuiuſque vniuer. l. ſi poſſeſſor. §. ait Senatus. de petit. hæred. l. ex facto. §. verumtamen. de hær. Inſt..

Ratio. Perſeuerantia enim animi iudicium demonſtrat. l. quidquid. 49. de reg. iuris.

Paraphraſes regulæ multis tũ iuribus tũ exẽplis probatæ. Quamobrem omne bonum ſiue à Deo acquiritur hominibus, ſiue ab imperio ſequente Deum decet eſſe manſurum, & omnis malitiæ & diminutionis extraneum. §. vlt. Auth. Conſtitutio. quæ dignit. coll. 6. Non videtur liti ſe obtu

obtuliſſe, qui diſceſſit ante litem conteſtatam. l.is qui.in fine. de rei vind. vbi Gloſſa multas leges & diſtinctiones in hanc rem adducit. Nec ſufficit defendiſſe, ſi non duret defenſio. l.2.circa finem.Quib.ex cau.in poſſ. eatur. Nec dicitur ſatiſdatum niſi perſeueret. l. 1. §. quod ait Prætor.Quorum bonorum.Nec videtur accuſaſſe qui ab accuſatione cœpta ante ſententiam deſtitit.l.alia cauſa. C. de his quib. vt indig.Quandiu in actu ſeruiunt immunitate gaudent.l.ſemper.§. negotiatores. de iure immun. l. fin. de except. Medicæus reg. 1. Nominantes etiam indignum ſciẽter, niſi adeò perſtiterint, vt ex votis eorum cõmunis electio ſubſequatur, non priuantur eligendi facultate. cap.perpetuo.de electio.in 6.

Fallit tamen regula, vbi non requiritur cõtinuatio actus.l.ſi quis ita legauerit.de condit. & dem.Item vbi militat fauor, & poteſt ſemel cõditio verificari. Notabilis textus.in l.ſi quis heredem.C. de inſtit. & ſubſt. & in l.cum vxori. C.Quãdo dies legati cedit.Item beata perſeuerantia de virtute cenſetur: nam beatus, qui perſeuerauerit vſque in finem. can. ſuggeſtum 7.q.1. At obſtinatio quæ ſemper in malũ accipi ſolet, grauiter caſtigatur. can.deuotam, (& multis aliis in eadem qu.) 27. qu.1.Item manere debet epiſcopus in eccleſia Dei, quam ab initio fuerit ſortitus, & non ab ea aliò demigrare, niſi fortè neceſſitatis aut vtilitatis publicæ cauſa mutationes epiſcoporum fieri cõpellat.can.epiſcopum. & can. mutationes.7.q. *Exceptiones.*

1. Vide quæ in hanc regulam & exceptionem multa hinc inde iura adduxit cum diſtinctionibus Azo in Rub. 98. Sed inter alias hæc eſt generalis & menti tenenda: vbicunque voluntas ſemel interpoſita vel factum perficit, id de quo agitur, ſufficit ſemel voluiſſe vel feciſſe: ſi verò perſeuerantia exigatur, aliud eſt. Vide etiam pulchras probationes & diſtinctiones I. a. iùs regulæ apud Damaſum in reg. 87. Item nõnunquam perſeuerantia actus nocet, vt amplè probat Medicæus reg. 2.

Subregulæ. Circa hanc regulam multæ aliæ traduntur ſubregulæ: *Perſeuerantia ſemper præſumitur in eadem qualitate.* Baldus in l. ex perſona. C. de probat. Innocent. in cap. propoſuit. de clerico excommu. Quod quidem pleniùs declaratur per ampliationes & reſtrictiones à Prateio in reg. 417. Item huc pertinere videtur quod dicitur: *Non videtur cœpiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione.* Scilicet quoad effectum interrumpendi præſcriptionem. l. fin. de eo per quem factum erit. l. cum notiſſimi. & ibi Bartolus. C. de præſcript. 30. annor. vt latè declaratur cum multis iuribus & rationibus per Riſuicium in paratitlis: Atque etiam ſuprà latiùs oſtendi in tit. de principio medio & fine. *Item continuatio debet fieri ad præcedentia.* l. 2. de ſtatu homi. l. cum de lanionis. §. aſinam. de fundo inſtructo. l. continuus. de verb. obli. Quod ampliùs declarat & reſtringit Donatus Fina lib. 5.

CAP. II.

REpetitio vt plurimum prodeſt: & pro duabus

bus vicibus, cum eadem qualitate & conditione accipitur.] Primi membri expoſitio traditur in l.pr.verſi. conſtitutiones. De emendatione Cod. Iuſtinian. vbi inter cetera quod repetita prælectio probauit ſatis validum, ſatiſque formoſum eſt. Ratio: Nam vbi geminatio interceſſit, videtur plena fuiſſe deliberatio. §. & hoc. Auth. Vt nulli iudic. col. 9. Et ſtrictiùs tenet geminatum quàm ſimplex. l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſitis lib. 11. vt etiam ampliùs probat Medicæus, & multa de geminatione tractat regul. 1. & 2. Doctores in l. balliſta. ad Trebell. *Expoſitio primi mẽbri.* *Ratio.*

Quò fit, vt geminatus actus validet priorẽ alioqui inualidum priorem, vt dicitur de Velleiano in l. 2. C. Ad Velleia. & l. fi. C. de non numer. pecu. l. fin. C. de donat. cauſa mortis. l. cum maritus. §. fi. de pactis dot. Quod latiùs tractat idem Medicæus reg. 2. *Paraphraſes regulæ.*

Sed quando in ſermone generali contenti eſſe debeamus vna vice, & quando iterari debeat, latiſſimè & copioſiſſime diſſerit Andreas Tiraquellus, cum multis iuribus & authoritatibus tam humaniorum literarum quàm Iuriſperitorum: quem videre poteris reficiendi animi gratia, quia multa ibi notatu ſunt digniſſima, prout ipſe vir eximiæ fuit doctrinæ ac eruditionis. Item exceptiones huius primi mẽbri vide in proximo cap. quod iſti penitus aduerſatur, & ſpeciales habet diſtinctiones, idcircò ſeparatim poſui. *Intellectus*

Quantum ad ſecũdum membrũ regulæ: Ite- *Explanatio ſecundi membri.*

 ratio

ratio pro duabus vicibus duntaxat intelligitur.l.fideicommiſſa.§.ſi quis alicui.de legat.3.l. fin.§.& hęc quidem.& ibi Glo. C.de iure delib. Alexander in l.ſæpe conſtitutum.de re.iud.

Ratio. Nam pluralis locutio duorum numero eſt contenta.cap.pluralis. de reg.iuris in 6. quemadmodum ſuprà expoſui in tit.de num.& menſur.cap.1. *Paraphraſes.* Non igitur intelligitur repetitum, quod an factum ſit, ignoratur. can. ſolennitates,de conſec.diſt.1.can.cum itaque.can.ſi nulla.de conſec.diſt.4.cap.fin.de presbyt. non baptiz.& cap.vn..de clerico per ſaltum promoto. Nam iteratio præſupponit ſemel ritè fuiſſe actum.can.& ſi illa pr.quæſt.pr.

Exceptiones & intellectus. At verò iterare aliquando neceſſe eſt, quod legitimè actum non eſt aut collatum minimè probatur.can.per illicitam pr.quæſt.pr.De nullo,inualido, & vitioſè facto vide infrà tit. de confir. valid.cap.4.& 5.Item dictio Iterum,pro ſæpiùs accipitur.l.veluti.§.pr. de edendo. Duas enim res ſignificat:Aliquando reſpiciens tempus,quod Græci δεύτερον vocant: Nonnũquam ad inſequentia tempora,quod Græcè πάλιν, id eſt rurſus. Nam & commemoratio temporum repetitionis vim obtinet. l. ſi duobus. Quemadmodum vſusfructus amittatur.

Explicatio tertii. Ratio. Paraphraſes. Quoad tertium membrum. Repetitio cum eadem qualitate & conditione intelligitur. l. in repetendis.de legat.3.Nam repetita ſicut relata ſimilitudinem qualitatis inferunt. Gloſ.in l.ſi ſerui fugitiui.C.de ſer.fugit. quemadmodũ ſuprà expoſui tit.de Eodem,coniug.ca.quinto.

Ead

Eadem quoque ſolennitas requiritur in reſtaurando aut repetendo actum quæ in faciendo. l.ſi vt proponis in 2. C. de nupt. Si nihil aliud dictum ſit, eædem partes factæ cenſentur in ſubſtitutione quæ in inſtitutione. l. lecta. Si certum petatur. l. pr. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus.

Limitationes. Verumtamen in eadem oratione non cenſetur repetitio facta, quando repetitum viciat, aut inde reſultat abſurdum. l. fin. & ibi Doctores. de fideicom. liber. Item repetitio non facilè admittitur, vt ex vna cauſa alterius ſolutionis origo proficiſcatur. l. Iulianus verum debitorem. de cond. indeb. Item fallit noſtra regula, quando antecedens multò maius eſt conſequenti: Argumento l. pen. §. illud. C. de neceſſ. ſer. her. inſt. Item fallit in his quæ ſpectant cõmodum concedentis. l. cum procurator. §. fin. de collat. bon. l. tutor. de bon. poſſ. l. pr. §. vnuſquiſque. de ſucc. edicto. Hanc regulam latiùs declarant Riſuicius & Donatus Fina lib. 5.

CAP. III.

Duplicatio actus nil operatur.] Imò vt ſuperfluũ reiicitur. §. quibus. De nouo Cod. faciendo.

Ratio. Ratio: Nam ſæpiùs idem dicendo non ampliatur vis ſententiæ. l. ſi alij vſus in fine. de vſufruct. Notatur eleganter à Papinia. in l. Mæuius. §. eum qui de legat. 2. Vile habetur, quod ſic ſæpius iteratur. can. quamuis. diſtinct. 50. Nec debet idem pluries reperi, quia repetita crambe mors eſt. cap. in geneſi. de electio. Nec

Paraphraſes regulæ multis iuribus & exẽplis ornatæ.

item munera eccleſiæ, nec ſacramenta debent iterari, ſed ſi qua de ſolennitate omiſſa fuerint incautè ſiue per negligentiam cautè ſupplenda ſunt. can. & ſi illa pr. q. 7. cap. 1. de ſacra. non iterandis. Vulnus iteratum ſanatur tardiùs, & frequenter peccans & lugens vix veniam meretur. can. inanis. de pœnit. diſt. 3. Quod quidem magis ad Theologos quàm ad Iuriſconſultos pertinere video. Geminata itaq; promiſſio ſemel tantùm obligat, vt tractatur & limitatur per Iaſonem, & Doctores in l. qui bis idem. de verb. oblig. §. ſic itaque. Inſt. de actio. Naturalis æquitas non patitur, vt bis idem exigatur. l. bona fides, 58. de reg. iuris. Nec etiam poteſt quis principale debitum & pœnam ſimul petere. l. 2. §. Labeo. de doli except. niſi contumacia aut dolus debitoris inſit. l. prædia. de actio. empt. quod quia magis ſpeciales regulas reſpicit cõſultò dimittemus. Frequens verò & ſæpiùs iterata mutatio nec minori cõceditur, ne per hoc ludibrio leges ei fiant, ſępiùs eandem amplecti & reſpuere hereditatẽ cupienti. notabilis textus in l. fin. §. vbi autem. C. de bonis quæ lib. Et ſi aliquod detrimentum ſæpiùs contingat, erit magis damnoſum. Arg. c. Apoſtolicæ. de donat.

Diſtinctiones & intellectus.

Verum enimuerò verborum duplicatio nõ prodeſt, idem ſcilicet ſignificantium: Si verò plus ſignificat vnũ verbũ, quàm aliud prodeſt. l. ſi ſtipulatus. de vſuris. l. pediculis. §. Labeo de auro & arg. legato. l. vlt. C. de ſen. & inter. om. iud. Quod latè declarat cum iuribus hinc inde allegatis & diſtinctionibus Azo, Rub. 94.

CAP

Orrectiones legum vitandæ ſunt.] l.præcipimus in fine. C.de appellat. l. generaliter.§.vlt.C.de reb. cred.§. 1. Auth.de non eligendo ſecundò nub.coll.pr. §.tribus. Auth. Quib. mod. eff. ſui coll. Notatur etiam à Iuſtiniano in fine procemij Pandectarum.& l.illam. C.de collat.

Ea enim minimè ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. l.minimè.de legib. l. 2.de conſtit.pecun. Vnde audet Iuſtinianus Imp.aſſerere nullum eſſe in iure contrarium, modò ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationes excutiat. l. 2.verſic.contrarium.C.de veteri iure enucl. Ideóque idem ipſe ſanxit, quòd non alioqui contrarium, niſi per correctionem quam fecit in antiquioribus legibus,inuenitur,in ſua manere firmitate. l.vn. §.fi.C.de rei vx.act.Nec credendũ eſt Rom.Põtificem, qui iura tuetur, quod alias excogitatũ eſt multis vigiliis,& inuentum vno verbo ſubuertere voluiſſe.c.eccleſia veſtra. de electione. Quæ ad perpetuam generaliter vtilitatẽ ſunt ordinata,nulla commutatione varientur. can. quæ ad perpetuam. 25.q.1. Concordare iura iuribus expedit,eorúmque correctiones, ſi ſuſtineri valeant,euitari.ca.cum expediat.de elect. in 6.Antiqua iura, cùm per noua nõ ſint immutata ſeruari oportet.c.cõſtitutio.c. indemnitatib.§.vlt.illo ti. Tritũ eſt illud apud Locrenſes inſtitutum,vt nemo ageret de abrogatione legis niſi laqueo ad collum circumducto, vt niſi

Ratio.
Expoſitiõ regulæ per diuerſa ſchemata.

perſuaſiſſet, ſtatim ſtrangularetur, & omnes hoc periculo admonerentur, ne quam temerè tentarent legum mutationem. Quod quidem valdè pernicioſum eſſe in Repub. Plato & poſt eum Ariſtoteles in ſuis Politicis teſtantur.

Exceptiones & intellectus. Atqui non debet reprehenſibile iudicari ſi ſecundùm varietatem temporum ſtatuta quoque varientur humana, præſertim cùm vrgens neceſſitas aut euidẽs vtilitas id expoſcit, quoniam ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo. c. non debet. de conſang. & affin. Cui ſuffragatur. l. minimè. de legib. §. 1. Auth. vt determin. ſit nu. cler. coll. 1. §. vlt. Auth. Quomodo oporteat epiſcopos. coll. 1. can. & ſi illa 1. quæſt. 7. Item pro varietate rerum & cauſarum ſtatuta mutantur. cap. neceſſe. diſtin. 29. l. 1. de con. empt. & in prin. Auth. Vt defuncti ſeu funera eorum. coll. 5. Decurſio enim & varietas humanæ naturæ illud exigit. §. 1. Auth. de reſtit. & ea. coll. 4. l. vlt. C. de iure dom. impet. Alma mater eccleſia nonnulla ratione ordinat & conſultè, quæ ſuadente ſubiectorum vtilitate poſtmodum conſultiùs ac rationabiliùs reuocat, in meliúſque commutat. ca. vlt. & ibi pulchra Gloſſa de ſen. exc. in 6. Sic humani fallitur incertitudo iudicij vt quod coniectura probabili ex nunc interdum attenta conſideratio vtile pollicetur, reperiri damnoſum quandoque contingat: nõnunquam quod conſultè ſtatuitur ex ſanioris inſpectione iudicij conſultiùs reuocatur. c. vn. de torneam. in extrauag. *Suſcepti regiminis nos*

cura

cura ſollicitat, inquit Pontifex in cap.vn.Ne ſede vacante.in extra.commu. *Vt quæ in eccleſiis non abſque diſpendio miniſtrorum, & cultus diuini detrimento ſeruari videamus, per appoſitionẽ congrui moderaminis in melius reformemus.*

Item non diſplicet legumlatori per ea quæ meliora viſa ſunt, priora immutare. Iuſtin. in pr.Auth.Neque virum ex dote. coll.8.§.1.Aut. de lenon.coll.3.§.conſideremus.Auth.de triente & ſemiſſe.coll.3.§.vl.Auth. de admi.off.coll. 3.in prin.& §.1.Auth.de nupt. coll.4.& in prin. Auth.vt immobilia ante nupt.coll.5.cap.vn.de immu.eccl.in clem. *Diſtinctio licet mutare in melius.*

Ferenda enim lex eſt quæ priores omnes renouat, id eſt, quod deeſt adiicit,& ſuperfluum reſcindit.§.1.Authent.de non elig.aut permut. coll.2.Qui vtique non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui primus inuenit, vt inquit Iuſtinianus in epiſtola, quam Triboniano ſcripſit pro limine Pandectarum poſita. Nõ dubitauit itaque Imperator,non ſolùm ſententias veterum Iuriſconſultorum in meliùs reformare, ſed & ſi quid in principalibus conſtitutionibus corrigendum eſſe viſum eſt,nemo tamen ad effectum antè perduxit, id adimplere. l. 2. verſic. tanta. C. de veteri iure enucl.l.1.de nouo Codice faciendo. Aliquando autem non derogandi gratia legibus antiquioribus, ſed ſi quid deeſt,replendi lex introducta eſt. l. generaliter in fin.C.de reb.cred.Ita deceſſorum ſtatuta,ſicut iuſta & legitima ſucceſſorum cuſtodire conuenit, ſic etiam malefacta corrigere. *Ratio. Paraphraſes huius diſtinctionis.*

can

ca.deceſſorum.25.q.2. Nuſquam melius pro religione certamus,quàm ſi nutrire ea quæ certa ſunt, & corrigere quæ profectum virtutis impediunt, procuremus. cap.3. de priuilegiatis & excell.priuil. Sententiam etiam Romanæ ſedis non negamus poſſe in melius commutari, cùm aut ſubreptum aliquid fuerit,aut ipſa pro conſideratione ętatum vel temporum ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatione quædam ordinare decreuerit exemplo beati Pauli Apoſtoli. Nam veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lum,& pernicies reuocata in iudicium grauius & ſine pœnitentia condematur. c.ſententiam. can.graue.35. quæſt.9. cap.cum olim.de ſent. & re iud.

Correctio quoad priuatas perſonas aliquando eſt neceſſaria.

Item quoad priuatas perſonas attinet correctio aliquando morum eſt neceſſaria: quod quidem occultè fieri debet nō manifeſtè iuxta Euangelij ſententiam.cap. cum ex iniuncto.de hæret. Si peccauerint ſacerdotes aut eccleſiæ miniſtri,prius eos adire debes,vt familiari colloquio ea ſanent commoniti quæ ſanāda ſunt, & charitatiuè emendent,quę iuſtè emendanda cognouerit: ſi contra fecerint,à communione Chriſtiana repellantur.can.accuſatus circa fin. &can.ſeq.2.q.7. Meritò etiam reprehenduntur aliquando docti ab indoctis,clerici à laicis, ſeniores à iuuenibus,exemplo aſinæ,quæ contrà ſuam naturam locuta Prophetam Balaam reprehendit.can. Paulus dicit.cum ſeq.aliis.ead. quæſt.Quin imò vbi ſenior iuuenibus exemplū ad interitum præbet diſtricta increpatione

coërc

coërcendus eſt.d.cap.Paulus. Ideóque conſulic ſummus Pontifex epiſcopo, vt prudenter corrigens per ſeipſum, quæ minus prouide attentarit,relaxet.ca.graue. de off.iud.ord. Non pudeat errorem veſtrũ corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores. cap. qualiter.de accuſat.Pater filium quem diligit corripit.cap. cum in iuuentute.de purg.canon.

Diuina enim gratia verè correctis non obſtinatis vel incorrigibilibus impertitur.can.legatur. can.damnationis.24.q.2. in eorum quippe delictis grauius prouocemur, quò periculoſius remanent incorrecti.ca.2. de reliq. & ven. ſan.in extra.com.Cæterùm de caſtigatione vide ſ.quæ ſcripſimus ſub tit.de pœn.cap.2.Nam correctio proprie animi mores, caſtigatio corpus vel fortunæ bona reſpicit. *Correctis Deus parcit.*

Item licet verba immutare, dummodo ſenſus maneat integer. d. l. 1. de nouo Codice faciendo,quia hominum nomina ſępè mutantur, non rerum. l.4.de leg.1. Item correctio recipitur in teſte,parte,iudice,procuratore,notario, dummodò incontinenti fiat, quemadmodùm multis declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus,per Medicæum reg.5. *Alia exceptio.*

CAP. V.

Mutatio ſtatus, conditionis, vel ipſius rei alterat negotium.] l.eum actum.cũ ſeq. de neg.geſt,l.repeti.§.rei mutatione.quib. mod.vſusf.amit.Nam dum ea mutantur,mutatur mentis effectus.can.placet.diſt.81.Quò fit, vt res quę cõmixtione ſpeciem mutãt,deſinant *Ratio.*

eſſe

eſſe prioris domini,& ſpecificantis efficiantur. l.idem Pomponius. §.1.de rei vind. §. cum ex aliena.inſt.de rer.diuiſ.fieri non poteſt, vt fideicommiſſum aut legatum durare exiſtimetur, cùm id quod in teſtamento dabatur in ſua ſpecie nõ permanſerit, & quodammodo videatur extinctum.l.Seia.de auro & arg.leg.

Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.

Exceptiões & intellectus.

Non tamen mutatio partium efficit rem alteram, videlicet ſi in illius locum alia ſimilis eſt ſubrogata: cuius multa traduntur exempla ab Alpheno in l. proponebatur. de iudic.Item non videtur abſumptum,quod in corpus patrimonij verſum eſt.l.pater.de adim.leg.Item circa hanc regulam pulchra traditur diſtinctio inter veteranum ſeruum,& nouitium in l.fi.de ædil. edicto. Item diſtinguitur, ſi mutatio ſtatus ſit ante petitam bonorum poſſeſſionem, & ius acquiſitum, an verò poſteà contingat. l. fin. (quæ eſt notabilis) Vnde liberi. Item non procedit regula, quando negotia ſunt cõnexa, ſecus ſi ſeparationem facilem recipiant.l.tutorem.de admin.tut. Cæterùm de diſtinctione & confuſione vide ✝.in ſuo tit.quæ diximus.

CAP. VI.

NEmini conceditur mutare conſilium & facto proprio contra venire præſertim in alterius iniuriam.] l.nemo.76. de regul. iur.cap.quod ſemel.21.cap.mutare.33.eod.tit.in 6.& ibi vide gloſſam &Dynum.l.poſt mortem. de adopt.l.ſi quis iuſiurandum. C. de reb.cred. l.generaliter.C.de non num.pec.l.per fundum. de ſeruit. ruſt. præd. l. nihil prohibet.de adim. leg

leg. l.pen. C.de pact.l.quid ſit fugitiuus.§.Cælius.de ędi.edict.l.poſt diem.de lege commiſſ.l. pactum inter heredem. de pactis. l.ſi culpa. de rei vind.cap.cum ſuper. de conceſſ. præb.l.huiuſmodi. §.Stichum aut Pamphilū.de leg.1.l. ſi creditoribus. & ibi pulchra gloſſ. C. de ſeruo pignori dato, cap. inter dilectos.de donat.cap. ab eo.de elect.in 6.

Rationes.

Ratio:Quia quod ſemel placuit,amplius diſplicere non poteſt. dicto ca. quod ſemel.de regulis iuris in 6. Item : illud eſt ridiculum & inconſtantiæ plenum, ac penè propriam turpitudinem allegare : quod valde inhibetur. l. cum profitearis. C. de reuoc. donat. vt amplius notaui. ſupra tit.de honeſto & turpi.c.2.Hanc rationem iuuat.l.ſi cui.de ſeruit.l.ſi mulier.§.fin. Quod met. cauſa.l. inciuile. C.de rei vindic.§. non autem. Auth.de hær.& Falcid.coll.1.§. ſemel.inſt.quib.ex cauſis manum.non licet.

Paraphraſes regulæ multis tum iurib. tum exēplis probatæ.

Difficilis eſt humanæ vitæ mutatio , & cum animi fit labore.§.1.verſ.non enim.Aut.de monachis. coll. 1. Neminem etiam facilè creditur elegiſſe viam ad impugnandam ſuam voluntatem.l.3.de teſtam.mil.Nemo poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis tam in poſſeſſione naturali , quàm ciuili. Et hæc eſt frequens regula in materia poſſeſſionum,quæ tamen multas limitationes recipit , vt paſſim in tota illa materia videre licet. Stipulationis ſtatus qui ab initio certus eſt,ex poſt facto non mutatur.l.inſulam. de verb.obl.l.verò.§.fi.de ſolut.

Huic regulæ adſtipulatur , quod dictum eſt in

in tit.de agnit.cap.1.Quod ſemel approbaui,nō poſſum poſteà reprobare, nec econtra, quia illud eſſet mutare conſilium &propoſitum in alterius iniuriam.

Pœnitētia in actibus perfectis locum non habet.

Pœnitentia etiam non reddit innocentem eum qui crimen perfecit.l.qui ea mente. de furtis.Qui ſemel ab accuſatione deſtitit,rurſus paratus accuſare non auditur.l.in Senatuſconſultum.§.ſi propter mortem.ad Turpill.Qui ab initio non contradixit, & proinde conſenſit, nō admittitur poſteà quam decurio creatus eſt contradicere volens.l.Imperatores.in fi.de decurion. Æquiſſimum eſt voluntates in ciuitate collatas pœnitentia non reuocari.l.3.de pollic. Leuiter perfectam donationem reuocare cupienti iure occurritur.l.ſi repetendi.C.de condict.ob cau.dat.Pœnitentię,licet incontinenti facta conteſtatio contractum rectè habitum non reſcindit.l.eo quòd à multis.ſi cert.-pet.l. non idcircò.C.de con.emp. Sententia difinitiua ab eod. iudice non poteſt reuocari.l.iudex. de re iudic.l.pœnam.C.de pœn. de interlocutoria ſecus.

Si quis quod eccleſiæ vel pauperibus contulerit,poſteà reuocare tētauerit,nec prima merces grata eſt, quia iudicium non habuit, nec ſecunda,quia ſacrilegium committit: nam eos qui pœnitentiam agunt,pręcipuò timere oportet, ne ipſius pœnitentiæ agant pœnitentiam. Eleganter & doctè,in c.ſunt qui.17.qu.4.Poſtquàm poſtulatio ſubſcriptionib.poſtulantium roborata eſt, & præſentata Romano Pontifici

appr

approbanda, non poteſt ab ea recedi: Aliter frequenter nobis illuderent, & iudicium noſtrum ex eorum penderet arbitrio. cap. bonæ memoriæ in 2. de poſtul. præl. Ab electione ſemel facta & ſubſignata reſiliri non poteſt. cap. cum inter canonicos.cap.publicato.de electio. Nimis indignũ eſt (iuxta legitimas ſanctiones) vt quod ſua quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundẽ caſum proprio valeat teſtimonio infirmare.c.per tuas.de prob.Illuſio & variatio maximè in perſonis eccleſiaſticis ſunt vitandę. cap.vn. de renunc.in clem. Variare non poteſt qui ſemel vtiliter elegit Doctores communiter in d.ca.quod ſemel.& l.cum indebitum. de cond. indeb. Quod amplius probat Medicæus reg.3.Quod rectè fieri probatum eſt per odium aut gratiam non debet immutari. l.reo.de rec. arb.l.ſi quos.C.de reſcind.vend.

Ad hanc tamen regulam innumeræ diſtinctiones & limitationes profeseruntur. Nam in primis vbi factum aliquo iuris ciuilis nexu cõfirmatum eſt, tranſlatum dominium, atque ita res non eſt integra, ſine iuſta cauſa reſilire non licet. l. ab emptione. de pact. l. 2.& toto tit.C. Quando liceat ab empt. diſc. l. 2.C.de reſcind. vend.l.ſerui electione.in prin.de leg.1.l.ſi ſterilis.§.fin.de act.empt. *Diſtinctiones & intellectus.*

Alioqui licet mutare conſilium.cap.licet.de proc.in 6. Qua de re vide amplius differentem Loriotum in axiom.192.de reg. iur. facit l.1. C. ſi mancip.ita fuerit alien.

Itę quando electio trahi ſecũ executionẽ nõ

licet

licet variare: Alias interdum licet. vt notat Bartolus in d. l. apud Aufidium, de opt. legat. Dynus in d.cap.quod ſemel.

Item in extenſiuis verbi edicti licet vſque ad annum mutare conſilium.l.filij mater.§.1.ad Tertyll.

Item noſtra regula intelligitur in actibus obligationem producentibus: nam in iis qui nõ obligãt, variatio permittitur,ſicuti ſunt teſtamenta & omnes vltimæ voluntates,& aliis inter viuos qui non obligant. l.ſi quis in princip. de leg.3.l.1.& fin.C.de reuoc.donat.c.fi.de don.

Item licet procuratorem reuocare ante litẽ conteſtatam: non autẽ poſt.l.ante litem. l.poſt litem.cum l.ſeq.dȩ procur.niſi cauſa cognita.l. ſi quis ita ſtipulatus. de verb.ob.l. ſi totas.C.de inoff.don.cap.2.de procur.in 6.

Item licet contra factum ſuum venire ei qui allegat culpam ſeu perfidiam recipientis, quia fidem frangenti eandem frangit.l.cum proponas.in 2.C.de tranſa.& l.quæro.§.inter locatorem. locati. cap. peruenit. in 2.de iureiur.vt ſ. notaui tit.de æquit. cap. 4. Item fallit regula, quando verba inducunt tractum temporis. l.ſi quis ſtipulatus ſit.de verb.oblig.

Item licet facto proprio contrauenire in iis caſibus, quibus ex cauſa emẽdare permittitur. l.edicta.& ibi notatur.C.de edendo.l.acta. l.actorum.de re iudic.l.accuſaturus. ad leg.Iul.de adult.l.libellorum. de accuſat. Nam generaliter ſciendum eſt mutare debere conſilium in melius,non in deterius,cùm nondum ſortitum eſt

eſt effectum. Ne tamē alij temere offendantur. l. Imperialis. C. de nupt. l. 2. C. de infa. expo. l. de ætate. §. vlt. de inter. act. l. 1. §. ſi depoſuero. depoſiti. l. ſi ſterilis. §. fi. de act. empt. Propoſitum enim aut promiſſum non infingit, qui in melius commutat, quamuis ſit iuramento firmatum. cap. 3. de iureiur. Nam in turpi voto mutandum eſt decretum, ſicut in iuramento, quod obſeruatum in peiorem vergeret exitum. can. in malis. can. ſi aliquid. 22. q. 4. Magnæ ſapientiæ eſt reuocare quòd malè quis locutus eſt, vel fecit. can. magnæ. ead. q. Incauta definitio laudabiliter eſt ſoluenda, nec eſt præuaricatio ſed temeritatis emendatio. ca. diffinitio. ead. q. Quin imò Deus incommutabilis ſæpe in ſacris ſcripturis ſua legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia aut alia de cauſa temperaſſe ſententiam. can. incommutabilis, ead. quęſt. Interdum etiam, Prætor varietatem non repellit, & conſilium mutantis non aſpernatur. l. nõnunquam. de collat. bon. Hinc elegans Ciceronis dictum, lib. 1. Epiſtol. penult. epiſt. *Nunquam præſtantibus*, inquit, *in Repub. gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio.* Quod alibi quoque tetigimus. Non negatur poſſe Romanæ ſedis ſententiam in melius quandoque commutari, cum aut ſubreptum aliquid fuerit aut pro varietate circunſtantiarum ordinare decreuerit. cap. cum ex literis. de in integr. reſt. de quo ſ. ſatis abundè tractatum eſt prox. cap.

Egregia ſententia.

Item fallit regula fauore libertatis. gl. in l. ſi tibi liberam. C. de euict. Et fauore filiorum. l. 1.

Exceptio, & reſtrict.

de liberali cauſa. Item decem dies dantur appellantibus ad renuntiandum, ne iuſtæ pœnitudinis humanitas amputetur. l. ſi quis libellos.C.de appell.Item minoribus & aliis per infirmitatem lapſis ſuccurritur vt ſ.notaui in titulis de ætate & de paſſio.& affectio. Dum tamen non ſæpius in idem recidant ne ſic ſæpius voluntatem mutando leges eis ludibrio fiant, ſicut alibi dixi ex l.fin.§.vbi autem.C.de bonis quæ lib. Item mutatio nominis homini libero & innocenti periculoſa non eſt.l.vn.C.de muta.no.modo ne in fraudem alicuius fiat Baldus in l.1.C.quæ vendi res non poſſ. Item nemo ferendus eſt ad appellationis veniens auxilium in iis quæ ipſe facienda procurauit niſi quis contrarium confeſſioni per apertiſſima rerum argumenta ſcriptis incerta probare contendat.l. generaliter.§.1.C.de reb.cred. Item ſicut renũtiare cauſam nemo cogitur, ita liberum arbitrium deſiſtendi ei non datur qui detulit niſi certa de cauſa.l.res quæ.§.fin.de iure fiſci.Item creditur etiam periuro ſi poſteà ad ſe reuerſus zelo fidei deponat veritatem, quod ex manifeſtis iudiciis appareat. cap.accuſatus.§.licet vero.de hęret.in 6.Quocirca verè humilitatis aut pœnitentibus venia non denegatur.can.quanto à nobis.2.q.5. l. Manichæos.C.de hæret. niſi ſint apoſtatæ.l.3.C.de apoſtat.Quod tamen nouiſſimè iure canonico correctum eſt. Sed,quia hæc ad Theologos magis pertinent, iis diſcutienda relinquemus. Item pœnitere licet, ſi id iuris authoritate fiat, cùm nemo lege permit-

tente

tente peccet.l.3.§.1.& toto tit. de cond.cau.data.& cap.fi.de rapt.Item licet mutare voluntatem in alternatiua præſtatione, aut tacita non expreſſa.l.eum qui.§.1.de verb.oblig. Item mulier nubilis cùm in aliquem ſemel deſpondendô conſenſerit, amplius non poteſt diſſentire, niſi ipſe, poſtquàm ad legitimam ætatem peruenerit in eam ſuum negauerit præſtare conſenſum.c. de illis.de deſponſ.impub. Vnde colligitur vulgata ſubregula quæ ſ. expoſita eſt: Quæ conſenſu ſolo inchoata ſunt, contrario diſſolui poſſe,ſcilicet vbi res adhuc eſt integra quemadmodum ſtatim dicebam.

Item hanc regulam primariam cum ampliationibus, diſtinctionibus & fallentiis declarãt Azo rubr. 10.71. & 104. Damaſus reg.91. Viuienus, Mediceus reg.8. Riſuicius & Donatus Fin. lib.5. Scipio Ianuarius reg. 180. Et quod liceat variare. Itidem exponitur latè cum diſtinctionibus & reſtrictionibus per Iacobum Nouellũ in reg.219. & Azonem rubr. 66. vbi inter cætera notat ſępe mulieribus conceſſum eſſe mutare voluntatem.l.2.§.hæc verba.ad Velleia.l.iubemus. C.eod. quia voluntates mulierum ſunt momentaneæ.l. filia.C.de inoff.teſt. l.ſi licet & filiæ. C.de repud.l.reprehendenda.C.de inſtit. & ſub.

In Titulum de Circuitu, Cumulatione, Diſtinctione, & Confuſione.

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

Continuatur aliquid aut per circuitum, quem Graci περίοδον *vocant, aut breui modo: quæ duo genera multoties & ſecundùm ſubiectorum varietatem in iure vſurpantur, veluti in primo capite huius tit. exponemus. Sed id obiter notandum eſt, quod ſicut circuitus in oratione plerũque fieri ſolet, id eſt, ambitus, continuatio, circumſcriptio rei ſimplicis per elocutionem & digreſſionem, vt teſtatur author ad Herennium, & Cicero in lib. qui inſcribitur Orator ad Brutum, ita in rebus & facto: non tamen adeò frequenter apud Iuriſc. & apud oratores. Nam illi breuitatis, & æquitatis, hi autem ornatus & verborum concinnitatis ſunt amantiores. Quando breuiter fit continuatio, multa inuicem cumulantur, & occurrunt, tùm æquè principalia, tùm etiam quædam principalia, alia per acceſſionem, ſeu in ſubſidium: in tantùm videlicet, vt prolixitatis vitandæ gratia vniuerſa coniungantur, & eundem effectum pariant, vel in defectum vnius altero legitimè ſuccurratur. Quòd quemadmodum & in quibus locum habeat latiùs paulò poſt explicabimus, & §. quoq; in tit. de conun. diuiſ. cap. 2. demonſtratum fuit. Ac demùm quæ vel ſorte vel natura rei, vel facto hominis ſeu legis cumulata ſunt, nonnunquam diſtinguuntur ab inuicem, interdùm confunduntur, quæ ſibi ex aduerſo repugnant. Diſtinctio ſæpiùs in iure neceſſaria eſt, rémque integriorem & clariorem reddit. Vnde inquit Cicero libro de Oratore.* Numerus in continuatione nullus eſt, at diſtinctio numerum conficit. *Confuſio verò licet*

Circuitus in quibus locũ habet.

Cumulatio quãdo fiat.

Diſtinctio & cõfuſio.

omn

omnibus aliis in artibus atque ſcientiis odioſa ſit, tamen in noſtra iuriſprudentia ad euitandum maius malum & bonum conſequendum admittitur.

De Circuitu, Cumulatione, Diſtinctione,& Confuſione, Tit. vj.

CAP. I.

Circuitus quod fieri poſſit euitatur.] l. dominus teſtamento.& ibi notatur de cond. indeb. l.vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.l.1. §.Item ſi cum me. de pet. her.l.ſingularia.in fin. ſi cert.pet.l.ſi procuratorem. §.ſi liber homo depoſiti. l. videamus. Si cui plus quam per legem Falcid. l.1.C.comm.de leg.l.fi. §.fin.C.de vſur.rei iud.l.fi.C.de adopt.l.fi.C.de emancip.

Vtilius enim videtur negotia breui quodam expediri compendio, quàm per exactam ſubtilitatem longo diſpendio protogari. cap.3. in fi. de ſent.& re iudic.in 6.cap.auditor. de reſcrip. in clem. *Ratio.*

Hoc eſt quod breui manu fieri dicitur. vt pulchrè oſtendit.l.licet ſoleat. de iure dot.l.3.§. fin.& ibi gl.de don.inter vir & vx. *Humano generi conſulentes* (inquit Iuſtinianus in illa famoſa.l.fi.§.ſed cum antiquitas.C.de curat.furioſi) *omnem quidem obſcuritatem & inextricabiles circuitus tollamus, & compendioſo dilucidóque re-* *Paraphraſes regulæ.*

medio totum complectamur. Nihil prodeſt reo, ſi modò non condemnetur ex cauſa de nouo ſuperueniente, cùm poſtea ex alio inſtituto iudicio foret condemnandus. dicto cap.3. verſic. cæterùm.

Notantur tamen in iure propter varias cauſas multa exempla circuitus, veluti in l.licet. Nautę caupo.ſtab.l.item Mela.§.ſi in eo homine ad leg. Aquil.l.qui iniuriæ.§.1.de furt.

Amouetur abbas propter ordinem iuris non ſeruatum, & ſtatim reſtituitur. cap. ad petitionem.de accuſat.cap.de regularibus.& ca. quoniam.de ſimon. Item caſus eſt elegans, vbi heres fideiuſſoris ex perſona ſua poteſt rem euincere, licet tanquam heres de euictione teneatur, quia diuerſa ſunt patrimonia. Item heres matris poteſt rē vindicare à tertio poſſeſſore, licet tanquam heres cum beneficio inuentarij patris de euictione teneatur. l. ſi.C.de iure del. Idque iudicatū eſt placito curiæ ſupremæ Pariſienſis inter fratres Chelien Lugdunen. & Guilielmum Rolād.& eius.vxorem die 14. Auguſti anno 1585. Notatur etiam pulchra diſtinctio circa hanc regulam in l. ſi vſusfructus mihi.vſufruct quem.caueat. Fallit quoque in caſu l.2.in pr. ad leg.Rod.de iactu. Item quando cadit in extranea perſona, non in ea cum qua contrahitur.l. ſi ſocer.§.Lucius Titius.ſol.mat.

Hinc naſcitur vulgata iuris ſubregula: *Dolo facit qui petit quod ſtatim eſt redditurus*. l. dolo facit.de doli except.

CAP

CAP. II.

CVmulatio fit in fauorabilibus.] l. is qui dicit. de excep. Exempli gratia: Nemo pluribus defenſionibus vti prohibetur, quamuis diuerſæ ſint. l. nemo. 44. de reg. iur. l. nemo. de except. Ratio deſumitur ex regula quàm ſ. expoſui. tit. de charit. ami. ca. 5. Fauores ampliari conuenit, atque odia reſtringi. c. odia. de reg. iur. in 6. Non eſt itaque nouum vt duæ obligationes in vnius ſtipulatoris perſona concurrãt. l. non eſt nouum. de act. empt. l. generaliter. de fideiuſſ. Idem eſt in fideiuſſoria paſſiuè. l. heres. §. 1. illo tit. Item licet facienda ſit electio: l. 1. C. de fideiuſſ. tut. vt ſ. dixi in tit. de agnit. elect. cap. 2. tamen aliquando emendatio ſeu cumulatio admittitur in libello. Authen. edict. & ibi annotatur. C. de edendo. Huc pertinet vulgaris quæſtio: An filius duas quartas detrahere poſſit legitimam ſcilicet & Trebellianicam. Et magis eſt vt poſſit, quia non ſunt inuicem incompatibiles & ex diuerſo fonte oriuntur. l. in fideicommiſſariam. ad leg. Falcid. Notat gloſſ. & poſt eam Benedictus in cap. Rainutius. circa fin. de teſtam. & gloſſ. in l. quamquam. C. ad leg. falcid. facit l. ſi vero. ſol. matr. l. ſi is qui. de act. & oblig. *Ratio.* *Paraphraſes regulæ per diuerſa themata.*

Non debet tamen fieri cumulatio ad impediendam iuriſdictionẽ, quia illud eſt odioſum. l. ſi quis id quod. l. ſi idem. & ibi notatur. de iur. omn. iud. Itaque admittitur quando in fauorẽ tendit. l. ſi plures. de pact. l. ſi libertus minorem. de iure patronat. Similiter non fit cumulatio *Exceptiones.*

in l.ſancimus.§.ſi quis autem per diuerſa. C.de donat. Item non eſt expectanda poſt ſingulas æſtimationes vna coadunatio totius calculi: quod ſatis ſcrupuloſum & per nimiam ſubtilitatem pernicioſum eſſet,ſed ſingularum rerum ſeparatim æſtimatio facienda.l.fi.§.fi.C.de iure dot. Item quando fieri debeat côaceruatio ſiue cumulatio,& quando non, enarratur cum ampliationibus & fallentiis ab Azone rub.98. Riſuicium,Ianuarium reg.53. Medicæum reg.7.& Donatum Finam lib.3.Item ex eo quod ſ.diximus notatur alia exceptio,vt propter diſcôuenientiam, quæ aliàs incompatibilitas vocatur, non fiat cumulatio,l.2.§.fi.pro emptore.

Intellectus Sed concurſu aliquando diuiſim partes ſibi faciunt.l.ſi finita.§.ſi ante hoc decretum.de dãno infecto.l.re coniuncti.& ibi not. de leg.3.ſicut etiam ſ.diligentius expoſui tit. de coniun. diui. cap.1. Interdum pro indiuiſo. l.3.§.fin.l.idem Pomponius. §.ſed ſi plumbum.de rei vind. Diſcreta enim ſunt iura, quamuis plura in vnam perſonam concurrant. l. tutorem. de his quib.vt indig.

CAP. III.

DVo ſpecialia in idem concurrere non poſſunt.] l.1. C. de dot. prom. l.Mæuius. §. duobus.de leg.2.l.ſingularia.ſi cert. petat. Bart.in l.ex facto.num.23.de vulg.

Quod quidem ſemper interpretationem recipit,quando certa res aliqua demonſtratur,vt Doctores notant per illum. §. duobus. qui eſt expreſſiſſimus.

Rat

Ratio ibi redditur: Nam plures in eodem fundo dominium iuris intellectu non diuiſione corporum obtinent. Hic ſanè textus à multis obſcuris, ſed non ab his qui phyſica nouerunt, reputatur. Duæ etiam ſiue iuſtę ſiue iniuſtæ poſſeſſiones non poſſunt concurrere, quia non datur penetratio corporum, vt philoſophi dicũt: at verò dominium ex pluribus cauſis poteſt acquiri. l. duo in ſolidum. de precario. l. 3. §. non vt ex pluribus. de acq. poſſ. Nec item duæ cauſæ lucratiuæ in idem concurrunt. l. omnes. de actio. & ob. l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. de verb. oblig. *Ratio.* *Paraphraſes.*

Fallit autem in cauſa dotis. l. pr. §. & vt plenius. C. de rei vx. act. Item quando ex vna cauſa lucratiua ad me peruenit, quæ facilè reuocari aut deficere poſſit: nam ex alia actio non perimitur. l. non quocunque modo. de legat. 1. §. ſi res aliena. Inſt. de legat. l. quoties. de ſolu. Item regula intelligitur, quando ab vna & eadem perſona lucratiua cauſa quæritur, vt ſubtiliter notatur in d. l. non quocunque. §. fundus. & §. fin. & in l. ſi ſeruus legatus. §. 1. & §. Stichũ. de legat. 1. Iſtam quoque regulam latiùs tractat cum ampliationibus & reſtrictionibus, Bartholomæus Socinus reg. 62. Vide etiam D. Petrum Loriotum in tit. de regul. iuris. axio. 181. & 182. *Exceptiones.*

CAP. IIII.

IN omnibus negotiis ſana diſtinctio adhibetur.] l. ſed & ſi conditioni. §. fin. de hæred. Inſt. l. vlt. de officio Præt. l. 4. de officio præſ. l. qui iuriſdictioni. de iuriſd. omn. iud. l. ſi pupilli.

§. ſi

§.ſi quis ita.de neg.geſt.

Ratio. Ratio:Ne ſi aliter fieret,perſonarum,rerum, eorúmque quæ in hoc mundo conſtituta ſunt, emergat confuſio Deo & legibus odioſa. Nec ferẽdum eſt vt promiſcuis actibus rerum turbentur officia.l.conſulta.C.de teſta. l.fin. C.de legit.tutela.can.peruenit.11.qu.1.

Expoſitio regulæ per exempla iuribus cõfirmata. Quamobrem varia traduntur exempla : primùm quoad perſonas diſtinctio fieri debet inter obligãtem & obligatum. l.Vrannius. de fideiuſ.Inter dantem & accipientem. cap. fin.de inſtit. inter baptizantem & baptizatum. cap. debitum.de baptiſmo.Inter patronum & præſentatum.cap.per noſtras.de iure patron. Cauendum ne ſit idem creditor & debitor eiuſdẽ rei nomine.l.hæres.§.quod ſi ſtipulator.& §.ſer uo.l.ſi quis pro eo.§.1.l.ſi debitori. de fideiuſſ.l. debitori.C.de pactis.l.ſi ab eo.C.de neg.geſtis. l.ſi vxor.C.de bo.auth.iud. poſſ.l. qui hominẽ. §.quidam.de ſolu. Nec à patre donatio conferri filiofam. poteſt , cùm ſit vna eadémque perſona cũ patre. l.2.C.de inoff. don. l.cum de bonis.C.de donat.iuncta l.fi. C. de impub.Itẽ nemo ſibi ipſi aut arbiter,teſtis, aut iudex, id eſt, in ſua cauſa eſſe poteſt.l.penult.de recep.arb.l. nullus.de teſtibus.l.omnibus.C.eodem.l.Iulianus. de iudic. l. 1.& toto tit. C.Vt nemo in ſua cauſa.l.Prętor.de tutor.& curat.dat.can.de ma nifeſta.can.multi. 2. qu.1.cap. de cætero.de teſtib. can.item nullus.4.qu.3.Iſtud latiùs probat Azo Rubr.59. Prætor triplici officio fungi non poteſt : & ſuſpectam dicentis hereditatem , &

coact

coacti,& cogentis, ſed principale auxilium interponitur.l.ille à quo.§. tempeſtiuum.ad Trebell. In omni iudicio quatuor perſonas diſtinctas adeſſe oportet:videlicet iudices electos,idoneos accuſatores, defenſores congruos atque teſtes legitimos, nec vnius alterius perſonam in eodem iudicio induere poteſt, quorum ſingulorum munus declaratur à Fabiano Papa. in can.1.& 2.4.q.4. Sed in ciuilibus cauſis tres duntaxat perſonæ requiruntur: Actor,reus & iudex. cap.forus.§.iudex. de verb.ſign.Item tutor ſibi ipſi author eſſe non poteſt. l.1. l.poteſt, cum pluribus aliis eius tituli. de author. tut.l. 1.§.fuit quæſitum.Ad Trebel. ſed tunc alius curator liti aut cauſæ datur.l.1. C.de in litem dãdo tut.Cæterum de diſtinctione qualitatis perſonarum eleganter tractatur in l.profectitia.§. ſi pater. & ibi Ludouicus Rom. de iure dot. Item nec ſtipulando quis rem ſuam aliquid agit.l.adhuc. de vſufruct. l.pr.§. habet. Vſusfr. quem.caueat.l.1:§.ſi id quod. de act.& oblig. l. ſcire debemus.de verb.oblig.Nec fundus ſuus cuiquã ſeruit.l.vti frui. Si yſusf.pet. l.in re ſua. de ſerui.vr.pręd.l. quidquid.Cõm.pręd.l. ſi mãdauero.§.ſi ij quorũ.Mandati, nec rẽ ſuam niſi furi cõdicere.l.ſi.Vſusf.quem.caue.Facit.l.ſi ei cui vẽdidi.de euict.l.ſi vxor filio. de don.inter vir.& vx.Nec rei ſuæ pignus contrahere.l.non ſolùm.§.ſi rem tuam. de vſucap. Nec precariò rem ſuam tenere.l.1.§.ſi tibi fundum. de itinere actúq; priuato.l.in reb.de precario, nec ſeipſum in peculio habere.l.Stichus.de pecul.leg.

Qui

Qui fundi proprietatem habet, vſumfructum ſuum vindicare non poteſt: quia vſusfructus rei ſuæ non conſtituitur. l. ſi cum teſtamento. §.ſi fundum.de excep.rei iud. Qui mandat,vt à ſe res comparetur, inutiliter mandat. l. vn. C. Si ſeruus extero. Emptio rei ſuæ non valet.l.3. C.de contrah.empt.Bonæ fidei poſſeſſor ſerui, donec apud eum eſt conſtitutus,contra verum dominum agere non poteſt rationi furti per ſeruum commiſſi,quia ipſe poſſidet.l.apud antiquos.C.de furtis. Propria res nemini poteſt legari.l.proprias.C.de legatis.Sed aliquando legata ab herede cui debet.§.ſi rem ſuam. Inſtit. de legatis.Nemo etiam ſibi ipſi cauſam poſſeſſionis mutare poteſt.l.3.§.ſi rem.de acqu.poſſ.l. nemo.eodem tit. niſi ex voluntate domini aut ius habentis.l.certè.& l.is qui. de precario. facit.l.non ſolùm.§.quod vulgò.de vſucap. Item nemo inſtitutus ſibi poteſt ſubſtitui, niſi cum cauſæ mutatione. l. ſed ſi plures. §. vlt. l.vlt.§. Titius.de vulgari. Hinc alia naſcitur ſubregula: Non poteſt vnus vicem duorum ſuſtinere.l.3.de adopt.Neque enim vniuerſitas alia poterat mundi ratione conſiſtere,niſi huiuſmodi magnus eam differentię ordo ſeruaret.can.fin. diſt.89.& dicto can.peruenit.Vnde non credēdum eſt duabus etiam neceſſariis rebus vnum ſufficere,vt de officio aduocati & conſiliarij eleganter tradidit Iuſtinianus in l.fin.C.de officio aſſeſſ. Nec ferendum eundem tutorem vel curatorem eſſe, & ſub tutela vel cura conſtitui:hæc enim & nominum & rerum fœda confuſio

Sub regula Nō poteſt vnus vicē duorum ſuſtinere.

fuſio eſt,d.l.fin.C.de legit.tut.Quin & illud eſt omni rationi contrarium , vt vnus clericus in vna vel diuerſis eccleſiis plures dignitates vel perſonatus obtineat,cùm ſingula officia in eccleſiis aſſiduitatem exigant perſonarum, & ſingulis ſint committenda perſonis. cap, ad hæc quia in tantum.de prçb.& dignit.cap.cum ſingula.& ibi Gl.eod.tit.in 6.Extrauag. execrabilis.eod.tit. in extra. can.vnio.10.quæſt.3.capit. presbyteros. 16.quæſt.1.cap.quicumque. 16. q. 3.Atque vna eccleſia vnius debet eſſe rectoris ad confuſionem euitandam. cap. 3. de iure patron.& vna vicaria vnius vicarij. cap.2.de officio vicar.facit c.pr. de conſuet.in 6. Item cum ad vitæ huius neceſſitatem ſtudia hominũ ſint diuerſa , nemo in duabus diuerſis eccleſiis cõſtituatur: nõ enim poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget,aut vnum ſuſtinebit , alterúmque contemnet.can.clericus.21.quæſt.pr. cap. reſſuſcitatus.de pœnit.diſt.pr.cap. tolle charitatem.de pœnit.diſt.2. cuius multæ exceptiones in ſubſequentibus can.traduntur. Sicut è conuerſo vna eccleſia non poteſt pluribus ſacerdotibus committi, quia eccleſia Chriſti vxor debet eſſe,non ſcortum.can.ſicut.21.quæſt.2. Quinetiã nemo poteſt eccleſiaſticis officiis deſeruire, & in monaſtica regula ordinatè perſiſtere. ca.nemo.16. quæſt.1.& ferè per totam quæſt. Quod interpretatur per ſubſequentia.in ca.legi.& c. hinc eſt.eadem quçſtione,vbi Hieronymus diſtinguit inter clericos & monachos,oſtendens

quid

quid cuique ex proprio conueniat officio. Attamen poſtea ingruente eccleſiæ neceſſitate cum populi conſenſu & abbatis licētia monachi probæ vitæ ac doctrinæ ad clericatus ordines,imò ad epiſcopalem dignitatem peruenire poſſunt: quod vſque ad tempora Euſebij,Zoſimi,& Siricij,non permittebatur.Quocirca hęc aptiſſima narratur allegoria:Sicut varietas mēbrorum per diuerſa officia , & robur corporis ſeruat,& pulchritudinem repræſentat, ita varietas perſonarū per diuerſa nihilominus diſtributa officia & fortitudinem, & venuſtatē ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat : quod & ad alios actus ciuiles extēdi poteſt.can.2.diſt. 89.c.cum ex ininncto.de hæreticis. Et ſi diſtinctio locorum eſt in mundo , etiam in altaris miniſterio, ita vnus alij anteponatur,vt tamen ſe putet aliis ſubeſſe.can.diaconi ſunt.diſt.93.Ne confundantur habitus nouitiorum cum profeſſoribus aliquam diſtinctionem adhibere oportet. cap. ſtatuimus. de regul. & tranſ. ad rel. Imò & ab eodem ad eundem non appellatur,ſed ad ſuperiorem.cap.Romana.de appellat.in 6.Quin & ſi liceat eò tranſgredi,circa ſanctam Trinitatem non fit confuſio perſonarum , licet ſubſtantia vnum ſint vnitate collectiua,vt pulchrè exponitur in cap.2.de ſumma Trinit.& fide cathol. Quod quia nimis eſt arduum , & diuinitas illa, incomprehenſibilis à noſtris oculis vel ſciētia intelligi vix poteſt vel tum maximè ad Theologos examinandum relinquo. Quare generaliter dicendum eſt in humanis perſonarum diſtin

ſtinctionem fieri, ſicut rerum. l. liber homo. de verb.oblig. Perſona autem non diſtinguit rerum qualitates, ſed res diſtinguit perſonam. l. per procuratoem. de acquir. hær. l. fiſcus. de iure fiſci.ca.cum dilectus. & ibi notatur.de iure patron.

At verò quamplurimæ traduntur exceptiones, & diſtinctiones atque intellectus primariæ noſtræ regulæ. Primùm in iudiciis non eſt acceptio perſonarum. c. in iudiciis. de reg.iur. in 6. c.nouit.de iudic. Quod intelligitur quoad æquitatem, de qua ſuprà amplè in tit, de æquitate mentionem fecimus. Item diſtinguit Damaſus reg.24. vt in diffinitiua ſententia nulla ſit acceptio. d.cap.nouit.in proceſſu negotij & executione ſic.ca.quiſquis.2.q.vlt.Quam diſtinctionem haud facilè probo. Nec eſt diſtinctio apud Deum:quod ſcilicet de bonis corporis & fortunæ,ſed non virtutum cenſetur.cap. venerabilis.de præbend.& dign.item aliquando eſt quis ſibi ipſi iudex & teſtis ex conſenſu partiũ.l.ſi.C.de fideic.itẽ ſi ſolus iudex ſit in vna prouincia,& omnimodã poteſtatẽ habeat.l. ſi quis.C.Ad l.Cor. de Fal.Tutius tamẽ erit & conuenientius vbi nõ ſuppetit copia teſtium, iudicem partibus ſuis abſtinere, & vice teſtis tantummodò fungi,ne delicta maneant impunita,& veritas coniurationis eruatur.Atq; ita quotidie obſeruatur. Itẽ filiusfa. poteſt interponere partes in emãcipatione ſua, ſi ſit cõſul. l. ſi cõſul.& l.ſeq.de adopt.Itẽ accipientis & edẽtis iudicium idẽ tutor author vtrinq; eſt. l, acci-

Diſtinctiones.

accipientis.de auth.tut. Item vbi officia non ſunt repugnantia vnus poteſt vicem duorum ſupplere.d. l.3.de adopt.l.vn. de officio Conſ.l. 1.& 2.de off.Præt.l.2.de offic. præſ. l.Imperatores. verſic. ſi magiſtratus. de appellat. Alioqui perquàm difficile eſt.l. ſi plures. de pactis. §.illud tamen Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffrag.coll.2.Tametſi duo magiſtratus vnius gradus & ſimiles,vicem vnius ſuſtineant. l. magiſtratus. Ad municip. Item apud ſe manumittere ſeruum proprium & conſilium dare Prætor poteſt, vt eleganter Iulianus annotauit iuxta Iaboleni præceptoris ſui ſententiam,& exemplum in l.an manumittere. de manu. vindicta. Item poteſt quis eſſe iudex primus,& iudex appellationis, dum tamen de aliquo ordine, collegio,aut corpore ſit, ſi duorum vicem gerat, vt ſæpe contingit. Notabilis textus in l.1. §.ſolent. Quando appellan. ſit. Ratio eſt:quia tunc non ab ipſo, ſed ab ordine videtur prouocatũ. Exemplum eſt: ſi epiſcopus cum aliis canonicis iudicarit non tanquam epiſcopus: tunc enim ad epiſcopum poterit appellari.ca.à collatione.de appellat.in 6. Licet ſatiùs eo caſu abſtinendum putarem: cum nũquam bis in idem iudicetur. Item decurio quoad neceſſitates municipales permanet in ſuo ſtatu, ſed ſi falſi accuſetur,ad rem geſtam & veritatem referandam vti decurionatus honore, non poterit d. l.ſi quis decurio.& ibi Gloſſ.C. Ad legem Cor. de falſis. Item quando vnus pluribus poſſit præeſſe eccleſiis & potiri beneficiis,explicatur in

in can.ſanctorum.diſtin.70.Item cum ſimus omnes vnum idem in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diuerſitas format, vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repræſentat: Atque ideò cœpta ſacramenta, quæ ſacerdos non potuit prætextu ſuperuenientis infirmitatis abſoluere,alius poteſt ritè abſoluere.can. nihil.7. quęſt.1.Item religionum nimiam diuerſitatem, ne confuſionem induceret,generale concilium Lugdunenſe conſulta prohibitione vetuit. ca. vn.de relig.dom.in 6.cap.fin.eod.tit.in anti.Item contra ſe teſtari quis poteſt: pro ſe minimè neque per domeſticas aut propinquas perſonas,quæ vice ſui funguntur.can.1. 14. quæſt. 2.Item plurium & diuerſarum actionum poſſunt eſſe multi defenſores, ſed non vnius. l.omnium.& l.ſeq.de procurat.

Fallentiæ ſiue exceptiones.

Item quod ſuprà dictum eſt precarium rei meæ non tenere, fallit in eo qui dedit pignori: nam precario rogare à creditore poteſt, cùm poſſeſſionis rogetur non proprietatis.Idque vtiliter propter aſſiduum vſum pignorum receptum eſt.l.certè in fine de precario. Itē fictione iuris cenſetur quis ſibiipſi ſuccedere:veluti ſi à primo aut altero gradu ſucceſſionis excluſus ſit l.1.§.ſed videndum.de ſucc.edicto. Item quod dicitur vſumfructum rei meæ non conſtitui,interpretatur de cauſali vſufructu: ſecùs de formali,vt notāt Doctores in d.l.ſi cum teſtamento. §. ſi fundum. de except. rei iud.item ſtipulatio rei meæ valet, cum in id tempus cōfertur quo deſinet eſſe mea. l. ſi rem meam. l.

exiſtimo. de verb. oblig. Item ſeruus communis ipſe ſibi ſtipulari non poteſt ; ſed ſe ſtipulatur domino : non enim ſe domino acquirit,ſed de ſe obligationem.l.ſeruus communis.in prima.de ſtip.ſeruo.l.3.C.de contra.emp. Item fictione iuris aliquis quaſi ſibi libertus eſſe creditur.l.vn.§.illud etiam. C. de Latina lib. toll. Item aliquando ſibi ipſi author eſt, vt notatur per Barthol. Socinum in reg. 53. Item quod dictum eſt in cauſa propria neminem eſſe iudicem fuſiùs declaratur cum ampliationibus & reſtrictionibus ab eodem Socino.in reg.243.& 250.A Prateio reg.459.& Donato Fina lib. 5. Item tabellio quis eſſe poteſt, & iudex in rebus minimis etiam in cauſa propria Glo. in l. iubemus.§.ſanè. C.de ſacroſ. eccleſ. vt latiùs explicat cum authoritatibus Medicæus reg.5. Item quod dictum eſt teſtem in ſua cauſa eſſe non poſſe, declaratur per ampliationes & reſtrictiones cum multis iuribus hinc inde allegatis à Socino reg.515. Item quod dictum eſt,vnũ poſſe vicem duorum ſupplere, diſtinguitur, vt habeat locum in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & quæ extra iudicium geruntur iure priuati, niſi ratione vnius iuriſdictionis gerat quis vicem duorum.c.in cauſis. de elect. At in iuriſdictione contentioſa nõ poteſt.can. 1.& 2.3.qu. 4. Multò minùs in beneficiis eccleſiaſticis. Ita explicat & diſtinguit multa iura hinc inde adducens Damaſus reg.40. Hanc etiam regulam latiùs exponunt cum ampliationibus & fallentiis Bernardus Dias regul. 511.&

Scipio

Scipio Ianuarius reg.225. Ex primaria Regula oritur alia ſubregula: *In generali ſermone non videtur comprehenſa perſona loquentis*, ne fiat confuſio perſonarum. l.inquiſitio. C. de ſolut. fallit tamen in caſu.l.Paulus. §.vlt.de pignor.l. quod ſi nolit.§.ſi verò.de ædil.edicto.Quod intelligitur de ſeruo, quia ipſe cùm loquitur,dominus ipſe videtur dixiſſe, maximè cùm volũtate domini id fecit. Quam quidem ſubregulã copioſè pertractat,& diſtinguit Mediceus reg. 1.& Azo Rub.94.

Subregula In generali ſermone non videtur comprehenſa perſona loquẽtis.

CAP. V.

Quoties circa idem duo iura diſtincta cõcurrunt, vno ſublato aliud illæſum remanet,nec cõſumitur.] l.ſi domus.de ſeruit. vrb. præd.Exemplum in ſucceſſionibus. l.quoties.92.de reg.iu.l.nec is.§.heres.de acq.her.nã ſi duplici iure deferatur filio hereditas,puta ex teſtamento & ab inteſtato,repudiato nouo iure teſtamenti quod antè defertur,ſupererit vetus, & ab inteſtato ſuccedet, licet hoc caſu legata ceteráq; relicta in teſtamento perſoluere teneatur.l.ſuum heredẽ.C.de iure delib. Secũdò in exceptionibus & defenſionibus,quia nemo pluribus defenſionib. vti prohibetur, niſi in caſibus à lege nominatim exceptis. l. nemo. 44.de reg.iuris.c.nullus 20. eod. tit. in 6.& ibi notat Gl.Facit.l.propter litem. §. 1. l.quinquaginta.de excu.tut.l.nemo.de excep. l.nonnunquam.de collat.bon. Item in pœnalibus actionibus, quia quando in eadem re concurrunt, vna aliam non cõſumit niſi in exactione. l.nũ-

Declaratio regulæ per exempla & authoritates.

quam.& ibi Gloſſ.de act.& oblig. l. nunquam. 173.de reg.iuris. §.fin. Inſt.Si quadrup.paup.feciſſe dicatur.Notatur in tit. Quando ciuilis actio crim.præiud.C.Idque fit potiſſimùm odio delicti,vt in fure.l.manifeſtiſſimi. verſi. ſin autem neſcius.C.de furtis. §.quę de fullone.Inſt. de obl.quæ ex delicto.l.ſi pro fure.§. 1.de cond. furtiua.§.planè.Inſt.de actio.&in aliis delictis. l.ſi ſeruus. in 2.§.1.l.itẽ Mela.§.ſed ſi plures.Ad leg.Aq. facit.l.vlt.de priua.del.l.Prætor.§.1.de iniuriis.l.adeo.de iuriſd.om.iud.l.pen.§.vlt.Ne eum qui in ius vocatus. Quin & pœna appoſita loco contemptus cum ipſo principali peti poteſt.l.ſi quis rem.de recep.arb.l.pen. de trãſact. Hoc ita ſi nominatim conuenerit, & in odium periurij.l.ſi quis maior. C.de tranſact. licet regula ſit in contrarium, vt infrà dicemus. Item nihil impedit quin plures actiones vno libello proponantur.Auth. qui ſemel. C.Quomodo & quando iudex:nam vna ſublata remanet ſemper virtus alterius.l. ſi non lex. de hær. inſt.l.ſi ædes.de ſeru.vrb.præd.l. ſi actor. de iureiur.l. quinquennium. Ad legem Iuliam maieſt.l.contra maiores.C.de inoff.teſt.Item quãdo ſunt duę bonorum poſſeſſiones delatæ,currunt ſeparatim vniuſcuiuſque tempora,nec vna per alteram impeditur.l.3.§.fin.iuncta l.4.de Carbon.edicto.Facit elegans Pauli reſponſum in l.damni infecti.§.ſi pupillus. & §.emptor. de damno infecto. Idem dicitur quando diuerſus eſt fructus duarum actionum. l.illud certũ eſt. de lib. cauſa. Item licet ex vna cauſa aliquis ſen

ſentẽtia victus ſit, tamẽ ex alia de nouo ſuperuemente agere poteſt.l.ſi ſeruus quem emeras. illo tit. Item quoties incertum eſt quæ potiùs actio teneat, duas dictamus, proteſtati ex altera nos velle conſequi quod nos contingat, vt ſcitè traditur ab Vlpiano in l.1.§.quia autem. Quorum legatorum ſiue quod delit ex prima. l.ei qui.in fine.de furtis.l.1.Arbo.fur.cæſ.l.1.Vi bon.rapt.ſiue ex alia probabili cauſa ſecũdum Iaſonem poſt Innocentium in §.ſed iſtæ.Inſtit. de actio. Item nunquam plurium delictorum concurſus facit, vt impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnã, vt ſcitè illuſtrat exemplis Vlpianus in l. 2. de priua.delictis.Item cum vno & eodem pro eadem re ſæpius furti agi poteſt, ſed ex diuerſis cauſis, vt notatur in l. interdum. l. furtiuam.de furtis.Idem eſt ſi ſint diuerſæ perſonę. l.qui re.§.fin.illo tit, vbi Gloſſa totum iſtud latè explicat. Veluti ex vna iniuria interdum tribus iniuriarum oritur actio, neque vna aliam conſumit. Sed id fit ratione eius quod cuiuſq; ſeparatim intereſt.l.1.§. fin. de iniur. Item per ciuilem actionem alia non conſumitur nempe criminalis:imò poteſt prius iudicium per ſecũdum retractari.l.vn.C.Quando ciuilis actio.

Qui vnã cauſam appellandi allegauit,& ſuccubuit,rurſus aliam perſequi non prohibetur. l.3.de appellat. Et qui ſuccubuit in querela inofficioſi teſtamenti,non prohibetur dicere falſum, nec ècontra. l.Lucius. de petit.heredit.l. eum qui.C.de inoffic.teſt.Qui ſuccubuit in pe- *Qui in vno ſuccubuit, no poteſt altero vti.*

titorio,non prohibetur alio iure vel noua cauſa experiri. cap.fin. & ibi Gloſſa de cauſa poſſ. & propr.cap.cum olim.in 2.de priuilegiis.Quãdo duæ ſunt excommunicationes,ſiue duæ cauſæ, ex vna abſolutus pro altera ſemper remanet irretitus.c.cum pro cauſa.de ſen.excom.Item licet pœna canonica exerceatur propter atrocitatem facinoris, non tamen ſecularibus poteſtatib.adimitur facultas eos legibus coërcendi.cap.vlt.§.per hoc quoque.& ibi Gloſ.de pœnis in 6. Item operæ pretium eſt vtrumque gladium temporalem videlicet, & eccleſiaſticum,alterum alteri opem ferre: maximè quia hi duo gladij conſueuerũt exigente neceſſitate ſibi inuicem ſuffragari, & in iuuamen alterius ſubuentione mutua frequentiùs exerceri.cap.dilecto.de ſen.excom.in 6. & ibi bona Gloſſa. Licet iuriſdictio ſpiritualis ſuis vtatur pœnis, tamen ſi delicti grauitas expoſcat, non adimitur ſecularibus poteſtatibus facultas vtendi legibus contra delinquentem.cap. vn.in fine.De pœnis.in extrauag.Item remiſſa actione,vel tranſactione ſuper maleficio, poteſt iterum agi l.ſi vulneratus. Ad legem Aquil. l. qui ex plurib. de nox.act. Et vna ſeruitute remiſſa,altera videtur retenta: l. qui ex pluribus.de noxal.act. l.ex ea. de teſtib. l.ſi mihi eadem. de ſeruit.ruſtico.præd.Quod ſanè latiùs cum multis aliis diſtinctionibus tractat Azo Rub.27.

Diſtinctiones & exceptiones. Multæ tamen ſunt exceptiones & diſtinctiones noſtræ regulæ. Primò bene dictum eſt in gnoſi (duo iura diſtincta) nam ſeparatorum ſepa

ſeparata eſt ratio, vt ſuprà probatũ eſt, in tit. de coniunctio.diui.cap.5. & in hoc quoque capite quoad regulam oſtendimus. Quin & plura eiuſdem generis & officij, quæ non niſi coniũctim vſui eſſe poſſunt, ſi ſeparentur, inutilia redduntur. l.cum eiuſdem.de ædil. edicto. §.item ſi ex pari.Inſt. Ad legem Aquil. Item rectè appoſitum eſt etiam (circa idem) id eſt circa eandem rem diuerſis tamen reſpectibus, qui ad diuerſum finem tendunt: tunc enim verè regula locum habet.l.quod diximus.§.pr.de eo quod metus cauſa. Secùs ſi ad vnum & eundem finem tendunt. l. ſuprà iter. §. pr. de aqua plu.arcenda.l.qui cum pro herede. Pro emptore. l. ſi quis ante. de acquit. poſſeſſ. l. ſi quis egerit.de furtis.l. ſi is qui hæres. de exception. rei iud.

Exempla. Exemplum in actione legis Aquiliæ & iniuriarum,quarum vna damnum, altera contumeliam rependit.l.ſed & ſi quẽcumque. Ad legem Aquiliam. Ideò cum quis egerit lege Aquilia, non impeditur lege Cornelia agere. l. inde Neratius.§.ſi dolo.illo titulo. facit. l. ſi ex duobus.de noxa.action.& l. Neratius.de ſeruo corrup. Aliud exemplũ eſt in actione legis Flauiæ de plagiariis & interdicto.de lib.hom. exhib.l.3.de lib.hom.exhib.Itẽ in cõdictione furtiua vno ſoluente cæteri liberãtur:ſed nõ ab actione furti,quia ad diuerſa tẽdũt. l.1.& ibi gl. de cond.furtiua. Quando diuerſa ſunt corpora & cauſæ reſtitutionũ, ſeparatim poteſt agi,nõ autẽ aliter,vt elegãter exponitur in l. fundum.

& l.ſeq.de excep. Vitandum itaque eſt,ne quis eiuſdem rei æſtimationem bis accipiat per diuerſas actiones.l.quod ſi nolit.§.ſi plures.verſ. ſi quis egerit.de ædil.edicto. Facit pulchra l. ſi pater.§.ſi mulier.de iure dot. Nam tunc vnius ſolutio alteram conſumeret. l. in heredem. §. vlt.de calum.l.metum autem præſentem. §. licet.l.ſi cum exceptione.§. eum qui. Quod metus cauſa.l. Papinianus. §. ſi quis.de inoffic.teſtam.l.ſi à patre. §.ſi poſſeſſor.de petit.her. l.nõ ſolùm.cum l.ſequ.de rei vind.l.& quidem. & l. ſequ.de his qui deiecerunt.l.ſi vt certo.§.fin.& ſequenti.Commodati.l.pr.§.hæc actio.de exer. actio.l.pro ſocio.§.fin. l. rei communis.l.ſed actione.Pro ſocio. Quando idem perſequimur, licet diuerſis actionibus, exceptio iudicati nocet.l. de eadem. cum l. ſequ.de except. rei iud. Et in hoc actio in perſonam ab actione in rem differt, quòd cùm eadem res ab eodem debeatur, ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequuntur, nec vlla earum alterius petitione vitietur:At cum in rem ago ſine expreſſione cauſæ,omnes cauſæ vna petitione comprehendũtur. Singularis text. in l. & an eadem. §.actiones.de excep.rei iud. Quãdo plures cauſæ ſunt vna quantitate concluſæ,ſi committeretur ſtipulatio ex vno caſu, ampliùs ex alio committi non poteſt:ſed hoc intellige,ſi ex vtraque clauſula idem exigatur, vt probatur exemplis in l. Iam tamen.§.in hac ſtipulatione.& ibi Gloſſ.l. cum quærebatur. iudic. ſolui. Si actum ſit publico iudicio,denegatur priuatum, &ècontra.

l.quod

l. quod Senatuſconſultum.de iniur. Atque ob idem crimen nõ debet quis pluribus legib.eſſe obnoxius.l.Senatus.de accuſat.Per vnam viam concedendum non eſt,quod per aliam denegatur. cap. vn. de cler. coniug. in 6.de quo latiùs tractaui s̃.tit.de reg.amp.& reſt. cap.3. Veluti cum quis præſumit opponere per viam quærelæ,repellitur ab obiectibus in appellatione ſua expreſſis, niſi in certis caſibus qui ibi enarrantur.ca.conſtitutionem.de elect.in clem.At verò quando poſt electionem vnius ad aliud ius non ſit amplius regreſſus, ego s̃. expoſui.tit.de agnit.electio.cap.3. Quia ibi de electione, hic autem de conſumptione & confuſione agitur. Item intelligẽdum eſt ſiue ſeparatæ ſint actiones ſiue ex ſeparata cauſa deſcendunt,vnam alia non conſumi. l. ſi is qui Stichum. l. ex promiſſione.de act.& oblig.Sed cùm ex vno fonte ſiue cauſa duæ actiones ad eundem tendentes effectum competunt, vna perempta alia etiam tollitur. l. cùm filius. §. variis. & ibi Doctores tractant.de legat.2. l.ſi ab inſtituto. Si quis omiſſa cauſa. l. 1.§.non tantùm.de tut.& rat.diſtrah.

Item aliæ traduntur elegantes diſtinctiones huius reg.in l.qui ex pluribus. de noxal.act. l.1. circa fin.de in rem verſo.l.1. §.ſi apud duos depoſiti.l.non eſt nouum.de act.empt.l.vlt.de inter.act.quas quia diuerſa cõtinent exempla& themata,ſatius erit per ſe videre,quàm hìc lõgius enarrare. Alia eſt limitatio : ſi interſit adhuc habere actionem cõtra alium.l.ſi menſor.

Si

Si menſor falſum mod. dix.& d. l. ſi pro fure.§. 1. de condict. furtiua. vel ſi alterius adhuc intereſt.l.ſemper.§.fi.quod vi aut clàm.Item noſtra regula maximè locum habet in pœnalibus ſeu criminalibus actionibus,vt ſ̃.diximus, non autem in rei perſecutoriis: nam hic vnius electione vel amiſſione altera conſumitur..l. ancillæ. C. de furt.l.vlt.C.de noxal.action.l.1.§.ſi plures.de eo per quem factum erit.l.duobus.§. exceptio. de iureiur. Item diſtinctio traditur inter actorem & reum: quia, vt ſ̃.dictum eſt, reus non prohibetur vti pluribus exceptionibus, at actor vna tantum actione id quod intendit conſequitur. Ratio, quia reus non poteſt diuerſis intentionibus ſimul ſatisfacere, ideóque eas ſeparatim proponi æquum eſt, vt ei liceat facilius defenſiones ſuas exquirere, cùm non ſit in eius poteſtate an & quando cõueniatur iuxta l.1.C.de edendo. & Authent.edita.eo.tit.Diuerſum in actore qui paratus venire debet,& non niſi diligenter explorata cõtrouerſia ad agendum procedere. l.qui in alterius.43.§.vlt.de reg.iur.Item quoties duo facta hominis ſimul in idem concurrunt, vnum debet altero potius eſſe. Exemplum in conſtitutione duorum procuratorum, qui non poſſunt exequi vnus ſine alio quando ſunt ſimul conſtituti: nam ſi ſeparatim conſtituantur, ſecundi conſtitutione reuocatur prior,niſi cõtra ſpecialiter dictum ſit.cap.non iniuſtè. de proc.ca. ſi duo.de procur.in 6.Igitur ſi in ſolidum,occupantis melior eſt conditio.Sed quando eandem pot

Diſtinctio inter actorẽ & reum

Ratio.

poteſtatem habent, videndum eſt quis prior nominatus ſit:aut magis idoneus eligendus eſt à iudice aut affirmanti magis credendum, aut neuter admittendus.ca.ſi quis iuſto.de elect.in 6. Aut in poteſtate conſtituentis eſt, cui velit adhęrere.l.duo iudices.de re iudic.cap.fin.eod. tit.in antiq. Diuerſum eſt in teſtamenti executoribus.cap.fi.de teſtam. in 6. Item ex hoc themate pulchra deſumitur diſtinctio noſtræ regulæ: Quando duæ ſunt eiuſdem poteſtatis ſeu principales obligationes, non poteſt altera per alteram conſumi, quia non poteſt reperiri, vltra obligatio alteram perimat. Secus quando eſt differentia obligationum, putà vna fideiuſſoria,altera principalis, quia rei obligatio plenior eſt, atque ita maior minorem conſumit.l. ſi reus promittendi.de duob.reis.l.generaliter. l.ſi debiti.de fideiuſſ.l.ſi duo.de ſolut. At verò etiam in primo caſu,ſi vna ex actionibus in iudicium deducta ſit,aliam conſumit, vt diſertis verbis traditur.in l.ſi reus de fideiuſſ. Hoc autē ita ſe habet,quoties duę ſunt ciuiles obligationes:ſi verò vna naturalis,alia ciuilis,ciuili perempta adhuc remanet naturalis vt pulchrè explicat Aphric. in l. heres. §. quod ſi hic ſeruus. illo tit. vide etiam quæ hac de re tradidi ſ. tit. de maiori min.ca.2. Item quando duo ſunt impedimenta,vnū debilius, aliud fortius, virtute fortioris offuſcatur debilius,vt diſertè traditur in l.ſi quis in graui.§.vl.ad Syll. vbi Bart.& Doctores hanc diſtinctionem fuſius axplicant. Nō enim in vnius perſona poſſunt committi duæ clau

Pulchra diſtinctio.

clauſulæ, ſcilicet cautio ob rem non defenſam & iudicati & ſemper præualet iudicati clauſula vt potentior:ſed erga duas perſonas poſſunt viciſſim exerceri, vt doctè tradidit Scæuola in in l.fi.iudic.ſolui. Item aliquando fauorabilius inſpiciendum eſt. l.ſi poſt mortem in 2.reſponſo.de leg. 1. Item aliquando vtilius & inutilius perimitur.l.ſi ſunt rem ratam haberi.Nonnunquam etiam expeditius,nobilius,humanius, & ſic per reliquos gradus,vt ĵ.ſuo ti.exponemus. Item quia vna in alterius locum ſubrogata ſit, de ſubrogata agitur.l.fi.§.fi.illo ti. vt ĵ.quoque ſuo titulo declarabimus.Item alterius perſonæ nomine,alter eximitur:ſed ibi loquitur de procuratore vero,ídq; ſi alteri litis æſtimatio præſtita fuerit.l.1.§.deieciſſe. de vi & vi arm. Item quando plures de eadem re in ſolidum tenentur, vno ſatisfaciente alteri liberantur.l.ſi ego tibi.quod vi aut clàm.

CAP. VI.

SVb ſimplicibus mixtum continetur.] l.2.in pr.de verb.oblig.l.ſi ita.de lib.& poſth.Notant interpretes.in §.omnium.Inſt.de actio.

Exempli gratia: vnum congregatur ex pluribus patrimonium,& confunditur: perdit verò nomen ſimplicis quod ante habuerat. l.fi.in fi.C.de inoff.teſt.

Intellectus Naturaliter autem poteſt compoſitum in componentia & elementatum in elementa reſolui.cap.in quadam.in fi.de celeb.miſſ.

Limitationes. At verò mixtum ſub ſimplici non continetur.in odioſis. gloſſ.in ca.nullus. de temp. ord. in 6

in 6. Quod quidem latius tractat per ampliationes & reſtrictiones Nouellus reg.101.&Donatus Fina lib.5.

Hinc deriuant aliæ ſubregulæ: *Simpliciter dictum ſimpliciter intelligi debet.* l. 1. §.pen.de aliena.iud.mut.l.Marcellus.§.quidam.l.ſi cui.de ſeruit.can.Deus.30.q.1.Item alia:*Vnius immixtio totum gradum vitiat.* l. 1. §. item quæritur.de aqua quot.& ęſt.Quod autem ita confuſum eſt & immixtum vt ſeparari non poſſit, nõ totum ſed pro parte, quam quiſque habet, vindicari debet.l.3.§.fi.l.Idem Pomponius. §.ſed ſi plumbum. de rei vindic. facit l. 1. §.illud ſciendum. de ſeparat.& l. in rem. §. item quæcunque. de rei vindic. vbi multa alia circa materiam confuſionis & ſeparationis notatu digna, ſed hûc non pertinentia proferuntur. Item quamplurimæ allegoriæ ſubtiles, de concreto & abſtracto ſcribuntur in can.1.35.q.10.cap.3. de conſec. eccle.cap.cum Marthæ.§.quæſiuiſti. de celebr. miſſar.quæ omnia quia Philoſophos aut verius Theologos reſpiciunt, ad eos cum ſilentio remitto.Sed & qui volet plura de ſeparatione & coniunctione intelligere,videat quæ ſ.notauimus.in tit.de comm.& diuiſ.cap.2. Subregula

In Titulum de Confirmatione, Validatione, Vitiatione, & Remediis.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

DE ordine & collocatione terminorum Legalium Continuatio.

lium proximè dictum eſt: nunc de valore & vitio. Nam aliquando legitimè actum maiorem confirmationem accipit, aliquando vitioſum validum efficitur, & interdum legitimum annullatur (vt Doctorum vocabulo vtar) ſeu vitiatur. Et verò quando hæc omnia & in quibus contingant, j. exponetur hoc tit. cap. 3. & 4. Notandum tamen confirmationem à validatione ex eo differre, quia cõfirmatur etiam alioqui validum: exempli gratia apud Rhetores, Confirmatur oratio, quando per argumenta & ſigna indubitata noſtræ cauſæ fidem & authoritatem & firmamentum adiungimus, idque magis propriè fieri dicitur: quanquam inualidum aut vacillans aliquando confirmetur, vt in fine cap. 1. diximus. Non autem validari poteſt, niſi quod imperfectum aut nullum erat ex accidenti, ſeu qualitate extrinſeca. Cæterùm ſi ex ſe, id eſt, in ſui eſſentia nullum aut vitioſum ſit, alia declaratione ſeu validatione non eget, cùm ſemper priuatio habitum præmittat. At certè quædam à legibus inducta ſunt remedia, quibus ad ſocietatis humanæ conſeruationem & authorum ſtabilitatem, vitio aut corruptioni aut imperfectioni ſubueniatur: quibus nõ quidem redintegrabitur actus, ſed quaſi noua forma impoſita, effectus ipſius reſtituetur, cuius rei pulchrum exemplum in l. vn. §. ſed & ſi. C. de rei vx. act.

Cõfirmatio & validatio differũt

Vitioſum.

Remedia.

De Confirmatione, Validatione, Vitiatione, & Remediis, Tit. vj.

CAP

CAP. I.

EX confirmante,non ex confirmato agitur.] l.1.ver.cum enim antiqua. l.2.§. mirabile.C. de veteri iur. enucle.l.furti. de his qui not. infam.l.idémque.in fin.l.in fraudem.& l.miles filiusfam.de milit.teſta.l.aſſe.de hered. inſt. l.ſi quis priore.& ibi gloſſ.ad Trebel.cap.cum dilecta. de confir. inutili. cap. ex parte. de priuil. facit l. legata inutiliter. de legat.1.cap.dudum. (à contrario ſenſu) de decimis. ca.ſi apoſtolicæ. de preb.& dig.in 6.Confirmans enim eſt nobilius confirmato, quando ex ipſo confirmatum ſuas vires accipit, iuxta regulam dialecticorũ: *Propter quod vnumquodque tale,& illud magis:* de qua ſ.tetigimus. *Ratio.*

Hinc etiam volũtas quæ iudicio recenti defecerat,denuò confirmata rediiſſe intelligitur. l.qui ex liberis.§.1.de bon.poſſeſſ.ſecun. tab. Si quid fortè tranſactioni in curia vel imperitia minus firmitatis inſertum eſt, vires pleniſſimæ notionis ex hac noſtra authoritate ſuſcipiat, inquit Gregorius in can.1.de tranſact. *Paraphraſes regulæ.*

At verò confirmatione infirmata,non infirmatur electio confirmata,quia duo ſunt diuerſa & æquè principalia. cap.ſi confirmationem. de electión.in 6.Veruntamen confirmans nihil noui addere videtur. cap. inter dilectos. & ibi gloſſa & Doctores. de fide inſtrum. niſi actus antè ſuam confirmationem non tenuiſſet, vel fuiſſet imperfectus.l.adoptio.de adopt.c.1.& 2. de confir. vtili. vide quæ hac de re ſcripſit Donatus Fina lib.5.& Scipio Ianuar.reg.44. Vnde *Intellectus & diſtinctiones.*

coll

colligitur verus intellectus & diſtinctio regulæ, vt ita demùm locum habeat, ſi inualidum confirmatur. Nam aliud ſi validum confirmatur.§.1.Auth.vt cum de appel.cognoſcitur.col. 8. & quando confirmans nil operatur. l. donationis. C. de don.inter vir.& vx.Cuius rei traduntur exempla.in l.eum debere.de ſeruit.vrb. præd.l.ſicuti.§.ſed ſi.ſi ſeruit.vind.Item diſtingue. Si fuerit confirmatio expreſſa, ex confirmante agetur.l.tale pactum.§.1.de pact.l.ſi quis litigãtium.C.de epiſ.aud.Si verò tacita, ex cõfirmato,d.l.donationes.Porrò de expreſſo &tacito eorúmque viribus ĩ.dicemus.Item confirmatio generalis nõ trahitur ad actum nullum & inualidum vt implè probat Medicæus reg.1.

CAP. II.

FAcilius actus ſuſtinetur, & confirmatur, quam de nouo inducitur.] l. 1. §.ſi quis ædificium.de noui oper.nunt. l. ſi donati. §.ſi ſponſus.de donat.inter vir.& vx. l.patre furioſo.de his qui ſunt ſui.l.pluribus.§.1.de verb.ob. cap.ſuper eo.de teſtib. Expeditius enim eſt intacta iura ſeruari, quam poſt vulneratam cauſam remedia quærere.l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſt.cap.1.cum gloſſ.de in integ. reſtit.Alia ratio ex eo deſumitur,quod dictum eſt ſ.in tit. de factis.c.4. Multa quidem prohibentur fieri, quæ facta tolerantur.

Rationes.

Paraphraſes regulæ iuribus & exẽplis confirmatæ.

Quocirca expedit potius pupillo rem ſaluam fore, quàm tabulas cautionis habere. l.ſuſpectus.de ſuſp.tut.Cauſæ probationis manumittendi eſt contradicendum, nõ etiam cauſa iam

prob

probata retractanda. l.iuſta.in fi.de manu.vin. Non omnia quæ ordinandum impediunt, ordinatum eiiciunt.vt exemplis declaratur. in c. fin.15.q.1.quod etiam ſ.alibi tetigimus.

Tolerabilius eſt aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos,quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta domini ſeparare. ca.licet.de teſtib. Ab infidelibus coniugibus licet quidem coniugi recedere,ſed non expedit,diſſuadétque Paulus Apoſtolus, vt eleganter demonſtrat Auguſtinus in can.ſic enim.28.quæ.1. Minus malum eſt viam Domini non agnoſcere,quàm poſt agnitam retrò ire.cap.quidam.de apoſtat.

Hinc deducitur alia vulgaris ſubregula:*Satius eſt, vt actus valeat,quàm pereat.* l.ſi pars.de inoff.teſt. l.diuus.de vſu & habit.ca.ſi quis iuſto.de elect.in 6.Adiuuari enim magis actiones fauorabiles,quàm euaneſcere oportet. l. vn.in princ. C. de rei vx. act. Nec cenſetur quis elegiſſe viam ad impugnãdam ſuam voluntatem. l.3.de milit.teſt. Quin & actus eo modo ſemper valebit,quo melius poterit. l. 1.de iure codicil. l.ſi vnus.§.pen.de pact. iuxta vulgatam regulã, *Si non valet quod ago, vt ago, valeat, vt valere poterit.*quam ſ.ample tractaui ti.de pot.&imp. Huc pertinet l.ſi tam anguſti.de ſerui.§.fi.Inſt. de adopt.l.ſerui electione.§.fi.de leg.1.l.qui tabernas. de cont.empt.l.litigatores.circa fin.de recept. arbit. Et per contractum qui valuit,vt potuit,non ſicuti agebatur,publicæ tamen honeſtatis iuſtitia inducitur. ca.1.§.idem quoque.

Diſtinctio. de deſp.impub.in 6. Hic autem non ineptè diſtinguitur, an confirmatoriè, an verò donationis titulo actus conceptus ſit: nam vtroque ſimul valere non poteſt. Sed eo modo quo conceptus eſt, poterit valere, alias non, vt ſubtiliter tractatur in cap.inter dilectos.de fide inſtr.

CAP. III.

Validum non debet ex poſtfacto infirmari, licet in eum caſum incidat, à quo incipere non potuit.] l.in ambiguis. 86.§.1.de reg.iur.ca.factum.& ibi eleganter tractat Dynus eod.tit.in 6.§.præterea. Inſtit.quib.non eſt permiſſ. facere teſt. l.pretij.C.de reſcind.vend. l.ſi an vltro.§.1.neg.geſt.l.iuſto.§.eum.de vſuc. l.ſi is qui.de acq.poſſ. l.quam Tuberonis.in pr. de peculio.l. ſi quis ædes.§.1.de ſeruit.vrb.præ. l.pro parte.de ſeruit.l.inſulam.de ver.ob.l.ſancimus.C.de admin.tut.l.2.C.de reuoc.don. §.1. Auth.vt factæ nouę conſtit.coll.5.§.ſemel.Inſt. quib.ex cau.man.non licet.l.ſi qua.de ritu nup. l.& ſeruorum.l. Paulus.de ſtatu hom.§.1.Inſtit. de liberti.l.verbis.ad legem Falcid. l. donationes.de donat.

Ratio. Ratio eſt: nam ſemper origo & principium cuiuſq; actus inſpicitur, vt ſ. latiſſimè expoſui in tit.de princip.& fi.ca.2. facit l. cum filiofam. de legat. 1. Contrariam autem regulam: Quod ſcilicet vitioſum ab initio, ex poſt facto non conualeſcat. prox. cap. exponam. Nolui enim huic coniungere, quia vtriuſque regulæ multæ ſunt rationes & diſtinctiones ſeparatæ.

Paraphraſes regulæ Igitur libertates quæ ſemel competierunt, poſt

poſtea reuocari nõ poſſunt.l.4.de fid.lib. Quod rectè tranſactum eſt corrumpi aut mutari ſuperueniente delicto non poteſt. l. 2. de itinere actúque priuato. Nec nocet vitium ſuperueniens, ſi primùm poſſeſſio fuit ſine vitio. l.ſicut non nocet.illo tit. l.1.§. Ariſto.de aqua quot.& æſt. Matrimonium ritè contractum ex caſu ſuperueniente non infirmatur. l.3. C. de interd. mat.int.tut.can.ſi quis Iudaicę.28.q.1.& cap.ſi. 28.q.2.cap.tuæ.de eo qui cogn. conſan.vx.quia ſacramentum fidei quod ſemel eſt admiſſum nunquam admittitur. cap. quanto. de diuor. Quæ iure perfecta ſunt, ex ſuperuenientibus cauſis non vitiantur. l. velles. l. his ſolis. C. de reuoc. don. Quod bene ſemel definitum eſt & propoſitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione niſi per appellationem retractari.can.quod bene.6.q.4.Omnibus modis eccleſiaſticæ diſciplinæ vel moderationi conuenit vt quæ rationabiliter ordinata fuerint vel deciſa, nulla in poſterùm debeant refragatione turbari, ſed quæ à prædeceſſoribus noſtris vtiliter deciſa fuerint, roborare, & quæ à temerariis contra præſumpta fuerint nihilominus vlciſci.can.omnibus.cum aliis ſeq. 35. q.9. Semel regeneratus per aliorum voluntatem, non poteſt deinceps vinculo alienæ iniquitatis obſtringi, cui nulla ſua voluntate conſenſit.can. quæris.de conſec.diſt. 4. Quod vtiliter & cum ratione obtinuit definiri, niſi fortè vbi maior eſt authoritas vel cùm meliori ratione, reſcindi aut violari non debet. can. cum piæ.25.qu.2.

multis exẽplis & iuribus confirmata.

Sibi enim iniuriam facit, qui fratrum ſuorum aut prædeceſſorum iura conturbat. can. quod verò.ead.q. Huius tamen regulæ multæ tradűtur diſtinctiones & limitationes. Primùm intelligitur, quando actus eſt ritè perfectus, & conſummatus.d.l.ſi qua.de rit.nup. l.ſi mulier. ſolut. mat.cap.quemadmodum.de iureiur.ca.ſi pauper. de præb. & dig.in 6. facit l.ea.§.ſi quis. de duob.reis.§.item contra.Inſt.de inut.ſtip. Si autem ab ipſo initio conſummationem non acceperint, impoſſibilia quidem de iure nő tenent: at verò impoſſibilia propter aliquod impedimentum facti nihilominus tenent, quia iſtud magis difficultatem reſpicit. l.furor. de ſponſ.l.2.l.continui.§.illud.de ver.obl. §.1.inſt. de mutil.itip.l.quicquid.ad legem Aquil. l. ſi à me.de iudic.Hanc diſtinctionem tradit Azo in rubr. 1. Item poteſtas legis eſt quandoque ambulatoria, vt ex poſt facto actus valeat aut intereat.l.ſi marito.&.l.ſeq.de iure dot.Item alia traditur diſtinctio in l.ſed interim.§.1.de dona. inter vir. & vx. Item nonnunquam quæ à maioribus ſine culpa ſed bene inſtituta ſunt, poſtea vertuntur in errorem & ſuperſtitionem, ſine traditate aliqua & magna cum authoritate à poſteris deſtruantur. can. quia ſancta.diſt. 63.Item fallit regula ſæpenumero: cùm ſcilicet actus qui deuenit in eum caſum à quo incipere non potuit, reſtaurari facilè non poteſt, putà quia lex ipſo iure actum annullat. argu.l. ſi pactus, §. pactus ne peteret. de pactis. qua de re vide infrà hoc titulo.cap.5.Multi denique ſunt caſus

Limitationes & diſtinctiones.

caſus fallentiæ iſtius regulæ: Videlicet in l. 3. de his quæ pro non ſcriptis. l. ſi minor. de ſeru. export. l. pluribus. §. fin. & ibi Bartol. l. pen. §. vl. de verb. obl. l. huic ſcripturæ. §. fi. & l. ſeq. ad legem Aqui. l. pro parte. de ſeruit. §. ſi ſeruus. inſt. de nox. act. §. hoc autem. Auth. de non elig. ſecundo nub. coll. 1. §. ſi verò decretum. Auth. de nup. coll. 4. l. ſi in metallum de his quæ pro non ſcriptis. l. exiſtimo. de verb. obl. Quod quidem latius explicat & diſtinguit Azo rub. 104. Item vtile per inutile vitiatur. l. 1. §. ſed ſi mihi. de verb. ob. vt ĵ. latius tractabo. Item licet ab initio dolus non fuit in contractu, tamen ſi petat, dolus ineſt. l. 2. §. item quæritur. de doli except.

Item nihil aut parui refert ab initio quid ſit vitioſum an vitium ex poſt facto contingat, vt malæ fidei poſſeſſor cenſeatur. l. ſed ſi lege. §. de eo autem. de petit. hered. Doctores in cap. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. Contrarium tamen ſtatuitur in Publiciana, vbi dolus ex poſt facto non conſideratur. l. eum qui. §. Prætor ait. de Public. in rem act. Nilq; intereſt verum ab initio quid inutile fuerit, quoad rationem legis Falcidiæ, an ex accidente poſteà in eum caſum peruenerit legatum, vt eius actio denegetur. l. nec intereſt. ad legem Falc. iſtam exceptionem iuuat. l. ſi ex voluntate. C. de donat. inter vir. & vxorem.

CAP. IIII.

Vitioſum ab initio tractu temporis nõ poteſt conualeſcere.] l. quòd ab initio. 30. l. non videntur. 128. l. omnia. 201. l. quæ ab

 init

initio.211.de reg.iur.ca.non firmatur.& ibi pulchra gloſſa.eod.tit.in 6.

Cuius rei ratio & intellectus cum ſuperiori congruit, nempe licet in eum caſum incidat à quo potuit incipere: Ideoque repetitione ſuperflua non opus eſt. Exempla multa huius regulæ ſunt in iure. Veluti in legato quod pro nõ ſcripto habetur, caduco, & quaſi caduco. Et in regula Catoniana, vt notatur in tit. de his quæ pro non ſcriptis, de caducis tollend. & de reg. Catonia. Item in l. cætera.§.1. (qui textus eleganter hanc materiam declarat.) de legat.1.l.ſi tibi.l.ſicut Locati.l.cum in venditione. de con. empt.§.1. Inſt.de exher.lib.l.1.§.1. de legat. 3.l.2. in fi.quod iuſſu.l.1.l.nihil refert.de condit. ſine cauſa.l.1.§.vlt.Commodati.l.ſi alienum.de her. inſt.l. ſi ſeruo.qui & à quib.manu.l.ſeruis.C.de legat.cap.placuit.16.qu.3. cap.dudum, de decimis.cap.gratiæ,& ibi gloſſ.de reſcript. in clem.

Exemplorum poſitiones.

Alia item eſt ratio: Quia quod ab initio vitioſum eſt de ſui eſſentia, nullum eſt: ideóque nullos effectus parere poteſt, vt ſtatim dicam in alio capite. Probatur hæc ratio. l.vſumfructum.de vſufr.leg. Quamobrem ea quę quo tẽpore dantur, accipientis non fiunt, data non videntur.l.patre furioſo.de his qui ſunt ſui.§.nec in pendenti.Inſt.de inutil.ſtip.l.ſi ſtipuler.in fi. pr.de verb.obl. Actio quæ non eſt nata ab initio, poſteà ex eodem facto oriri non poteſt. l. ſerui & filij.de furt. Sicut etiam falſa ſcriptura temporis interuallo firmari non poteſt, ita vera quæ ſemel ſubſtitit, nõ euaneſcit. Elegans textus

Alia ratio.

Declaratio regulæ cum authoritatib. & exemplis.

tus in l.ſicut falſi. & ibi gl.C.ad leg.Cornel.de falſis. quo loci ambæ regulæ ſimul coniunguntur & declarantur: ſed multò copioſius ab Azone rub.1. Tales merito ſunt remouendi, qui prauè inuenti ſunt conſtituti.c.ex epiſtola.diſt. 23.Electio quæ fuerat ipſo iure irrita,per ſubſequentem conſenſum maximè appellatione pẽdente non poteſt eſſe rata. ca.auditus.de elect. Collatio non valet in habili. facta licet poſtea habilis efficiatur.c.ſi eo tempore.de reſcr.in 6. Sſponſalia, quæ ab initio nulla erant, ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis iuſtitiam non inducunt, niſi expreſſus vel tacitus conſenſus poſteà adhibitus ratihabitionis loco ſit.cap.1.de deſp.impub. in 6.

Sunt tamen penè infinitæ exceptiones &diſtinctiones iſtius regulæ:Primùm quod dictum eſt de regula Catoniana fallit in caſib. quib. ea locum non habet.l.ſi optio.de opt.leg.& l.cum legato.C.quando dies leg.cedat. Itẽ multoties vitioſum ab initio ex poſtfacto validatur veluti authoritate legis aut ex cauſa de nouo ſuperueniente.l.pen.iuncta ibi gl. de cond. cauſ. data.l.ſi quis in Senatorio. de ritu nupt. l. cum vir vxori.de iure dot. l. vt pomum. §.1.de ſerui. ll.exiſtimo.de cont.empt.& de verb.oblig. l,ſi procuratorem. Mandati. cap. placet nobis. de conuerſ.coniug.l.non ſolum.de vſuc. *Except. & diſtinctiones.*

Cuius rei multa ſunt exempla: Inanis obligatio aditione hereditatis confirmatur, ſed id fit propter aliam cauſam,vt ſcitè traditur à Papiniano in l.Sticũ.§.aliquando.de ſol. Decurio *Exempla.*

ab initio prohibetur conducere, ſed in conductionem iure ſuccedens in ea remanet. l. 4. de decurio. Licet ab initio lis priuato homini delegetur, tamen ſi tempore definitionis illuſtri dignitate decoratus reperiatur, tanquam de illuſtri ſtatuitur. l. præcipimus. §. fi. C. de appellat. Item inualidum iuramento confirmatur ſecũdùm canonicos propter diſpendium ſalutis æternæ, ſed litteris impetratis à Pontifice ſubleuatur, dummodo iuſiurandum non ſit contra bonos mores vel publicam vtilitatem. cap. 2. de pact. in 6. Bartolus in l. ſi quis pro eo. de fideiuſſ. Paulus Caſtrenſis in Authent. ſacramenta. C. ſi aduerſus ven. & in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pact. facit l. filius à patre. §. fi. de lib. & poſth. Item fallit regula, quando vitium nondum declaratum eſt, quia tunc purgari poteſt. ca. quod ſicut. de elect. vt ſ. tetigi in prox. ca. Item quod ab initio matrimonium nullum erat, conſenſu vel cohabitione validatur. cap. ad id quod. de ſponſ. & mat.

Aliæ item diſtinctiones.

Item quod inutile eſt ratione partis in iudicio, ratihabitione confirmatur, non autem ratione iudicis. l. 2. Rem ratam haberi. l. ſi expreſſim. §. 1. de appellat. Ita diſtinguit Azo rubr. 33. Item tunc demum per ratihabitionem confirmantur res inualidæ, ſi earum perfectioni nihil obſtat niſi diſſenſus. cap. Apoſtolicæ. de don. & d. c. auditis. c. cùm nos. de his quæ fiunt à prælat. Si autem vitium fuerit ex eo quòd actus ſit contra ius, tunc tractu temporis non conualeſcit. can. vides. diſtin. 10. Hanc diſtinctionem

trad

tradit,& explicat fuſiùs Damaſus Doctor ſubtilis in reg.74.& reg.106. Azo autem in Rub. 1. vno verbo ita omnia diſtinguenda putat: Vt ſcilicet ſolo tractu temporis inutiliter factum non conualeſcat, quia tempus non ſit modus inducendæ, tollendæ vel recuperandæ obligationis, vt ſuprà latè expoſuimus ſub tit. de tempore.cap.5. niſi alia accedant. Item quoque aliam diſtinctionem ponit inter obligationem, quæ ex contractu vel quaſi, & maleficio, vel quaſi naſcitur. Item hanc noſtram regulam copioſiſſimè exponit Riſuicius in paratitlis, atq; etiam cum ampliationibus & fallentiis Donatus Fina lib.5.

CAP. V.

QVod nullum eſt, nullum parit effectum.] cap.non præſtat.de reg.iuris in 6.l.1.§.vlt. Quod quiſque iur. l.ſi iure.de legat.3.l.1.§. hæc verba.Ne vis fiat ei qui in poſſ.l.2.Cod.de pœnis.l. ſicut patronis. l.ſi verò. de operis lib. can.ſi quis epiſcopis 1.quæſt.1.cap.conſtitutus. de appellat.

Ratio eſt,quia non exiſtẽtis nullæ ſunt qualitates.vulgata l.eius.Si cert.pet. Quamobrem accuſatio quæ vel temporis ſpatio vel perſonę vitio remota eſt, nullum ſortitur effectum. l.1. §.accuſationem.Ad Turpill.Quę perperam geſta ſunt,nihil officiunt.l.nec nos. C.de poſt.reuer.Quando ſententia ipſo iure non tenet,fruſtrà prouocatio imploratur.l.4.& l.ſeq.C.Quãdo prouocare non eſt neceſſe.Quid etiam verbis opus eſt,quæ rerũ effectus nullus ſequitur? l.fin

Ratio. Paraphraſes regulæ exẽplis & iurib. probatæ.

l.fin.C.de donat. Illa conceſſio non poteſt impedire quæ nullius eſt momenti : nec pro dato habetur quod ab eo datur qui de iure non poteſt.cap.quod autem.cap.illud. de iure patron. Iuxta regulam: *Nemo dat quod non habet*,quam ſuprà expoſui tit.de habitu.cap.3.

Diſtinctiones & limitationes

Atqui differentia eſt inter decretum cum clauſula irritãte factum & decretum ſimplex: Nam primo caſu redditur contra actum ipſo iure nullum. l.ſi minor. de ſer. expor.l.2. & ibi tractant Doctores. C. de ſenten. ex breuiculo recit.ca.ſi ſoli.de conceſſ.præb.Ratio eſt:Quia ita afficit actum in contrarium , vt nullius roboris ſeu momenti exiſtat , cuius rei elegans traditur exemplum in cap.fin.de præb.& dign. in extra.commun. At verò ſimplex non item. cap.dilecto.eodem tit.in antiquis. Alia ſtatuitur differentia inter nullum,id eſt,non datum, & illicitè datum : quia priore caſu repeti poteſt : ſecundo non , vt pulchrè Auguſtinus de baptiſmo & moneta exemplũ profert.in can. quod quidam 1.quæſt.1. Quamuis & aliquando illegitimè datum iterari oporteat. can.per illicitam.9.quæſt.1.Item fallit regula in ſpecie.ca. quod in dubiis.de renuntiat. vbi licet reſignatio ſit nulla facta in manibus laici,tamen eo ipſo beneficio ſpoliatur.Item quandoque actus nullus pœnam ſuſtinet. l. nemo.C.de ſacroſan. eccleſ. l. eum qui duas. iuncta Gloſſ. Ad legem Iuliam.de adult.Bartolus in l.vbi pactnm.C.de tranſact. Item circa hanc regulam multa iura hinc inde profert Damaſus in reg.89. Ac tandem

dem ita diſtinguit, vt ſcilicet regula ſit vera in illis actibus, in quibus actus ſolus cum effectu deſideratur, de quo tractaui ſuprà in tit. de cau ſa conten. Secùs in quibus actus ſolus ſine effectu cõſideratur. Vide etiam Medicæum reg. 6. Et de nullitate vide plura tractantem Riſuicium, Diam reg. 498. & Donatum Finam lib. 3. fallit item regula in caſu. l. & ſi transferam. l. legatum. §. pater. de adim. legat.

CAP. VI.

VBi aliquid vitiatum aut corruptum eſt, iuſto remedio ſubueniri oportet.] ca. ſi quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non alien. can. per illicitam pr. q. 7. Nam quemadmodum medicinæ morbis, ita corporis remedia vitiis animi, & corruptionibus ſuccurrunt, vt vtrinque congruens medela applicetur. cap. qualiter. in 2. de accuſat. *Ratio.*

Diuerſis autem modis applicantur remedia. Nonnunquam vbi multa ſcandala pericula & incommoda grauia ſequi timentur, celeri remedio ſubueniendum eſt. cap. vn. de immu. eccleſ. in Clem. cap. 2. de præb. & dign. in extra. commu. interdum quia morbus iuſtè quaſi cõmunis irrepſit, dignum ducimus communem adhibere medelã inquit Innocentius. in c. 1. de excep. in 6. Itẽ nouis morbis noua ſemper antidota præparare. ca. cæterùm. de iuram. calum. Item per contraria atq; diuerſa curare, cõparatione ducta de corporalibus ad ſpiritualia. can. ſi quis ſemel. de pœnitẽtia diſt. 2. Sed quãtum ad corporalia, ad Chirurgos aut Medicos remitto *Explicatio regulæ per varia themata.*

remitto. Probus ſacerdos exemplo medici periti ſuperinfundat confitenti primùm vinum & oleum vulneribus ſauciati, & diligenter omnes circunſtantiaſ inquirat, ex quibus intelligat quale debeat ei præbere conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere diuerſis experimentis vtendo ad ſaluandum ægrotum. cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. Item vnde inflictum eſt vulnus, ſalubriter quæratur remedium, vt apud poëtas Achillis haſta Telephum vulnerauit & ſanauit. Exemplum in ſacramento Euchariſtiæ: nam culpa per primum parentem ex latere hominis facta eſt, & ex latere ſecundi hominis gratia fluxit, vt piè docet Ambroſius. can. in calicem. de conſecrat. diſtin. 2. Idémque traditur in cap. 1. de reliq. & ven. ſanct. in Clem. Quod tamen ſacramentaliter intelligitur. Ideóque ad conſequentias humanarum rerum trahendum facile nõ eſt. Sed multa de hoc exempla paſſim in iure reperiuntur. Item extremis morbis & deploratis extrema quoque remedia adhibentur. can. reperiũtur 1. quæſt. 1. Quod ibi ignitum ferrum appellatur, vulneri cancroſo iniici: nam ferro ſunt abſcindenda vulnera, quæ fomenta non ſentiunt. can. in canonibus. 16. quæſt. 1. Cogunt denique multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. can. vt conſtitueretur. in fin. diſt. 50.

Intellectus & diſtinctiones. Atqui licet adhibita medicina in contrariũ ſuccedat, non tamen ideò minùs laudandus eſt medicus. c. ad aures. de æt. & qual. Hinc verſus:

Non

Non eſt in Medico ſemper releuetur vt æger. Item ſanctus poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe non poterit:ita etiamſi remedium per pœnitentiam datum ſit, tamen propter iam contractum crimẽ defectus & inhabilitas ſemper remanet.can.ventum eſt.1.quæſt.1.

Itẽ ſatius eſt in principio occurrere, & præuidere,quàm poſt vulneratam cauſam remedia quærere.l.fin.C.in quib.cau.in integ. reſt. l.pr. C.Quando liceat vnicuique. cap.1.de ſeruis nõ ordin.Videndum enim ne tacentibus nobis nõ præuiſus huiuſmodi morbus inualeat, dũ prouidum creditur,quod incautum, licitum quod impunè.cap.2.de maior.& obed.in extra.commun. Idem Ariſtoteles lib. Polit.5.cap.3.Vnde ait Iuriſconſultus intereſſe, vtrum potiùs pecunia retineatur, quàm ſoluta à reo repetatur. l.ſi ſtipulatus.de fideiuſſ.

In Tit. De Reuocatione, Renuntiatione,& Ratihabitione.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

SÆpenumerò euenit,vt ea quæ ſunt vitioſa inualida, aut malè facta reuocentur, ſicuti debẽt & poſſunt de iure. Quod enim illicitè introductum eſt, nulla decet ſtabilitate ſubſiſtere, ſed in melius reformari,vt frequenter inculcat Iuſtinianus Imp.in proœmio Codicis, & Gregorius in ca. quod latenter. de verb.ſignif. Reuocatio autem fit multis

Reuocatio fit multis modis.

multis modis: Aut expreſsè, aut tacitè, aut generaliter, aut ſpecialiter. Sed & multa alia ſpecies reuocationis enarrantur à Doctorib. in l. ſi quis. in principio. de leg. 3. Similíque ratione, quæ bene & legitimè competunt, remittuntur, iúſque renuntiari poteſt. Id tamen inter reuocationem & renuntiationem intereſt, quòd reuocantur tantummodò præterita, at renuntiatur iuri etiam nondum quæſito, ſed quod competiturum eſſe ſperatur. Nam aliàs ſi nullo modo ſperetur, nihil operatur renuntiatio, vt infrà dicam hoc tit. cap. 2. Item multò fortiùs iuri quæſito & præterito renuntiatur, propter regulam iam traditam: Vnumquęque liberè poſſe de rebus ſuis, id eſt iam acquiſitis diſponere. Porrò contraria eſt renũtiationi ratihabitio, de qua ſubſequenter tractare viſum eſt, vbi de iuſſu, authoritate & mandato dicemus: quia non multùm à ratihabitione differunt, ſed plerumq; excepto rerum ordine inuicem comparãtur. Nouiſſimè hîc animaduertendum eſt, non accipi authoritatem, vt ſuprà in tit. de authoritate, pro teſtimonio rei anteactæ, ſed pro validatione actus ex præſentia alicuius perſonæ.

Differentia inter reuocationẽ & renuntiationem.

Ratihabitio contraria renuntiationi.

Iuſſus, authoritas & mandatũ.

Quomodo hîc authoritas ſumatur.

De Reuocatione, Renuntiatione, & Ratihabitione, Tit. viij.

CAP. I.

Reuocatio ſeu derogatio non fit, niſi ſpeciatim id exprimatur.] cap. veniens. de præſcript. c. ex parte. de capell. monacho. Nam

Nam odioſa eſt reuocatio : cùm quod ſemel placuit,ampliùs diſplicere non poſſit, vt ſuprà expoſui,tit.de mutat.cap.4. *Ratio.*

Itaque per priuilegium non tollitur,nec derogatur priori conuentioni,niſi de ea expreſſa mentio facta ſit.cap.ex multiplici.cap.dudum. & ibi Glo.de decimis. *Paraphraſis.*

Aliquando tamen tacita inducitur reuocatio,veluti ſtatutum ſiue ordinatio per contrarium actum tacitè reuocatur.cap.cum acceſſiſſent.de conſtit. Et dato poſteriori procuratore,prioris eſt procuratio tacitè reuocata. cap. non iniuſtè.de procurat.Quod habet etiam locum in omnibus iis quibus nouiſſima ipſo iure derogant prioribus, vt tractaui ampliſſimè in tit.de Princip. & fin. Item vide circa hanc exceptionem infrà titul.de expreſſo & tacito. Cæterùm de clauſula derogatoria teſtamento appoſita,quos effectus operetur,copioſè tradit Bartolus in l.ſi quis.in principio.de legat.3.Baldus & Iaſon in l. ſancimus. C. de teſta. Medicæus item reg.2.& 4. Hanc item regulam latiùs cum ampliationibus & reſtrictionib. tractat Damaſus reg. 5. *Intellectus & limitationes.*

CAP. II.

Simplex renuntiatio iuri ſuo, ſiue quæſito, ſiue futuro non tenet.] Hîc duo ſunt : ius quod iam competiit, id eſt,quæſitum, & ius quod competere ſperatur, id eſt,futurum.

Quantum ad primum, probatur in l.cum precario.de precario. l.ſed & ſi in fin.de vſufruct. l.ſi creditor.§.vlt.de diſtract.pign. *Expoſitio primi membri.*

Nam

Ratio. Nam in odioſis ſimplex ſeu generalis aſſertio non nocet.l.contractus.24.de reg.iuris.

Paraphraſes regulæ iuribus & exẽplis ornatæ. Ergo nec generalis renuntiatio caſuum fortuitorum tenebit, ſicut nec eorum quæ aliter facta bonis moribus repugnant,niſi in iudicio facta ſit.dicta l.contractus.& l. 4. §.quæſitum. Si quis cautio. Dominus manet qui dominus eſſe non vult.l.ſi quis vi.§.vlt.de acq.poſſ. l.pr. §.decretalia.de ſucc.edicto.Et heres nunquam deſinit eſſe heres. l. ei qui ſoluendo. in fin. de her.inſt.Nam ſemel acquiſita hereditas pacto vel tranſactione nullo dato nec retento repudiari non poteſt. l. 3. l.ſicut maior.C.de repud. vel abſt.hær.Semel conſtitutæ obligationi renuntiare aduerſario non conſentiente nemo poteſt l. ſicut.C.de act.& oblig. Nec poteſt renuntiari iuri ſeu priuilegio reali, aut quod pro forma introductum eſt.l.ſi quis in conſcribendo. C.de pactis. l. ſi vnus.C. de teſtam.l.nemo poteſt.de legat.1.quemadmodum ſtatim exponemus.Nec videtur renũtiare iuri ſuo, qui aduerſarij ſeu iudicis gratiæ ſe commiſit notabilis textus.in cap.veniens.de renuntiat.

Diſtinctiones, exceptiones, & intellectus quoad primũ mẽbrum. Huius primi membri diſtinctiones, intellectus,& exceptiones,ſunt varij.Primùm diſtingue inter ius reale ſiue cauſale & perſonale,de quibus ſuprà abundè tractauimus tit. de perſonis,reb.cap.1.& 2.Nam ſi de reali loquamur, non licet renuntiare tali iuri, id eſt, in cauſam generalem introducto, vt in l. ſi quis in cõſcribendo.C. de epiſ.& cler.ca.ſignificaſti.c.ſi diligenti.de foro compet.l.1.§.ſi impuberi. de coll.

bon

bonor. Quia ſemper tale ius ſeu priuilegium durat, nec cũ perſona extinguitur. Vnde nec clerici volẽtes poſſunt prorogare laicam iuriſdictionem, cùm iſtud priuilegium toti ordini ſit conceſſum non ſingulis. cap. contingit. de ſen. excom. Diuerſum eſt in laicis, ex quorum conſenſu, etiam non ſuus alioqui iudex conſtituitur, vt in dicto cap. ſignificaſti. Abbas quoque non poteſt renunciare priuilegiis vel indultis monaſterij, quæ à ſummo Pontifice conceſſa ſunt. cap. cum tempore. de arbitris: Tametſi etiam clerici ipſo facto priuilegium abiiciant clericale. cap. fin. de vita & hon. cler. Si autem de iure perſonali, licebit renuntiare ex eorum conſenſu quorum intereſt. cap. fin. de crim. fal. cap. ſi terra. de priuil. cap. cum nobis. de electio. Vide Socinum reg. 419. & Damaſum reg. 128. Atque ita omnia ferè iura inuicem ſibi aduerſantia cõciliantur. Item ad hanc regulã quamplurimas alias diſtinctiones & exceptiones, cũ allegatione iurium ſcribit Azo Rub. 12. & Medicæus reg. 5. 7. & 8. Item nemo videtur renuntiare iure ſibi competenti quod ipſe ignorat. l. nemo. 188. & ibi Doctores. de reg. iuris. Quod quidem latè per ampliationes & reſtrictiones declarant Riſuicius & Iacobus Nouellus reg. 419. Cæterùm de renuntiatione multas ſubregulas tradunt & explicant Azo Rub. 73. 85. & 104. Medicæus regul. 6. 8. & 9. & Donatus Fina lib. 5. Item allegans contraria iuri ſuo ei renũtiaſſe videtur. ca. veniens. & ibi valdè notatur. de præſcript. Item poteſt remitti conditio iure

publico, id eſt, teſtamenti.l.licet, vt leg.vel fid. nomine facit.l.pen.circa fin. de op.lib. Item renuntiare non licet iis quæ non in fauorem, ſed ad bonum publicum & communem vtilitatem ſunt inducta, vt multis probat Damaſus reg.22.

Secūdi mēbri declaratio.

Quoad ſecundum membrum; non poſſe iure futuro renuntiari, probatur in l. qui ſuperſtitis.l.qui heres.de acq.her.l. ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione. de legat. 2. l.in ſuis. delib. & poſth.l.& ſuum heredem. de pactis. Doctores in l.qui Romæ.§. duo fratres. de verb.obligat. Sicut nec vendi ſpes aut incertitudo alicuius rei.l.pr.l.cùm hereditaté. de her. vel act. vend. Quocirca nec pactum de futura ſucceſſione valet, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè, ſumatur, vt tractatur in l.fin. C. de pactis, quia inducit triſte & odioſum captandæ mortis alienæ votum.l.de fideicommiſſo. C. de tranſact. de quo aliàs nos amplam mentionem fecimus. Sed de hoc pacto non ampliùs agemus, quia materiam ſpecialem continet, atq; etiam à noſtris abundè tractatum eſt.

Exceptiones, & diſtinctiones quoad ſecundum mēbrum.

Valet tamen aliquãdo pactum, quo quis renuntiat iuri, nondum competenti, ſed quod competiturum eſt.l.cum dos.l.& Attilicinus.§. Proculo.de pactis dot.l.& heredi.§.filiafam. de pactis, vt notant latè Doctores in l. 1.C.eodem tit. Hanc item regulam multis hinc inde iuribus allegatis & diſtinctionibus probat Azo Rub.13.& 19. vbi inter cæteras ponit differentiam inter pactum ſimplex & repudiationem: quæ diſtinctio mihi planè nõ arridet. Sed mallem

lem ſtatuere diſcrimen inter ſimplicem & expreſſam renuntiationem, vt ſuprà in initio huius regulæ expoſitum fuit. Item alia traditur diſtinctio, vt pactum non valeat de hereditate viuentis, aut aliquid aliud ſimile tendens ad bonorum morum euerſionem, aut quod iure ſit prohibitum: nam alioqui licet etiam rem incertam & emere & vendere, ſeu alio modo in cõtractum deducere vulgata. l.ſi iactum rectis. de act. empt. l. periculi. de naut. fœnore. De certo & incerto infrà latiùs exponemus. Item pactum de futura ſucceſſione repudianda quæ videtur competitura, aliquo dato vel retento valet, vt notatur in dicta l. pr. l. licet. & l. fin. C. de pactis. l. 2. §. vlt. de hær. vel act. vend. l. ſi qui ſeruum. de actio. empt. Vtique ſi nihil cõtineat contra bonos mores aut legis ordinationem, & maximè ſi iuramento firmetur. ca. quamuis. & ibi fuſiùs tractatur. de pactis in 6. Qua de re multa hinc inde iura allegat, atq; etiam diſtinctiones & limitationes Azo in prædicta Rubr. 13. Item primariam noſtrã regulam ſiue gnoſin ampliſſimè cum allegatione doctorum, extenſionibus & limitationibus explicant Mediceus reg. 6. Socinus reg. 418. & Azo Rub. 100. Item licet vnicuiq; renuntiare priuilegio vel iuri ſibi conceſſo vel cõcedendo. ll. ſi quis in cõſcribẽdo. C. de ep. & cle. & C. de pact. c. ad apoſtolicã. de regular. Et lucroſam hereditatẽ omittere. l. ſi quis. Si omiſſa cauſa teſt. l. in quantitate. §. 1. Ad legem Falc. facit. l. 1. Si quis in ius vocatus. l. ſi iudex. de minor. c. quàm periculoſum. 6. q. 1.

CAP. III.

Renuntianti iuri ſuo non datur regreſſus.] l.ſi quis in conſcribendo. Cod. de pactis.l. ſi quando.§.fin.C. de inoff.teſt.l.fin. C. de condit.inſertis.cap.ad apoſtolicam.cap.ſtatuimus.de reg.& tranſ.ad relig.cap. vt quia duas. de electio.in 6.l.poſt diem.de lege cōmiſſ. can. eos.ca.quam periculoſum.7. qu.1.can.ſic illicitas.23.quæſt.4.l.dedic.§.vlt. Qui ſatiſd.cog.Notatur in l.Lucius.§.vlt.Ad Treb.cap.quoniam. de renun.l.rura.C.de omni agro deſerto.lib.11.

Ratio, Satis enim abſurdum eſt redire ad hoc cui renuntiandum putauit. l. ſi quis iuſiurandum. & ibi vide Gloſ.C.de reb.cred.l. pr.l.cum proponas.in pr.C. de pactis.l.quæritur. §.ſi venditor.de ædil.edicto.

Paraphraſes regulæ exēplis & iuribus ornatæ. Qui repudiauit bonorum poſſeſſionem delatam, rurſus ad eandem venire quæſtionem non poteſt.l.1.C. de repud.bonor.poſſ. Idem de hæreditate delata, l. ſicut maior. C. de repud. vel abſt.her. Qui ſemel ius ſuum reſpuit,indignum eſt eandem rem denuò vindicare,vel tenentem inquietare.l.fin. C.de remiſſ.pign.Qui ab accuſatione deſtitit,denuò repetere nō poteſt.l.accuſationem. C. Qui accuſa. non poſſ.l. abolitionem. C. Ad legem Iul. de adult. Adeò quidem vt licet aliquomodo coactus à ſuperiore iuri ſuo renuntiauerit, poſtea tamen non poterit ab eius electione appellare. cap. cum inter.de electio.Cum beneficia realiter &cum effectu ſint dimiſſa, ad illa nunquam abſque noua collatione redire, aut eorum adminiſtrationi

tioni ſe immiſcere poterit. cap. execrabilis. de præb.& dig.in extrauag.

Verumtamen poſt repudiationẽ poteſt quis eundem eligere. l. homine. de optione leg. vbi Gloſſa multùm laborat in diſſoluẽdis contrariis & alleganda ratione huius dicti. Sed melior videtur deſumpta ex natura repudiationis, quæ vnius vallatur arbitrio, cum videlicet res eſt adhuc integra, nec in alterius vergit detrimentum. Vnde deſumitur pulchra diſtinctio: Licet tam maiori quàm minori intra certa tempora quæ vtriq; definita ſunt ſua m abdicationem, id eſt, abſtentionem paternæ hereditatis reuocare, vtique rebus nondum alienatis, ſed integris. l. fin. Cod. de repud. vel abſt. her. Item qui remittit, perdit ius patronatus: non tamen debitum honorem & reuerentiam. l. fin. C. de bo. lib. *Exceptiones & diſtinctiones.*

CAP. IIII.

IVſſus ſemper præcedere debet, ratihabitio ſubſequi, authoritas in ipſo actu interuenire.] l. ſeruo. in princ. Ad S. Tertyll. §. tutor. Inſt. de author. tut. cap. 2. de pactis.

Id enim vel ipſa natura rei, vel etymon vocabuli ſatis apertè indicant: quanquam & vſu quotidiano promiſcuè interdum aliud pro alio ſumatur. Porrò de authoritate ſuprà diximus in ſuo titulo. Nunc de reliquis duobus nobis dicendum eſt. *Ratio.*

Itaque cùm quæritur an is qui ab alio iuſſus delictum committit, excuſetur, diſtingue: Aut *Expoſitio regulæ.*

non poterat illud effugere, & tunc liberatur cum neceſſe ſit parere.cap.in iis.15.de verb.ſig. maximè in delictis non atrocioribus, quia ſecus eſt in atrociorib.l.ad ea.200.de regu. iuris: aut poterat effugere poſtpoſita ſecurè reuerẽtia,& tunc non excuſatur. l. 2. de eo per quem factum erit.Iuuat hanc diſtinctionẽ.l. is qui in puteum. §. ſi tutoris. Quod vi aut clàm. Vide quæ de eo ampliùs tradidi ſuprà tit. de dignit. & obed.cap.3. Mandans autem & qui mandatum ſuſcepit, in delictis eadem pœna puniuntur. Notaut Doctores ex l.athales. Ad legem Corn.de falſis.de iuſſ.& mandato,vide quæ doctè ſcripſit Riſuicius in paratitlis. ad l.non videntur.128.§.qui iuſſu.de reg.iuris.de ratihabitione dicemus ĩ.proximo cap.

Intellectus Noſtra tamen regula ſiue gnoſis de iuſſu intelligitur, vbi iſta ſunt omnino neceſſaria. Nã ſecus, ſufficit ex poſtfacto ſola ratihabitio.dicto capit.2.de pactis Item nihil intereſt vtrum præcedat voluntas aquæ ductionem,an ſubſequatur, quia etiam poſteriorem voluntatem Prætor tueri debet. l. ſi autem plures. de aqua plu.arcen.Ratihabitio enim mandato comparatur,vt proximo cap.oſtendemus.

Subregula Mentio ſpecialiter facta præualet iuſſui. Ex hac regula naſcitur ſubregula: *Mẽtio ſpecialiter facta præualet iuſſui*.l.fi.C.Per quas perſonas, vbi veterum circa hoc diſceptationem Iuſtinianus conciliat, diſtinguens videlicet id locum habere, quando ea ſimul concurrunt: Sed ſi adſit iuſſus ſimpliciter,eius qui iuſſit tãtùm ratio habetur.

Ratihabitio mandato comparatur,& in tēpus priſtinum retrotrahitur.] Primum membrum probatur in l. ſemper.61.l. hoc iure.195.§.deiecit.de reg.iuris.cap.ratihabitionem.eod.tit.in 6.cap.poſt ceſſionem. & ibi Gl. de citat.l.vlt. C. Ad Macedo. cap.3.de his quæ fiunt à prælato. capit. cum vitum. de regul. & tranſ.ad relig.l.ſi ego de neg. geſtis. l.communis. §.procurator.de acq.poſſ. Atque etiam iuſſui comparatur.l.1. §.quod ratum.Quod iuſſ. *Probatio primi membri.*

Paria enim ſunt quoad effectum voluntas præcedat,an ſubſequatur, vt ſuprà notaui ex l. ſi autem plures.de aqua plu.arcen.Facit l.indebitam.de cond.indeb.l.verò.in fi.& l.ſeq. de ſolut.l.qui liberos.in fine.iūcta Glo.de ritu nupt. l.licet.de iudic.l.ſi debitor. §.1. Quib. mod.pig. vel hyp.ſol.l.1.§.in locum.Quorum legat. Iſtud maximè in delictis locum habet non atrocioribus,ſicuti de iuſſu ſuprà diximus,vt probatur notabiliter in l. 1. §. deieciſſe.de vi & vi armata.cap.cum quis.de ſen.exc.in 6. Nam ſi atrociora fuerint,magis punitur is qui fecit,minùs autem qui poſtea ratum habet ſecundùm ea iura quæ ibi allegantur. Notat etiam Angelus in eleganti ſuo tractatu de maleficiis. Item approbatio conſummationem operis denotat, ſicut ratihabitio,vt diſertè notatur in c. quod autem.de iure patron.Quomodo autem fiat,& quando ratihabitio requiratur,docet Loriotus in tit.de reg.iuris.axio.207.Azo Rub.33.Et Donatus Fina lib.1. *Ratibi* *Expoſitiò regulæ.*

Declaratio ſecundi mẽbri.

Secundum membrum regulæ: videlicet ratihabitionem retrotrahi in tempus ficti mandati, probatur in l.3.de manu.vind.l.obſeruare. §.vlt.de off.proconſ. l. ſi fundus. §.1.de pignor. Gloſſa in dicto cap. ratihabitionem. Exemplũ in donatione inter virum & vxorem, & inter parentes & liberos.l.donationes quas parẽtes. C.de don.inter vir.& vx. Item in l. ſi plures.in prin. de fideiuſſ.l.ſub conditione. de ſol. l.proponebatur.in fin.de caſtr.pecul. Aliud eſt quoque exemplum de eo qui retrò cenſetur fuiſſe liber.l.Neratius.de manu. teſt. Ratihabitio ad confirmationem prioris poſtulationis pertinet.l.fin.de ceſſio. bon. Remiſſione facta nuntiationis non poteſt videri, vi aut clàm feciſſe propter retroctationem. l. ſi alius. §. ait Iulianus.Quod vi aut clàm: maximè ſi veriſimiliter id fuiſſe actum appareat.l. huiuſmodi.de verb. oblig.Qui poſteà heres eſt,videtur ex tempore mortis defuncto ſucceſſiſſe,vt infrà declarabimus tit.de ſucceſſ. cap.1. Qua ratione reprehẽditur Iuriſconſultus,qui anteà dixerat ſeruum hereditarium heredi ſtipulari non poſſe. l.ſi ex re domini.§.fin.de ſtip.ſeruo.Retrò creditur in ciuitate fuiſſe qui ab hoſtibus aduenit fictione legis Corneliæ. l.retrò. & multis aliis legibus, de cap. & poſt. reuer. Ad ſimilitudinem quoque poſtliminij cuiuſdam, ab initio ſeruus videtur ab initio fuiſſe patris ex eo quod poſteà contigit.l.hereditate.§.pater.& l.fin.illo tit.Ex poſtfacto conditione impleta videtur etiam ab initio cauſa in irritum deducta, & cenſetur

quaſi

quaſi nec facta nec celebrata ſit. l. fi. §. ſin autem auaritiæ.C.commun.de leg.

Aliquando tamẽ ratihabitio nihil operatur, veluti quando non reſpicit factum ratum habentis.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.de neg.geſt.Item alia eſt exceptio regulæ in gloſſ. cap.2. de pact. & l.obligatio.§.tutor.de admin.tutor.Item ratum habere quis non poteſt, quod ſuo nomine geſtum non eſt.cap.ratum. 9.de reg.iur.in 6. cap.cum quis.de ſent.excom.in 6. Vnde ſi quis mea negotia ſuo nomine geſſerit non poſſum habere ratum,ſed mihi ille cedet actiones. l. 2. l.ſi abſentis.C.Si cert.petat. Item multas ſubregulas de ratihabitione enarrant &explicant Medicæus reg.2.Dias reg.537.Et Donatus Fina lib.3.Item Azo Rub.35.vbi quando ratihabitio mandato cõparetur,&quando non multis probat hinc inde iurib. & diſtinctionibus. Atque etiam Damaſus reg.106.& 116.Item alias exceptiones & diſtinctiones tradit Loriotus in tit. de reg.iur.axio.208.& 209.vbi illud ſpecialiter notat in actibusveritatem requirentibus ratihabitionem mãdato non comparari : quia hæc ex fictione dependet Baldus in l. executorem. C.de exec.rei iud.Bartolus in l.ſi is qui pro emptore.num.4.de vſucap. *Exceptiões & intellectus.*

Hinc dependet etiam ſubregula : *Inutile ratihabitione confirmatur.* l. 2. Rem ratam haberi. l.ſi expreſſim.§.1.de appellat.l.2.C. Communia vtriuſque iud. Quod intelligitur quando eſt inutile ratione partis non iudicis. *Subregulã Inutile ratihabitione cõfirmatur*

CAP

CAP. VI.

QVod omnes tangit, ab omnibus debet approbari] l. per fundum. de ſeruit. ruſtic. præd. l. de vno. de re iudic. l. vlt. C. de auth. præ. c. quod omnes. 29. de reg. iur. in 6. ca. quod autem. de iure patr. cap. ad hæc. de officio arch. cap. accedentes. de præſcript.

Ratio. Nam alioqui factum vnius alij noceret, quod non eſt æquum, vt ſ. probaui in tit. de ſuo & alieno. cap. 3.

Exceptiones. Aliquando tamen valebit, quod à maiore parte factum eſt, vt notat gloſſa in l. & ſuum heredem & ibi latè Paulus Caſtr. de pact. & toto tit. de his quæ fiunt à maiori parte. Itē hanc regulam multis iuribus, exceptionib. & diſtinctionibus declarant Azo rubr. 91. & Damaſus reg. 8. qui hanc ſubtilem diſtinctionem adfert: vt in negotiis vniuerſitatis ſufficiat maioris partis conſenſus: At in negotiis priuatorum communibus, omnium requiritur conſenſus ad quos tangit.

In Titulum de Succeſſione, & Subrogatione.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Continuatio. *QVi ratum habet, quod ſuo nomine geſtum eſt vel nomine defuncti, cuius ſucceſſor eſt, videtur quaſi ſuccedere & in locū eius ſubintrare, qui geſſit: adeò quidem, vt per ratihabitionē dominus cum procuratore aut negotiorum geſtore ead*

eadem perſona cenſeatur: Cuius rei plurima traduntur exempla in tit. de neg. geſt. D. & C. & maximè in l. ſi ſine iudice. §. ſi procuratori. rem ratam haberi. Alioqui ſi nomine meo geſtum non eſt, propriè non poſſum ratum habere, ſed approbare duntaxat. cap. ratum. & ibi notatur de reg. iuris. in 6. Quod amplius declarat Loriotus in ti. de reg. iur. axiom. 208. Succeſſionum autem multiplex eſt differentia. Alia eſt generalis ſeu vniuerſalis, vt heres, vel donatarius omnium bonorũ: Alia eſt particularis ſeu ſingularis, veluti emptor, donatarius certæ rei, emphyteota, ſuperficiarius, libellarius, & ſimiles eiuſdem notæ. Id tamen inter omnes ſpecies ſucceſſionum conuenit, vt ſucceſſor quodammodo repreſentet vices & perſonam ſui authores in eo, in quo ſuccedit, vt copiosè demonſtrabimus infrà hoc tit. cap. 1. Cæterùm ſucceſſio eò diſtat à ſubrogatione quo ſpecies à genere (tametſi plerúmque vnum pro alio ſumatur) nam propriè ſucceſſio propter apprehenſionem ad animata & rationis capacia: ſubrogatio verò ad inanimata, quæ recto ſenſu & ratione carent refertur. Hæc diſtinctio elicitur ex l. nihil aliud. 24. de verb. ſign. & §. in pecudum. Inſt. de rer. diuiſ.

Ratihabitio & approbatio differunt.

Succeſsionum varia ſpecies.

Succeſsio & ſubrogatio in quo differunt.

Se Succeſſione, & Subrogatione, Tit. ix.

CAP. I.

SVcceſſio eſt in omne ius quod auctor vel defunctus habuit, nec vltra exten-

ditur

ditur.] l. nihil eſt aliud. 23. l. heredis. 170. de verb. ſig.l.heredẽ.60. l.hereditas.63.l.aliud.121. §.fi.l.nemo plus.55. l.nemo plus.163. l.in iis officiis.136. §.nõ debeo.l.qui in ius.138.l.in pari.171. §.vlt.l.quod ipſis.186.l.inuitus.199. §.cum quis. de reg.iur.cap.is qui.46. cap.nemo poteſt. eod. tit.in 6. l. ſi is qui Romæ.de iudic. l.traditio.l. hereditas.de adq.rer.dom.l.mortuo.de fideiuſ. cap.nuper.de donat.inter vir.& vx.

Ratio.

Sicut enim omnium quæ in hoc mũdo creata ſunt, natura perpetuo ordine ac viciſſitudine conſeruatur, ita proprietas rerum per ſucceſſiones rectè continuatur.l. in ſuis. de lib. & poſth. l.eum.de ſeru. vrb. præd. Duplici autem modo ſucceſſio fit, aut per vltimas voluntates diſponentium,aut inter viuos.De priori primũ agemus, tùm quia magis propriè vocatur ſucceſſio.§.is verò. Inſt.de rerum diuiſ. tum quia frequentius magiſque in vſu venit. Cæterùm quia infinitũ prope eſſet, omnes textus qui ad hanc rem in iure reperiuntur adducere, (quod in epiſtola dedicatoria non eſſe noſtri inſtituti proteſtatus ſum) ſufficiet hoc loco elegantiores textus, & rationes exponere, qui accuratius totam iſtam gnoſim declarent.Quapropter hereditas in iis ſcilicet quibus factum perſonæ requiritur vicem defuncti ſuſtinet. §. ſeruus. Inſt.de hered.inſt.l.heres & hereditas.de vſuc. §.1.Inſt.de ſtip.ſer.l.hereditas.de adq.rer.dom. l.cum heres. de diuerſis & temp.præſc. l. Pomponius.§.cum quis.de adq.poſſ.§.1. Auth.de iureiur.à moriente præſtito.coll.5. l.cum hereditas.

Succeſſio in vltima voluntate aut inter viuos.

Paraphr. reg. multis iur.& exẽplis decorata.

tas.C.depoſiti.l.heres. de adq.her. Ita & heres dominus vniuerſalis vocatur. l. his verbis. de hered.inſt.§.vlt.Inſt.de hered.qual.& diff. l.itē Mela.§.legis autē.ad leg.Aquil. l.1.& 2.de adq. her. Eadémque perſona cum defuncto intelligitur.l.cum miles.ex quib.cau.maior. Quod de extraneis quoque intelligitur, nō ſolum de iis qui proximo conſanguinitatis gradu cum defuncto coniuncti ſunt,de quibus abundè ſ̄.diximus tit.de parent.cap.1. Adeò quidē vt rectè & ſanctè mos in Gallia inualuerit: *Le mort ſaiſit le vif:* quod quidē quadam fictione iuris intelligitur, vt quaſi per manus prædeceſſoris ſucceſſor omnium bonorum poſſeſſionem nanciſcatur contra.l.cum heredes.de acquir.poſſ. De qua conſuetudine vide latè differentes Chaſſaneum & Boërium præclariſſimos viros ac practicæ legalis nō ignaros. Quin & hereditas domini locum obtinet, ideóq; heres & de præterito dum hereditas iacebat, poterit experiri.l. denique.§.quæſitum.quod vi aut clàm. Meritò Scæuola Labeonem reprehendit dicens plures heredes non plus debere cōſequi,quàm defunctus conſecuturus fuiſſet. l.fi.ſi familia furtum feciſſe dicatur. Si defunctus nō conquæſtus ſit, aut verò remiſerit delictum, nec heredes eius debent conqueri.l.1.§.fi.& l.2.ad Syll.l.vlt.C.de reuo.don. Nec plus iuris habet teſtator in ſubſtitutū quàm in eum cui ſubſtituit. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. de vulgari. l. Publius. §. Titia.de cond.& dem.l.paterfamilias.de priui. credit. Æquum non eſt aduerſus nos nocere, quod

quod non nocuit ei in cuius locum ſucceſſimus.l.3.§.1.de itinere actúque priua.Cum dicitur in ſtipulatione. Mihi cíque ad quem res ipſa pertinet de vniuerſali ſucceſſore iure ciuili aut Prætorio, aut quouis alio intelligitur.l.ſciendum.70.§.vlt.de verb.ſig.

Concluſio. Quo fit vt omnia iura, omnes obligationes & actiones tam actiuæ quàm paſſiuæ quæ defunctus habuit in heredes tranſeant, cuiuſcũque tandem ſint naturæ & conditionis.l.1.& 2. C.de her.act. Idque ex lege xij.tab. deſcendit. l.2.de neg.geſtis. l.veteris. C.de comm.ſtip.l.ſi quis ſi Titius.de verb.oblig.§. ex conditionali. Inſt.eod.tit.l.ſi pactum.de probat.cap.vn.verſ. eadem. de pace Conſtantiæ apud Federi. l. 1. cum ll.ſeq.de vi & vi armata.

Cur enim quod in principalibus perſonis iuſtum eſt,ad heredes & aduerſus eos non tranſmittatur, quod autem vni impoſitum eſt,ab alio compleri poteſt omni ſubtili & ſuperuacua ſcrupuloſitate exploſa. l. magnam. C. de contrah. ſtip. Paria iura in donationibus ad heredes transferuntur:modò donatariusviuens donationem ſuſceperit : non autem aliàs vt probatur ſecundùm verum & genuinum intellectum. l. illam. C. de donat. Item heredem eius eſſe iuris &poteſtatis cuius fuit defunctus probatur infinitis aliis iuribus per Viuienum, & Riſuicium,& Donatum Fina lib.5.

De ſucceſſione inter viuos. De ſucceſſione inter viuos non multùm immorabimur, quia propriè nõ videtur ſucceſſio, ſed quædam authoris cõtinuatio,vt tradit Loriot

riotus noſter in tit. de aditione axiom. 15.& 16. Neque enim viuentis vlla eſt hereditas. l.1. de her. vel act. vend. Nec etiam in beneficiis. Nimis quippe reprehenſibile eſt,vt viuente epiſcopo, aut alio quolibet officio prædito alium ſubſtituamus, ſed ei ritè coadiutor aut diſpenſator poterit adiungi,c.petiſti,& per totã. 7.q.1.Excipiendum tamen eſt in multis caſibus vbi author vel plus, vel minus iuris quam habuit in ſucceſſorem transfert, quos lubet ex Accurſio in d.l. heredem.& Dyno in d.cap.nemo & aliis interpretibus repetere.Item in pœnalibus actionibus quæ in heredes non tranſeunt. l.quod diximus. §.fin.quod metus cauſa: quod etiam ſ. leuiter attigi in tit. de ſuo & alieno.ca.3. Verùm proculdubiò poſtquàm de ea re incidit ſermo, non erit hic abſonum altius rem aggredi. Sciendum eſt itaque regulariter de pœna defuncti ſucceſſorem non teneri,cùm pœna ſemper ſequatur ſuos authores, vt ſ.dictum eſt tit.de pœnis.ca.3. Sed diſtinguendum eſt de pœna corporali aut pecuniaria. Quantùm ad corporalem, id ſanè quam veriſſimum eſt, in pœnam heredem non ſuccedere, ſed vt patientiam dũtaxat præſtet.l.cui nouum opus. de noui oper. nunt. l. 2. quibus ad lib.proclam. non licet.l.vn.C. Ex delictis defuncto. l. ſi pœna. de pœnis. Nemo ſucceſſor anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus, ſed ſuæ prouidentiæ ſit conceſſum, vt ſi anteceſſor eius res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius eiuſdem eccleſiæ reuocentur. capite ſecundo. de

Exceptiones & intellectus.

preç

precariis. Quod vtique in beneficiis, & rebus eccleſiæ locum habet vbi non admittitur ſucceſſio.cap.1.de præb.& dig. Item omnes populares actiones non tranſeunt in heredem.l.fin. de popul.act.

De pœna pecuniaria diſtinctiones.

At verò publica accuſatio etiam defuncto reo permittitur.l.3.de pub.iud. Quod nimirum in grauiſſimis intelligitur vbi & memoria dãnatur. l.defuncto.& ibi gl.illo tit. §.interdum. Inſt.de hered.quę ab inteſt.def.Nec tamen cogitur heres accuſatorum perſequi crimina. l. diui fratres.de accuſ. Quantum autem ad pœnam pecuniariam ſpectat, ſubdiſtinguitur variis modis. Primò non tenentur niſi quatenus ad eos peruenit,id eſt, in quantũ facti ſunt locupletiores. l.pœnalia.125. de reg.iuris.l.hæc actio.l.in heredem.de calum.l.heredibus.l.ſi plures.§.fi.l.in heredẽ.& quatuor ll.ſeq. de dolo.l. inde Neratius.§.hanc actionem.ad leg. Aquil. l.ſi verò plures.de his qui deiecerunt vel effud. l.de eo.§.fin.ad exhib.l.ex contractibus.de act. & oblig. Non enim pœnalis ſed perſecutoria actio furti ad heredes tranſit.l.furti.C.de furt. Item à iudicibus aut heredibus eorum ſuper admiſſis propriis pœna repetitur quod ad vindictam pecuniariam attinet. l. 2.& ibi gl.C.ad leg.Iul.repet. Atque ita intelligitur vindictam gratiæ cœleſtis venditi iuris eccleſiaſtici tranſire ad poſteros.can.cito turpem.1.q.1.Ad reſtituendas vſuras malè perceptas non ſolùm filij ſed etiam extranei ad quos peruenit,coguntur. cap.tua nos.de vſur.

Hoc

Hoc etiam nomine diſtinguuntur cõtractus à maleficiis, quia ibi etiam ſi nihil ad heredes peruenit, tenentur: hic non niſi ad eos peruenit: ſi tamen experiantur patiuntur exceptionem doli in ſolidum. l. apud Celſum. §. ſi quis autem. de doli excep. l.cum heredes.de diuerſ. & temp. præſc.l.vitia.C.de acqu.poſſeſſ.ita intelliguntur multa iura hinc inde allegata cum eadem diſtinctione ab Azo.in rubr.25.vbi multas ſubregulas & alia notabilia de heredis nomine &qualitate ſubiicit.Item heredibus dantur actiones pœnales, quia continẽt & rei perſecutionem.l.Prętor ait.§.ſi.cum duabus ll.ſeq. de bon.auth.iud.poſſ.l.1.de priuatis del. Sed & iſtud quoque ſubdiſtinguitur: Nam poſt litem conteſtatam, heredes in ſolidum tenentur,ante vero conteſtationem non niſi quatenus ad eos peruẽnit, ſi tamen eorum dolus aut culpa non arguatur.d.l.vn.C.Ex delict.defunct. l.pe. C.de in litem iurando. l. 1. C.de her.tut.l.fin.§. fin. de public.& vectig.l.omnes in 2.& ibi pulchra gloſſ.l.conſtitutionibus.de action. & obl. Hinc alia deſumitur limitatio, quoties ex dolo & facto defuncti conueniuntur, non ex ſuo. l. quod in herede.§. fi.de tribut.l.ſed & ſi ex parte.§.ſoli. Quod cum eo quĩ in aliena pot. Item quando dolus ex contractu reique perſecutione deſcendit, in ſolidum contra vnum heredem datur actio non ſolum quoad ipſum peruenit. l. ſi hominem. §. 1. depoſiti. Hoc totum pleniſſimè declarat.l.de libertatibus.§.fi.ſi quis omiſſ. cauſ. teſta. Item aliquando non tenetur

heres in quantum factus eſt locupletior, cum videlicet ſufficiat condictio.l.2.§.fi.& ibi gloſſ. Vi bon.rap. Sed quæ pœnæ tranſeant ad heredes in publicis iudiciis latius exponitur in l. ex iudiciorum. de accuſ. Atque etiam cū ampliationibus & reſtrictionibus à Socyno reg.359.

Aliæ limitationes. Item ſucceſſor habet aliquando plus iuris.§. quod autem. Inſt. de vſucap. Item expromiſſores non eaſdem habēt exceptiones, quas is cui ſucceſſerunt.l.fruſtra.C.de non num.pec. l.qui libertinis. in fi.de operis libert. Item actio noxalis competit & ſucceſſorib. & aduerſus ſucceſſores nō quaſi iure ſucceſſionis ſed iure dominij.l.1.§.vlt.ſi quad.paup.feciſſe.l.ſi ad libertatem.in fi.de noxal.act. Item honoralia actio, quamuis perpetua ſit, in heredem tamen non datur.l.fi.§.fi.nautæ caup. ſtab. Fallit etiam regula in caſu.l.ſi per imprudentiam.§.1.de euict. Item l. heres.qui & à quib.manum.vbi ſcientię aut ignorantiæ heredis nulla ratio habetur.Itē ius reuocandi donationem tanquam ab ingrato ipſi duntaxat donatori, non eius heredibus competit: nam ſi hoc paſſus eſt, ſilentium eius maneat ſemper, nec à poſteritate ſuſcitetur, in fauorem ſcilicet donationis.l.1.& fi.C.de reuo. don. Itē heres fideiuſſoris ex perſona ſua euincere poteſt licet tanquam heres de euictione teneatur. Ratio, quia diſtinctum eſt patrimonium.l.fi.C.de euict. Sed nouo iure, quod quotidie obſeruatur, ad euitādum circuitum quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, niſi ſit heres cū beneficio inuētar

tarij.l.cùm à matre.C.de rei vind. l.vendicã-
tē.de euict.iuncta l.fi.§.& ſi pręfatam.C.de iure
del. Itē ſi aliquis vno reſcripto appellatus fue-
rit & interim deceſſerit,oportet alias aduerſus
heredem habere literas, niſi ipſe iudicium ſuſ-
ceperit.c.ſignificauit.de reſcrip. Quod ita con-
tingit propter mutationem perſonę. Nec enim
hodie obſeruamus. l. heres abſens. de iudiciis.
qui mutatio perſonę non quidem diuerſitatem
obligationis nec actionis ſed fori & iuriſdi-
ctionis inducit. Item taciturnitas & patientia
prælati non nocet ſucceſſoribus in eadem ec-
cleſia idque in fauorem eccleſiæ ſpecialiter in-
troductum eſt,quæ minori æquiparatur. c.2.de
præſc.Item ius tacitæ hypothecę mulieri com-
petens in bonis mariti ad heredes tranſit , non
autē ius prælationis.l.1.§.illo.l.4.de priuil.cred.
l.vn.C.de priuil.dot. Hæc etiam regula multâs
diſtinctiones recipit.Primo heres defuncti per- *Diſtinctiones.*
ſonam repræſentat in iure iam formato actu
vel habitu in perſona defuncti , d. l.cum à ma-
tre.& l.ſi ego.§.1.de iure dot. Secus in iure nō-
dum formato.l.fi.C.de eui.l.& ſi certus.ad Syl.
Et ita conciliari poſſunt ſecūda ratione ea duo
iura quæ s̃.in exceptione regulæ allegaui.Item
diſtinguitur inter ſucceſſorem iuris & rei : Nā
regula locum non habebit in ſucceſſore rei. l.
quædam.§.1.& §.is autem.& ibi gloſſ. de eden-
do. l.ex facto.in 2.de her.inſt.l.pen.C.eod.tit.l.
Iuriſperitos.§.1.de excuſa.tut.§.legatariis.Inſt.
de teſtam.ordin.niſi ſit miles qui velit iure ſuo
diuerſas hereditates & patrimonia cōſtituere.

l. ſi certatum. §.1. de mil. teſt. Item generaliter definitum eſt rei quidem exceptionem coherentem nocere ſucceſſori, non autem perſonæ. l. 4. §. de authoris. & §. metus cauſa. de doli except. quemadmodum ſ. notatum eſt in titulo de perſonis, rebus &c. c. 1. & 2. Item diſtinguitur. An de lucratiua, ſeu quaſi lucratiua cauſa quæratur, an de onerosa: nã in illa exceptio nocet ſucceſſori: in hac verò non. Nocet etiam ſi res ad authorem reuerſura eſt. d. l. 4. §. ſi cum legitima, & §. ſequen. Item differentia ſtatuitur inter ſucceſſorem eccleſiæ & laici, vt ille non teneatur ratam habere inueſtituram à ſuo prędeceſſore factam: iſte verò ſic, vt notatur in §. vn. qui ſucceſſ. feud. dare tenentur. in vſibus feud. Sed id euenit, quia nulla eſt in beneficiis propriè ſucceſſio, nec ex facto prædeceſſoris tenetur ſucceſſor, niſi ex cauſa reſignationis, vt hodie nouo iure iſtud limitamus. Iſtud tamen intellige ſi de ſuo ipſius prouentu ex beneficiis agatur: nam de iure eccleſiæ ſucceſſor tenetur approbare factum prædeceſſoris vtique ſi rectè factum ſit, vt ſtatim dicam, quia videtur ipſa eccleſia contraxiſſe. ca. grauis. de depoſiti. Quod etiam amplius declarat & variè limitat Socynus reg. 481.

Item alia eſt diſtinctio tradita ab Azone in prædicta rubr. 25. Cum heres nititur facto defuncti, idem iuris eſt in eo quod in defuncto. Ex ſua autem perſona plus iuris ſibi vindicat. l. reperitur. ad leg. Falcid. l. nõ tantum. §. veniunt. de per. her. l. cum quidam. §. debitores. de vſur.

Et

Et iſta eſt tertia ratio conciliationis illarum duarum ll.quas ſ.proximè allegaui.l.cum à matre.C.de rei vind.& l.fi.C.de euict.

Item poteſt dici idem iuris eſſe in herede, id eſt,vt omnino ſuccedat,ſed non vt taliter in omnibus ſuccedat. Item alia diſtinctio eſt,vt de voluntate eorum ad quos res ſpectat, diſputetur. Multas quoque alias diſtinctiones & limitationes cum ampliationib.circa hanc regulam adducit Azo in eod.loco : Sed hæc omnia,quia nimis prolixa ſunt,ex eo repetere ſatius erit.Item quando pactorum beneficium detur heredi & contra heredẽ & quando non,multis probatur hinc inde iuribus allegatis ab eodem Azone in rubr. 96. Item alia traditur diſtinctio à Damaſo reg. 7. Quod benefactum eſt à prædeceſſore non poteſt ſucceſſor reuocare,ſed quod male.cap.1.de ſolut.can.ſi ſacerdotes. 16.quæ.3. Item notabilis diſtinctio traditur à Doctore noſtro Lorioto in tit.de aditione axiom.3.cum ſeq. inter ſucceſſionem & hereditatem. Nam illud generalius nomen omnia ea quæ defuncti ſiue authoris erant complectitur. l. qui in alterius.43.de reg.iur.l.mortuo.de fideiuſſ. hæc verò tantum in ius vniuerſum quod defunctus habuit.d.l.nihil aliud eſt.23.de ver.ſi. Vnde heredes iuris ſucceſſores dicũtur.l.quoties. §. heredes.de hered.inſt.§.legatariis.Inſt.de teſtam. ord. Tametſi appellatio ſucceſſoris intelligitur ſemper de vniuerſali, non de particulari ſucceſſore.l.quidam.§. nihil intereſt.de edendo.Bald. in l.emptorem.C.locati.Quod quidem per am-

pliationes & reſtrictiones declaratur à Bernardo Dia reg.617. & Donato Fina lib.2.

CAP. II.

RES ſemper tranſit in ſucceſſorem cum ſua cauſa.] l. via. §. ſi fundus. de ſeruit. ruſt. præd. l.2. §. ſi fundus. de pig. act. l. alienatio. de contrah. empt. l. Paulus reſpondit. §. domus pignori. de pig. Etiam ſi per multas, emptorum manus deuenerit. l.1. C. ſi mancip. ita venierit.

Ratio. Nam ſucceſſionis nomen idem quod ſubſtitutionis hoc ipſum apertiſſimè demonſtrat. §. is verò. Inſt. de rer. diuiſ.

Paraphraſes regulæ multis iurib. & rationibus probatæ. Itaque quicumque alteri ſucceſſor, in omne augmentum, diminutiones, vitia, onera, cauſas, & conditiones ſuccedit. l. Pomponius. §. 1. de acq. poſſeſſ. Vitia námque poſſeſſionum à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem authoris culpa comitatur. l. vitia. C. eod. tit. l. ſi ego. §. partus. de Publicia. Cùm exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur, nocebit ignoranti heredi vitium defuncti, quando ex eadem cauſa poſſidet: datur enim acceſſio poſſeſſionis authoris non vitioſæ ſucceſſori. l. cum hæres. l. de acceſſionibus. de diuerſis & temp. præſcrip. ſiue ex contractu ſiue ex vltima voluntate aut aliàs ſucceſſor eſt. Res etiã cum ſuo onere tranſit. c. pr. cap. cùm non ſit. de decimis. l. vn. §. vbi autem. C. de cad. toll. *Sicut*, inquit Ioannes Papa in proœmio Clement. *In Apoſtolatus officio ſucceſſimus, ſic & in affectus plenitudine in his quæ compendium vniuerſi concernunt ſucceſſiſſe debemus.* Quantum ad pœnas ſiue corporales ſiue

pec

pecuniarias ſatis ſupérque prox. cap. locuti ſumus: Item de hac regula ĩ. mentionem fecimus tit. de dom. bo. acq. cap. 6.

Huic conformis eſt licet diuerſis verbis concepta, alia vulgaris regula: *Subrogatum ſapit naturam eius cui ſubrogatũ eſt*. l. ſi ex lapidicinis. de iure dot. l. ſi ipſa. de eo quod metus cauſa. l. ſi eum qui. §. iniuriam. ſi quis cautio. §. fuerat. Inſt. de act. l. proponebatur. de iudic. l. qui fundum. §. qui filios. ad legem Falcid. l. 1. §. ſed & ſi. C. de de rei vxo. act. l. eum debere. de ſeru. vrb. præd. l. generali. §. heredis inſtituti. de vſufr. legato. l. filiæ. §. fi. de cond. & dem. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. vt legat. vel fideic. nom. cauea. l. 1. §. plenius, ſi is cui teſtamento liber. l. 3. §. ſi poſteriori. de iure fiſci, qui tamen §. recipit limitationem ex l. fiſcus. illo titulo. Hinc etiam dicitur, *Quod rediturum eſt perpetuam cauſam habere videri*. l. qui tertiana. de ædil. edicto. l. quod meo. de acq. poſſeſſ. l. pen. C. de curat. furioſi. l. ſeruitutes. §. interualla. de ſeruitut. l. cum tabernam. de pignor. Nam licet in rerum natura nihil ſit perpetuum, niſi per ſubrogationem. d. l. eum debere. de ſeru. vrb. præd. tamen id perpetuum vocatur. l. foramen. illo tit. Nec dicitur perire totum cuius partes in alias viciſſitudine perpetua commutantur. l. an vſufructus. de vſufruct. Aliquando tamen quotidianum dicitur perpetuum. l. ſi ſic conſtituta. quem. ſeruit. amitt. Et perpetuum ad vitam vſque intelligitur. l. 1. pro ſocio. Qua de re vide quæ latins ſcripſi ĩ. tit. de gen. Ita & pretium loco rei ſuccedit. l. ſi & rẽ &

Subregula. Subrogatũ ſapit naturam eius cui ſubrogatum eſt.

Quod rediturũ eſt perpetuam cauſam habere videtur.

pretium.de pet.hered. l.ſi vſusfructus legatus. §.1.l.non vtitur.l.quia qui pretio.de vſufr.l.imperatores.§.fin. de legat.2. Venditor enim cum pretium habeat, ipſam rem habere videtur, maximè in vniuerſalibus. l. ſi ſeruum. l. ſi quis pecuniam.§.fin.ſi quis omiſſa cauſ.teſt.

Limitationes primariæ regulę. Quantum ad primariam regulam attinet,notanda eſt limitatio ex iis quæ ſ.diximus: puta vitium authoris non nocere ſucceſſori, ſi ex alia cauſa poſſideatur.Elegans textus in l.an vitium. de diuerſ. & temp. præſcript. Item hanc regulam multis hinc inde iuribus allegatis latiùs tractat Damaſus reg. 95. Atque ita diſtinguit: Onera rei coherentia tranſeunt, cum re ipſa.cap. 1. in fi. de teſtib.perſonalia verò, non. cap.porro.de priuil.

Limitationes ſubregulę primę. Quoad ſubregulam aliam:res ſubrogata non cadit in obligationẽ prioris, niſi expreſſe cautum ſit,aut niſi ex re prima orta ſit.l.fideiuſſor. §.fi.de pig. Quod ita intelligitur quando ſimul extant res ſubrogata & primaria, veluti quando duæ ſunt æquæ principales obligationes nõ ſimul debentur, vt dicam j. tit. de princip.& acceſſ.cap.1.Item alios caſus fallentiæ tradunt Socynus reg. 475. & Donatus Fina lib. 5. Item Baldus diſtinguit ex l. venditor. de her.vel act. vend. vt in venditione hereditatis aut alterius vniuerſitatis pretium ſuccedat loco rei: ſed in venditione rei ſingularis ſecus,niſi quis conſtitutus ſit in mora.Poſtremò ſciendum eſt aliquando ſuppoſitionem eſſe neceſſariam.l.atqui natura.§.cum me abſente.de neg.geſt.

In

In Tit. De Conuentione, & Diſtractu.

ΠΡΟΛΕΓΟ΄ΜΕΝΑ.

SVcceſſio fit tam per vltimas voluntates, & ab inteſtato, quàm in contractibus inter viuos, ſed illud quidem magis propriè, vt ſuprà notaui in tit. prox. cap. 1. Idcircò bene hic titulus præcedenti ſubiungitur. Alia item eſt ratio: quòd ſæpiſſimè in iure argumentatio procedat de ſucceſſione quæ fit in vltima voluntate ad contractus & conuentiones, & ècontrà l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum. l. quæ de legato. De legat. pr. l. pactum inter heredem. De pactis. l. ſi ex legati cauſa. De verbor. oblig. Licet multi caſus occurrant, in quibus diuersè iudicandum eſt. l. verba contraxerunt. 20. De verb. ſig. Iaſon in d. l. quæ de legato. 33. differẽtias inter ea conſtituit. Sed quia hæc ad materias particulares potiùs reſpiciunt, quàm ad noſtri gnoſeon generalium inſtituti rationẽ, Doctoribus exactè conficienda & enucleanda relinquimus. Conuentionis vſus ex iure gentium ad pacis & ſocietatis humanæ conſeruationem introductus eſt, ſicut multa alia quæ notantur in l. ex hoc iure. De iuſt. & iure. §. ius autẽ gentium. Inſt. de iure nat. gent. & ciuili. Quàm vtile autem & neceſſarium ſit, fidem placitis ſtare, copiosè docet author ad Herennium: dum inquit: Pacta quæ ſine legibus inter homines obſeruantur ex conuentu, &c. Atq; etiam id ampliùs probatur ĩ. hoc tit. cap. 1. Et è diuerſo, fidem

Cõtinuatio.

Argumentum ab vltimis volũtatibus ad cõtractus, & contrà.

Conuẽtionis vſus, quando & qua ratione ſit introductus.

Conuentio cõtinet con tractũ & diſtractũ.

fidem frangere conuentionis non licere, vt in dicto cap.2. Nouiſſimè ſciendum eſt conuentionis nomen generale eſſe, quod ſub ſe duas ſpecies continet, cõtractum videlicet; & diſtractum, vt in l.ex maleficiis. §.Is quoque.de actio.& oblig.l.1. §.conuentionis.de pactis.l.traditionibus.C.eodem. Accurſius in fine magnæ Gloſſæ.in l.pr.de actio.& oblig.

Differẽtia inter contractũ & diſtractũ.

Inter eas hoc eſt diſcrimen, quòd contractus ſit cõuentio ad obligandum facta, diſtractus verò ad liberandum. Quanquam hîc & multoties in iure conuentionis & contractus vocabula promiſcuè vſurpantur. Vide hac de re Duarenum doctorem noſtrum, & cæteros ſcribentes ad d.l.1.de pactis.

De Conuentione, & Diſtractu, Tit. x.

CAP. I.

Lex ſeu norma conuentionis in primis ſeruanda eſt.] l.pr.§.ſi conueniat.Depoſiti.l.1.§.fin.iũcta l.2.de aqua plu.arc. l.Ariſto.de donat.l.legem. C. de pactis. l. Labeo.de ſupel. leg.l.2.& §.generaliter. Vi bon.rap.l. 1.de conſtit.pecu.l.ſi ij contra. C.Locati.l.ſi conſtante. C.de donat.ante nupt.

Ratio.

Omnia enim hominum negotia ſunt ab initio voluntatis & ex poſtfacto neceſſitatis.vulgata l.ſicut.C.de actio.& oblig.l.ſi quis argentum.§.ſin autem. C. de donat. cap.quidam. de renũtiat.Quin etiam quos Chriſtianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſſitas in eius obſeruatione

ne conſeruet.cap.cum virum. c.cum ſimus. de reg. & tranſ.ad relig.cap.licèt. de voto & voti red. cap. quidam. de apoſtatis. de quibus vide quæ ſcripſi ſuprà in tit.de fid.piet.cap.1.

Ampliationes, & Paraphraſes regulæ multis exẽplis & iuribus confirmatæ.

Hinc eſt quod vulgò dicitur : in conuentionalibus formam contractui contrahentes dare.l.in conuentionalibus.de verb.obl. l.3.C.de ſeruit. & aqua. In contractibus quod actũ eſt, ſequimur.l.ſemper.35.de reg.iur.l.eum qui Calendis.de verb.ob.Quod ſi obſcurũ ſit,vel ambiguum,vel incertũ,ad alia recurritur,vt ĩ.exponam in præfatione.tit.de certo, claro. Item Contractus ex conuentione hominũ legẽ accipiunt.l.contractus.24.de reg.iuris. l.cõtractus. 85.eodẽ tit. in 6.cum nihil tam æquũ ſit, quàm pacta & conuenta ſeruari. l.iuriſgentiũ.§.Prætor ait. De pactis. l. cum multæ. §.ſimplices.C. de donat.ante nupt.l.fin.C.de iure dom.impet. c.1.& 3.& ferè per totum tit.de pactis.

Alioqui nulla eſſet inter homines fides aut ſecuritas,nullũ fœdus,nulla pax,nulla denique ſocietas aut amicitia, ſi impunè à conuẽtis recedere liceret.Licet ſit contra conſuetudinem regionis, dũmodò expreſſim ipſi derogetur, vt ſingulariter dicitur in l.circa, C. de locato. Item ad id compellitur etiam pupillus heres. l. pr. Cod. Quando decreto non eſt opus. Item conditiones appoſitæ in contractu ſeruandæ ſunt omnibus modis. can.Eleutherius.18.quæſtione 2. Promiſſa conſequantur, cùm ea quæ optauerint conſequantur.l.vn. C.de ſuffragio. Bona fides legẽ ſeruari vẽditionis ſeu alterius

con

conuentionis expoſcit l.1.de pactis.l. magnam. de cont.ſtip.l.venditor.Communia præd.l.3.C. de act.& oblig.l.certo.§.1.de ſeruit. ruſt. præ.l. Lucius.depoſiti. l. ſi quis alicui.§.qui ſuſcepit. mandati.Nam conſenſus facit contractum.l.ſi ſtipuler.§. vlt.de verb. oblig. vt ĵ. proximo tit. demonſtrabitur. Cæterùm omnia ſimilia iura eò tendentia adducere nihil aliud eſſet, quàm tempus & chartam terere: quandoquidem in toto paſſim corpore iuris ciuilis & canonici de eo mentio fiat. Sed & omnis ratio tam ciuilis quàm naturalis illud planè conuincit, authore Ariſtotele in fiñe lib.1. Rhetor. Cicero libro 2. de inuentione Rhetorica: *Pactum*, inquit, *eſt quod inter aliquos cõuenit, quod ita iuſtum putatur, vt iure præſtare dicatur.* Quapropter quid actum ſit inter contrahentes maximè inſpicitur, vt aliis multis iuribus probat Azo Rub.12. Imò de vtriuſque partis conſenſu aliquid de iure relaxatur. l. ſi non ſpeciali.de teſta. Auth. generaliter.C.de epiſc.& cleric.Quod quidem amplius cum multis iuribus declarat idem Azo Rub.13.

Exceptiones, & intellectus. Verùm enimuerò ne vel ex leuibus cauſis ſtatim obligarẽtur homines introductum eſt, vt omnes conuentiones ſtipulatione aut alio iuris vinculo firmarentur: ad hoc videlicet vt actionem viciſſim & exceptionem pariant. Et quæ ſimpliciter ſine tali vinculo acta ſunt, ſeruari quidem lex iubet non imperat, & prodeſſe vult ad exceptionem: ſed robur ſuum, id eſt, actionem illis non adiungit. l. iuriſgentium.§.

ſed

ſed cum nulla. &, ibi latè tractant Doctores, præcipuè Duarenus noſter, in tit. de pactis. Itē tolerabilius eſt promiſſum non facere, quàm quod ſit turpe facere, vt elegāter exemplis demonſtratur in can. vnuſquiſque. 22. qu. 4. Vnde alia exceptio deſumitur: Conuentiones ſeu pacta quæ cōtra ius aut cōtra bonos mores ſunt, nullius eſſe momenti. d. l. iuriſgentium. §. prætor. & l. pacta quæ contra. Cod. de pactis. Quod quidem fuſiùs explicaui in tit. de iure naturali & poſitiuo. cap. 3.

CAP. II.

Fidem promiſſam frangere nefas eſt.] l. pr. de conſt. pecu.

Ratio.

Pernicioſum enim eſt, inquit Cicero pro Roſcio Comœdo, *fidem frangere, quæ vitam cōtinet*, vt ſupra prox. cap.

Paraphraſes regulæ multis rationib. & authoritatib. ſuffultæ.

Vnde Stoici ex eo fidem dictam putarunt, authore Gellio lib. 2. cap. 1. quod fieri oporteat, quod inter paciſcentes actum eſt: Atque fidem etiam hoſti ſeruandam, quæ neque vi, neque metu, aut alio iniuſto modo extorta ſit: docet ampliſſimè Cicero exemplo Attilij Reguli lib. 3. Offic. Gellius lib. 7. ca. 10. l. fin. de legatio. can. videtur. 35. quæſt. 6. & can. merito. 17. quæſt. pr. can. noli. 23. quæſt. 1. Qua de re ampliùs agit doctor noſter Duarenus ad legem pr. de pactis. Si autem hoſti contra quem bellum geritur ſeruanda ſit, quanto magis amico pro quo pugnatur? dicto cap. noli. Imò & inutile vocatur fidem frangere, id eſt, contra vtilitatem publicam. l. 1. §. merito depoſiti. Ariſtot. in Problem.

ect. 17. Et in pupillo fidem adimplere oportet, cum ſine eius damno ſit futurum.l.is qui. §.nihil.de manumiſſ. Contractus qui ex bona fide oritur,ad perfidiam retrahi nõ debet.l.ſi quis. C.Depoſiti.Nec aliquid penes eum reſidere oportet ex re in qua fidem fefellerit. l. lege fundo.de lege commiſſo.Porrò de fide plurima tractauimus ſub tit.de fide,&c. ca.2.Sed ibi de fide erga Deum potius loquimur quæ pietati annexa eſt,hic autem de fide erga homines.Fides præſtita eandem vim habet, quam iuſiurãdum inter bonos ſcilicet & graues. c.ad aures. de eo quod met.cauſa.c.peruenit.de fideiuſſ.

Limitationes. At verò ſi ad peccatum admittendum fides habeatur non eſt propriè fides, ſed non debet deſeri fides vllatenus,niſi ideò vt ad veram legitimámque fidem redeatur, vt pulchrè exemplis oſtẽdit Auguſtinus in can. ſi ad peccatum. 22.quæſt.4.Vnde in malis promiſſis ſeruandam non eſſe fidem Iſidorus teſtatur: nam impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur. can. in malis.eadem quæſt. cap. in malis.69. & ibi doctè ſcribit Dynus de reg.iuris in 6. etiamſi iureiurando firmata ſit.l.generaliter.l.veluti.l.ſtipulatio.l.ſi plagij.de verb. obl.l.ſi à reo.§.id quod. de fideiuſſor.Qui de contrahendo matrimonio purè & ſine omni conditione fidem dederunt, commouendi ſunt, vt fidem præſtitam obſeruent: Si ſe ad inuicem admittere noluerint,ne fortè deterius inde cõtingat, vt talem ſcilicet ducat, quam odio habet, videtur quod hoc poſſit in patientia tolerari,ad inſtar eorum qui

ſoc

ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt,& poſteà eandem ſibi remittunt. cap.2. de ſponſ. & matrim.

Regularum generalium Iuris,

LIBER SEPTIMVS.

In Tit. De Conſenſu, Permiſſione, & Errore.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

SVperiore li. de terminis nomicis ſeu lega Cõtinuatio.
lib. agitatũ eſt. Nũc de qualitate & conditione ipſorũ, quàm breui fieri poſſit cõpendio tractabimus. Sed quia in omnib. contractib. aliiſq; actibus humanis præcipua pars eſt conſenſus (nam ſine ipſo nullus eſt contractus, vt notatur in l. Si ſtipuler. §. vlt. de verb. oblig.) ideò de conſenſu Subtilis intellectus.
primo loco dicendum nobis erit. Tametſi ſpeciales enumerantur contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, non quòd in aliis cõſenſus non requiratur, ſed quòd in illis neq; ſcriptura, nec præſentia, nec aliquid dare aut facere opus eſt, vt exinde ſubſtãtiam capiant, ſolus autem conſenſus ſufficiat, vt eleganter docet Iuſtinianus Imperator in §. vn. Inſtit. de obligat. ex conſenſu poſt Caium Iuriſconſ. in l. 2. de actionib. & obligat. Porrò conſentienti directò opponitur coactus ſeu inuitus, quia vterq; ex voluntate dependet: ille quidem libera, hic verò Conſentiẽs opponitur coacto.

coacta

coacta. Coactio ſiue compulſus non ſolùm per vim aut metum, de quibus ſuprà ſuo titulo diximus, verum & aliis quoque modis fieri poteſt: atque in iure potiſſimùm ab omnibus operibus humanis reiicitur, quoniam liberum ſemper cuique debet conſeruari ſuæ rei arbitrium & voluntas, vt ſuprà expoſui tit. de diſpoſit. cap. 1. Conſenſus autem fit aut voluntate expreſſa, quæ vim diſpoſitionis obtinet, de qua etiam mentio facta eſt ſuo titulo, aut tacita, quæ vocatur permiſſio, cui contraria eſt prohibitio, vt infra hoc tit. cap. 3. Verùm enimuerò licet plus valeat ſanctio quàm permiſſio, vt ait author ad Herennium ſæpe in iure volũtas permiſſiua pro diſpoſitiua habetur vulgata l. conficiuntur. de iure codicillorum, vt infrà latiùs oſtendemus. Conſequenter de errore nonnulla ſubiicientur, quia nihil tam cõtrarium eſt conſenſui quàm error. l. ſi per errorem. de iur. om. iud. Error autem multifariam conſideratur ſecundùm varia ſubiecta, ſed præcipuè in errorem iuris & facti diuiditur, ſicut & ignorantia, vt ſuprà ſuo titulo expoſuimus. In eo certè differunt, quod ignorantia ſit quædam priuatio ſcientiæ ac veritatis: at error falſa & adumbrata veritatis imago, quod indicat Cicero de legibus: Opinionibus vulgi *inquit*, rapimur in errorem. *Item in oratione pro Cecinna*: Nonnunquam honeſto & probabili nomine bono viro iudici error obiici ſolet.

Conſenſus quomodo fiat. *Permiſſio.* *Error multifariam conſideratur.* *Error & ignorantia differunt.*

De Conſenſu, Permiſſione, & Errore, Tit. j.

CAP

CAP. I.

Onſentientibus fraus non fit, neque iniuria.] l.quod quis. 204. de reg. iur. c.damnum.c.ſciẽti.27.eo.tit.in 6.l.1.§. vſq; adeò. de iniur.l.1.§.ſi intelligatur.l.ſi tamen.§.ei qui. de ædil. ed. l.cum donationis.C.de tranſa.l.generaliter.ver.quis enim.C.de iureiur.l.ſi ab arbitro. Qui ſat.cog. l.pr.l.ſi feriatis.de feriis.l.3. de fide inſtru.l.quod autem.§.hoc edictũ. Quæ in fraudem cred.l.venditor. C.de reſcin.vend. cap.veniens.de filiis presbyt. l. non videtur. Si quid in fraud.patron.

Ratio eſt:nam conſenſus contractum facit, vt ſupra in præfatione huius tituli tetigi, nec abſque conſenſu vllus vnquam cõtractus perficitur,cap.tua nos.de ſponſ.& mat.Et ſibi imputare debet, qui taliter in ſuum præiudicium contraxit.l.1.in fin.de actio.empt.l.multum intereſt.C.Si quis alteri vel ſibi.l.fin. C. de ſponſal.quod latiùs expoſui ſuprà ti.de ſuo & alien. cap.4.Conſenſus autem voluntatem atq; ſciẽtiam præceſſiſſe denotat, de quibus ſuprà ſuo titulo mentio facta eſt:nam ſine ipſis non eſſet conſenſus. *Ratio.*

Ergo nullam poteſt videri iniuriam accipere qui ſemel voluit.l.in diem.de aqua pluu.arc. Senatus pro non ſcripto non facit, quod cõtra ipſum eſt,qui fecit: veluti ſi quis propria manu ſe exheredem ſcripſerit.l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.de bon.poſſ.contra tabul.Soluens etiam ſcienter,quod per legem Falcidiam poterat retinere, non repetit.l.pr. l.error.& Auth. *Paraphraſes regulæ exẽplis & iuribus illuſtratæ.*

Ee ſed

ſed cum teſtator. C. Ad legem Falcid. qua de re ſuprà tractaui in tit. de ſcientia & ignor. cap. 3. Vbi eſt mutuus partium cõſenſus, iudex debet conformem ſententiam proferre. l. ſi conuenerit. l. acta. de re iud. Cui adſtipulatur, quod de confeſſis dicitur.

In confitentem nulla ſunt partes iudicis niſi in condemnando. l. 2. de confeſſis. Qui aliquam habet cognitionem, eius iuriſdictio poteſt à conſentientibus prorogari, tenétque iudicatum. l. 1. C. de iuriſd. omn. iud. vbi ſunt multæ diſtinctiones traditæ à Doctoribus in l. ſi quis in cõſcribendo. C. de epiſc. & cler. quas, quia ſpecialem materiam continent, hîc lubens prætermitto. Per mutuum conſenſum eligentium & electi, quaſi coniugale vinculum ſpiritualiter eſt contractum. cap. cum inter canonicos. de electio. Cõſenſus expreſſus in actu extraneo donationem inducit, vulgata l. Campanus. de op. lib. l. cenſualis. C. de donat. cum ſimilibus. Vnde qui ſciens peculium manumiſſo conceſſit, donare potiùs quàm indebitum ſoluere intelligitur. l. qui fundum. §. ſeruus meus. Pro emptore. Qui ſciẽter recipit procurationis inſtrumentum nulla facta proteſtatione, poſteà recuſare defenſionem conſtituentis non poteſt. cap. 1. de procurat. in Clement. Volentibus demum & conſentientibus præiudicium adfertur, non etiam inuitis. l. fin. verſ. ſin autem. C. de teſta. manu. l. 2. C. Si aliena res pign. data ſit. Scienti & decepto non ſuccurritur, quia videtur ſeipſum decepiſſe. l. 1. §. vlt. Quod falſo tut.

auth

auth.l.imò eum.de lib.cauſa. Qui conſentit alienationi,alienare intelligitur. l.ſi ad reſoluendam. C. de præd.& aliis reb.mi.cap.paſtoralis. de donat. Qui ad fideicommiſſi petitionem aſpirare poſſunt, ſi alienationi factæ conſenſerunt,eam nuſquam reuocare poſſunt. l.quoties in 2.C. de fideic. Parentes palàm permittentes aut conſentientes filios monaſticum habitum & tonſuram accipere, pro volentibus habentur.can.ſi in qualibet.20.quæſt.2.

Hinc dependent aliæ ſubregulæ: *Renuntiare poteſt quis iuri ſuo vel pro ſe introducto.* ll. ſi quis in conſcribendo.C.de epiſc.& cler.& C.de pactis.l.pactum.& ibi Gloſſ.D.illo tit.l.quæritur. §.ſi venditor.de ædil.edicto.cap.ad Apoſtolicã. de regul. Quod ſuprà latiùs expoſui tit. de reuoca.renun.cap.2.

Subregulæ. Renuntiare quis poteſt iuri ſuo & conſenſus operatur renuntiationem.

Item alia eſt ſubregula: *Agentes & conſentientes par pœna comprehendit.*can.omnes.17.qu. 4.c.non oportet.30.quæſt.3.ca.nuper.de ſen.excom.cap.1.de off.& pot. iud.del. Non enim ſolùm qui malè agunt,ſed & qui facientibus cõſentiunt, participes illius peccati, & rei iudicantur. cap.notum.2.quæſt. 1.cap.qui conſentit.11. quæſt. 3. cap.viduas. in fine. 27.quæſt.pr. cap. non ſolùm. 28.quæſtione pr. Qui ſcit aliquem falſum iurare & tacet, peccat, quod tamen indiſtinctè accipiendum non eſt, vt in cap.hoc videtur.22.quæſtione 5.Qua de re ampliùs infrà tractabimus hoc titulo, quando de permiſſo & prohibito agemus. Multæ ſunt etiam aliæ ſubregulæ de conſenſu,quas enarrat

& explicat copioſè Donatus Fina lib.1. & Mecæus reg.5.

Intellectus & diſtinctiones regulæ.

Verùm proculdubiò qui ſcit,& non contradicit fauore libertatis pro conſentiente habetur l.1.& 2.C.de remiſſ.pign.§.ſi verò Auth. de nupt.coll.4.§.illud Auth. de æqual. dot. coll.7. quod etiam multis aliis iuribus probatur per Azonem in Rub.104. Item quando requiritur plurium conſenſus, ſemper ſimul & vna præſtari debet. l.ſi autem plures. & ibi notatur.de aqua plu.arc.Item ſcienti & volenti dolus non infertur, vt ex eo ſcilicet agi poſſit cum effectu,tamen infertur adeò vt naſcatur actio elidenda per exceptionem.l.inter omnes.§.vlt.de furtis,vt diſtinguitur multis hinc inde allegatis iuribus ab Azone Rub.5.Item quod dicitur pari pœna facientes & conſentientes plecti, intelligitur præcipuè quoad Theologos: nam in noſtra Iuriſprudentia id non generaliter, & indiſtinctè accipitur. Itaque hanc regulã multis hinc inde iuribus allegatis explicat Damaſus reg.121.atque ita diſtinguit de triplici conſenſu: Aut enim eſt conſenſus cooperationis, aut negligentiæ, aut authoritatis & his tribus caſibus ſimiliter punitur. can.quidquid 1.qu.1. can. qui aliorum.24. quæſt.3. Extra autem hos caſus non æquè punitur. Item notandum eſt conniuentem & diſſimulantem nonnunquam pro conſentiente haberi.l.2.C.de bo.liber.

CAP. II.

NEmo aliquid agere aut pati abſque conſenſu recto cogendus eſt.] l. id quod.11.

l.in

l.inuitus.198.in prin.& §.vlt.l.nemo.104.de regulis iuris.l.qui neque.48.de verbor.ſignific.l.plerique.l.ſed & ſi.de in ius vocan. l. filiusfam. §.ipſe quoque.l.ſi reus.de procurat.l.venditor. §.1.Commun.præd.l.actione.§.ſocietas.Pro ſocio.l.non debere. Ad municip. l.quãuis.de pig. act.l.vlt.C.Commu.diuid.l.in rem.§.1.l.pen.de compenſa.l.cum filiusfam. de mil. teſt. §.ſed ſi quis Inſtit.de adopt.l.dudum.C.de cont.empt. l.falſo.C.de commun.rer.alienan.Ita enim iura fauere voluerunt,libertati voluntatis quam Deus ab initio mundi hominibus conceſſit, vt non ex qualibet cauſa inuitus aut coactus aliquis dici poſſit:De qua libertate ſuprà diſſerui in tit.de voluntate & verb. & tit. de conuent. Coactiones quippe difficiles exitus ſolent habere.cap.requiſiuit. de ſponſal. Huc pertinet etiam quod ſuprà notatum eſt : Contractus omnes ſunt ab initio voluntatis,& ex poſtfacto neceſſitatis.l.ſicut. C.de actio.& ob.l.inuitum. l.in vendentis.C.de contra.emp. l.fin.Cod.Ad Velleia.l.velles. C.de reuoc.don. Quapropter nec emere , nec vendere aliquis cogitur. l. nec emere. C. de iure delib. licet quanto ſit factus locupletior id præſtet.l.3. §.ſed ſi mutua. de in rem verſo.l.non enim rerum amor. *Ratio.* *Expoſitio primi membri.*

Nec item creditor aliud pro alio accipere.l. 2.in princip.Si certum pet.§.fin.Inſtit. Quibus modis ius pat.pot.ſol.l.ſi non ſortem. §.ſi centum. de cond. ind.l. quamuis conuenerit. de pign.act. Gallus Aquilius putat non poſſe. ita ſeruitutem imponi,vt quis facere cogatur, ſed *Paraphraſes regulæ multis exẽplis & iuribus confirmatæ.*

ne facere prohibeat poſſe. l.& ſi fortè.§.etiam. Si ſer.vindic. vbi Labeo rectè iſtud dictum interpretatur. Nemo cogitur ſe adſtringere oneribus hereditariis propter legatum. l. non eſt cogendus. Ad Trebell. Nec ad conducendum vectigal.l.locatio. §. pr.de publ. & vectig.Nec reus poteſt compellere creditorem vt agat. l. vlt.C.de vſu pup.Nemo inuitus curatorem accipit.§.pr.Inſt.de curator. Nec tutor curam. §. qui tutelam. Inſtit. de excu.tutor.§. pr. Inſtit. de fid.hær.Nec item arbitrium ſuſcipit. l.3.§.1. l.ſi cum dies.§.ſi quis.de recep. arb.inuitis nobis res noſtras alius retinere non debet. l. ſi filiofam.§.1.Soluto matrimonio. Si ad acclamationem populi cōtra voluntatem noſtram manumiſſus quis ſit,non erit liber:quia nemo cogitur manumittere ſeruum.l.ſi priuatus. Qui & à quibus manu. l. poſt legatum.§. ſi pater.de his quibus vt indig.Nec etiam inuitus agit vel accuſat.l.vn.C. Vt nemo inuitus agere. Nec filiusfam.à patre, aut quilibet extraneus poteſt cogi vxorem ducere.l.nec filium. l.neque ab initio.C.de nupt.quia inuitæ nuptiæ ſolent malos prouentus habere. can. 1. & per totam. 31. quæſt.2.quod tamen ibi diſtinguitur.nec cogitur mater aliquid inuita facere, ſed duntaxat optare.l.2.C.quando mulier tut.off. Nec recōducere.l.inuitos.C.de locato. Nec in litem iurare.l.2.C.de in litem iur. Nec appellationem proſequi tenetur inuitus. cap. non iniuſtè. de procurat. Pupillus quoque non compellitur agere tutelæ actione : ſed tutori, vt impediatur

futura

futura calumnia, vel curſus vſurarum adire iudicem, & de ſuo facto docere licet, ſicut vtiliter docet l.fin.C.de vſur. pup. Inuito debitore non fit delegatio, quia per ſtipulationem concipitur. l. nec creditoris. C. de nouat. Inuitus nó cogitur filius ad alienam tranſire familiam per adoptionem, ſed contradicendi ius habet. l.fin.C.de adop. Nec inuitus nec ignorans rectè donat.l.nec ignorans. C. de donat. Chriſti fidem habere non creditur qui ad Chriſtianorum baptiſmum non ſpontaneus, ſed inuitus cogitur peruenire. cap. ſicut Iudæi. de Iudæis, & Sarrac.Ideóque Iudæi non ſunt cogendi ad fidem:quam tamen ſi inuitè ſuſceperint,ratione communionis eccleſiæ cogendi erunt retinere.can.licet plerumque. can. de Iudæis.diſt. 45.Nullus detur inuitis epiſcopus, ne plebs inuita non optatum aut contemnat, aut odiat. can.fin.diſt.63.Nemo creſcat,aut ad ordines ſacros promoueatur inuitus: nam inuitos ordinari eccleſiaſtica moderatio grauitáſque non patitur.can.geſta.ca.fin.& ferè per totam diſt. 74.Ratio & vſus obtinet neminé,qui non vult contra vtilitatem cogi de proprio facere beneficium. can. precariæ. 10.qu.2. Inutile quoque eſt,vt coacta ſeruitia domino Deo præſtétur.ca. illud autem. 20. quæſt. 1. Nullus abſque ſpontanea voluntate fiat regularis ſiue clericus.cap.pr.de regular. & tranſ.ad rel. Inciuiles ſunt pœnæ iubere inuitum facere quod non poteſt,niſi ita ſe obligauerit.l.moris.verſ.ſunt autem.de pœnis.

Notabilis diſtinctio.

Secundi mẽbri explicatio.

Quoad ſecundum membrum regulæ : nemo cogitur etiam inuitus pati, veluti beneficium accipere.l.inuito. 70. de regulis iuris. Nemini inuito bonorum poſſeſſio acquiritur.l. 3. §.bonorum.de bon.poſſ. Nec poteſt liberalitas nolenti acquiri.l.hoc iure.§.non poteſt.de donat. Nec inuitus auditori libenter narratur. can.ex merito.7.quæſt.1.

Exceptiones.

Hæc tamen regula propè innumeras patitur exceptiones & diſtinctiones. Fallit primùm in caſu l. Paulus. de ſolut. §. ſed & maior. Inſt.de his qui ſunt ſui.l.item ſi verberatum.§.1.de rei vindic.

Item propter ætatis defectum etiam inuito beneficium datur.l.non tamen. de appellat. Item ſolutio poteſt fieri inuito & ignorante domino:quin etiam debitorem præſentem & cõtradicẽtem liberare poſſum, cùm fiat per me melior eius conditio per liberationem, non deterior.l.ſolutionem.l.ſoluere.l.ſi debitor.de ſolut.§.1.Inſt.Quib.mod.toll.oblig.§. igitur. Inſt. de obli. quæ ex quaſi contra. Facit l. ſoluendo. de neg.geſt.§.1.inſt.de auth.tut.Item iudicium in inuitum datur.l. inter ſtipulantem. §.1. de verb.oblig. Nam poſtquàm conſenſerunt partes in iudicio,quaſi cõtrahi videtur. l.3.§.idem ſcribit.de peculio.l.non cogendum.de procur.

Iſtud autem ſic aptè intelligitur, vt ab initio nemo cogatur iudiciũ ſuſcipere.l. ſi ſeruus. l.electio.l.neq; heredi.de noxa.act. cap.Romana.§.contrahentes. de foro compet. l. ſi pignori.fam.herciſ.l.ſi reus.de procur.l.quod dicitur

de

de ſolu.Sed poſteaquàm acceptum eſt redditur in inuitum, vt in iuribus præallegatis niſi videlicet ſit paratus ſoluere, quia non amplius per iudicem conſequitur. l.ex iudicatum ſolui. iudic. ſolui. Huic quoque conſimilis eſt illa diſtinctio, quàm s̃.hoc capite attigimus: Omnes contractus ſunt ab initio volũtatis & ex poſtfacto neceſſitatis: nam poſtquam ſemel ritè aliquid conuentum eſt, quilibet contrahentium illud adimplere tenetur. Fallit item regula, in vſucapione, adminiſtratione bonorum pupilli, adulti, furioſi, prodigi, & ſimilium, quæ etiam inuitis ipſis datur. l.1.de minor.

Item fallit in ſpecie d.l.ſi non ſortem.§.ſi cẽtum.de cond. indeb.§.vl.Inſt.de donat.§.cogis. Auth.de mand.prin.coll.3.l.cotem ferro.§.fi.de pub.& vect.

Item inuitus cogitur accipere pretium rei deperditæ.can.comperimus.14.q.6. Item cogitur adire hereditatem.l.cogi. ad Trebell.gloſſa in d.l.3.§.bonorum. de bo.poſſ.Item aliquando inuito accreſcit portio coheredis. l. ſi quis heres.l.qui ex duabus.§.fi.de adq.hered.Quia ſcilicet ius hoc rei coheret. l.teſtamẽto. C.de impuber. & ne pro parte quis decedat teſtatus & pro parte inteſtatus. Diuerſum eſt in legatis.l. vn.§.his ita definitis.& §.vbi autem. C.de cad. toll. Item inuitis nobis per ſeruos acquiritur.l. etiam.de acq.rer. dom. ſed nõ retinet dominus inuitus.l.ſeruus & ibi gloſſ.de verb.obli. Item inuito beneficium confertur fauore libertatis. l.3. de lib. cauſa. Item nemo inuitus curator fit

bon

bonorum, niſi ex magna neceſſitate, & imperatoris arbitrio. l. 2. circa fin. de curat. bon. dando. Item nemo cogitur ad agendum: Cogi tamen poteſt, vt actiones ſuas cedat. Notabilis textus in l. 2. §. idem Labeo ſcribit. Ne quid in loco publico. Facit l. ſi abſentis. C. ſi certum pet. Item iudex inuitus eſſe compellitur ſine excuſatione. l. Prætor. de vaca. & excuſ. mun. Item poſtquàm opus promiſit, honores ſubire cogitur, quia ſunt acceſſiones operis. l. in priuatis. de pollicit. Item cogitur pater officio iudicis dotare filiam eámque matrimonio collocare conuocatis parentib. ſi filia ſit ætatis competentis. l. qui liberos. de ritu nup. l. vlt. C. de dot. prom. Item cogitur filio agẽti in rebus propriis conſentire, ne iudicium videatur ſine patris volũtate conſiſtere. Notabilis textus in l. fi. in fi. pr. C. de bon. quæ lib. Item inuitus ſocius cogitur patrem ſerui alteri ſocio vendere, vt eũm manumittat, vt eleganter cum authorum allegationibus deciditur in l. 1. C. de ſeruo commun. manu. Item non quidquid ab inuito aufertur, id iniurioſè fit: cum iure permittente id fiat, vt exemplis demonſtrat Auguſtinus in can. fin. 14. qu. 5. Item nemo poteſt eſſe bonus inuitus, ſed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animoſitatem, vel ignoratam compellitur cognoſcere veritatem: vt timens vel reſpuat falſum de quo contendebat, vel quęrat verum quod nolebat & volẽs iam teneat quod nolebat. Pulcher textus in can. vides. 23. q. 6. Itẽ magna eſt differentia inter eum qui aliquid facit

Intellectus & diſtinctiones.

cit inuitus, & illum qui non contradicit: nam ille conditionaliter vult: hîc verò abſolutè ſicut exemplum aptum de baptiſmo traditur in cap.maiores §.fin.de baptiſ. Item quod dictum eſt,neminem cogi agere vel accuſare,interpretatur,vt non præcisè quidem compellatur: tenetur tamen aliquando quia nō agit vel ad intereſſe vel amittit,vt cum multis iuribus & diſtinctionibus oſtendit Azo rubr.15. Item cogitur quis facere quod mihi prodeſt, & ipſi non nocet,non autem ſi lucrari volo.l.in creditore. de euict.gloſſa & Doctores in l. 2. ſol.mat.& l. fin.de vſu & hab.hoc ipſum declarat cum ampliationibus & fallentiis Socynus in reg. 285. Item ratione affectionis admittitur quis etiam pro inuito agere,appellare vel defendere.l.1.de lib.cauſa.l.non tantùm.in fi.de appellat.Quia ſi nihil intereſſet, ſecus. l.1.de appel.recip.vt docet Azo in rubr.68. Item nemo obligatur inuitus.l.ſi quis.de peculio.& vulgata l.ſicut,id eſt, non obligat nec obligatur directo, ſed per obliquum alia perſona mediante, vt idem Azo multis exemplis declarat Rubr.67. Item quod dictum eſt neminem cogi vendere rem ſuam latiſſimè declaratur per ampliationes & fallentias à Socyno regula 530. Item quando quis teſtimonium perhibere compellitur,& quando non, tractatur copiosè ab eodem Socyno reg. 509. Donato Fina lib.3.& à Damaſo reg.45. vbi hanc notabilem diſtinctionem ponit: Si per alios veritas poſſit aperiri,maximè clericus non cogitur teſtimonium ferre: Secus autē,omnes

cog

coguntur.l.1.de teſtib.ca.1.2.& fi.de teſtib.cog. Item quando quis inuitus teneatur & quando non, fuſius declaratur cum multorum allegatione iurium hinc inde ab Azone in rub.73.97. 68.& 104.& à Fina reg.171.

Subregula Qui poteſt inuito, poteſt ignorãte & abſente facere.

Huc pertinet ſubregula: *Qui poteſt inuito facere, poteſt etiam ignorante & abſente.* l.4.in pr. de fide.lib. Probatur expreſſe per textum à me ſingulariter notatum in cap.dudum.de prę̨b.& dig. in 6. Decretum generale afficit ſicut inuitos, ita etiam ignorantes. cap.quodam.eod.tit. & cap.1. de conceſſ. præb. in 6. Quod de iis intelligitur, quæ vim ſuam habent, cùm ad illos quibus conceduntur perueniunt, ex quorum tenore liquido noſci poſſit, quod talis circa ea fuerit intentio concedentis: Diuerſum eſt ſi ex acceptatione aut notificatione dependeant, vt ibidem dicitur in §.ex parte.

Primi mẽbri expoſitio.

CAP. III.

QVod non prohibetur, permitti videtur, ſicut è conuerſo quod non permittitur in quibuſdam, vel cui conſenſus non pręſtatur prohiberi.] Hæc quidem gnoſis duo mẽbra continet. Quorum prius probatur.l.præcipimus in fi.C.de appell.l.necnon. ex quib. cau. maiores.c.1.de procur.in 6.l.1. quod iuſſu.l.Imperialis. §. imò etiam. C.de nuptiis.l.vnic.§.ille etiam.C.de Latina lib.toll.

Ratio.

Hæc enim omnia ſunt relatiua ad inuicem ſiue ἀντιςρέφονθα, quorum vno poſito, vti iam ſæpe diximus in ſuo ti.ſequitur alterius excluſio.vulgata l.cum Prætor.de iudic.

Igit

Igitur quod non mutatur, cur ſtare non permittitur? l. ſancimus. C. de teſta. l. 1. de teſtib. l. ab ea. de probat. Notat. gloſſ. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. Omnia de iure licent niſi probetur non licere. d. l. necnon. & l. 3. de teſtib. l. ſi conuenerit. in pr. de pign. act. l. ex teſtamento. C. de teſtam. milit. Qui libertum iurare patitur permittere videtur. l. adigere de iure patron. Et qui patitur alium pro ſe fideiubere, mandaſſe creditur. l. ſi fideiuſſor. C. mādati. Qui patitur ſe obligari, cum recuſare poſſit donaſſe videtur. l. Campanus. de oper. lib. Et ſi te meo nomine agentem cum poſſim non prohibuero mandaſſe videor. §. 1. Auth. de non alien. aut permut. coll. 2. Mulier quæ permittit manumittere, donare videtur. l. quod ſi vir. & l. ſeq. ſol. matr. & qui non contradixit permiſiſſe. l. ſi vt proponis. C. de nup. Scienter ſolutum donatum videtur. l. in ſumma. de condict. inde. l. debet. de ædil. edict. de quo leuiter diximus ſ. tit. de humil. & pat. cap. 5. Cur prohibeatur, quod prohibendum nunquam ſacra ſcriptura declarat? can. lex diuinę. 27. q. 2. Si nihil impium & legibus contrarium eſſe oſtenditur, quare tales nuptias inhibendas eſſe cenſemus? can. ſi quis ancillam. 29. qu. 2. cap. cum apud ſedem. de ſponſ. & mat. Quia conditor canonis talem abſolutionem ſibi ſpecialiter nō retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi. cap. nuper. de ſent. excom. Qui non prohibetur exercere procurationis inſtrumentum, idoneus debet reputari. cap. 1. de procur. in 6. Error ſiue

Paraphr. reg. variis iur. & exēplis illuſtratæ.

delictum cui non reſiſtitur, approbari videtur. cap.vn.ne ſede vacante.in extrau.

Probatio regulæ per antitheta.

Hæc regula ponitur negatiuè. Cæterùm ſi ad affirmatiuam reſpiciamus,à contrario ſenſu rectè procedit. Nam prohibitum generaliter, omnibus cenſetur prohibitum. can. iam nunc illud.28.q.1.

Quod maximè locum habet,quando lex procedit annullando actum: quia tunc ipſo iure nullus eſt, vt alias notaui in tit.de confirm. ca. 5.ex l. 2.C.de ſent.ex breui. recit. Tametſi matrimonium (in ſui fauorem) contra interdictum eccleſiæ teneat,pœnitentia iniuncta.cap.1.&2. de matri.contract.contra interd.eccl. Non ſolum id in iudicium venit, de quo actum eſt, vt veniret,ſed id propriè non venit,de quo nominatim actum eſt, ne veniret. Elegans textus in cap.cum eccleſia Sutrina.de cauſ.poſſ. & prop. Item cum aliquid prohibetur, id intelligitur prohibitum per quod peruenitur ad illud. l. oratio. de ſponſ. l.2.§.ſi quis poſt.de iud.l.eos.in fine.C.de vſuris.l.vlt.C.Si mancip.ita fuerit alie.l.quamuis.§.ſi cum.Ad Velleian. Quod & ipſum latiùs declarat cum authoritatibus & diſtinctionibus Azo rub.58.Melius tamen pertinet ad ti.de anteced.& conſeq.vbi de hoc tractaui.ca.2.Vide Soc.in reg.397.Quod autem de vno negatur,de alio non negato conceditur. l. mutus.§.1.de proc.cap.nonne.de præſump.ca.1. de iura. cal. Facto quoque illicito reprobato, quod licitum eſt approbemus. cap. dilectus. de præb.& dig. Prohibitum ad tempus,poſt tẽpus

vid

videtur eſſe permiſſum.l.Imperator.de poſtul.

Quantum ad ſecundum membrum regulæ, illa rarò quidem ſic negatiuè procedit. Valet tamẽ aliquando, vt quando aliquid conceſſum non eſt quod ſpeciali indiget conceſſione vel conſenſu, intelligatur prohibitum. l.qui vas.§. vetare.de furt. *Declaratio ſecundi mẽbri.*

Reuera autem plus eſt expreſsè contradicere, quàm minimè conſentire, vt elegãter declaratur in cap.maiores. §. vlt.de baptiſmo. Quin etiam qui non conſentit nec contradicit expreſſim, conſentire videtur quoad eius ſcilicet commodum ſpectat, vt multis hinc inde iurib. allegatis & diſtinctionibus probat Azo rub.57. atque de hoc latiùs ſ. hoc tit.egi.

Melius & rectius affirmatiuè procedit, vt ſcilicet quod in quibuſdam conceditur, omnibus aliis prohibeatur. Auth. quibuſcunque.C. de ſacroſ.ecc.Cum lex in pręteritum indulget, videtur in futurum vetare & econtra ſecundũ gl.in l.cum lex.de legib.d.l.cum Prætor.& can. qualis.diſt.25.ca.pręterea.diſt.28.Quibus etiam aliquid eſt ſpecialiter indultum, aliud vlterius vindicare non præſumant.cap.ex parte. de decimis.cap.præſidentes. de hæret.in 6.Iſtud amplius declarat Azo rubr.30.Cùm inhibitio copulæ coniugalis ſit in vltimis tribus gradib.reuocata, eam in aliis volumus diſtrictè ſeruari, inquit Pontifex in cap.3.de cland.deſpon.

Iſtud verò neceſſariò tenendum nobis eſt. pro intelligẽtia harũ vocum permittere & prohibere, quod dicitur in c.priuilegia.& c. omnis lex *Intellectus*

lex atque ibi gloſſa & Doctores latius explicant) diſt.3. Legis, inquit, eſt officium pręcipere quod neceſſe eſt fieri: prohibere malum: permittere vel licita vel quædam illicita ne fiant grauiora. Neque eſt faciendum illicitum pro illicito, ſed vtrumque vitandum: nemo enim tam demens eſt qui dicat alicui: *fac quod non licet, vt liceat tibi quod non licet.* can. ſi quod verius. 33. quæſt. 2. Eccleſiaſtici quippe vigoris ordo confunditur, ſi aut temerè illicita pręſumantur aut non conceſſa impunè tententur. can. loci noſtri. 35. q. 9. Quædam etiam prohibētur, quia per ſe mala ſunt, vt furtũ, adulterium, &c. Quædã ex cauſa non quod per ſe mala ſint ſed quia ſi fiant frequenter, ex his mala ſequũtur vt iuramentum & vſus vini. cap. etſi Chriſtus. de iureiur. de quo etiam tetigi s̃. tit. de virtut. bon. cap. 3. Item aliud eſt præcipere, aliud permittere: quod enim permittimus, nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus, vt ſcitè dicitur, in ca. hac ratione. 31. q. 1. Cæterùm de licito, illicito, & prohibito multas ſubregulas ponit & multis explicat Azo in Rubr. 95. Item Riſuicius & Medicæus reg. 9. & 10. Viuienus & Donatus Fina lib. 5. Inter alias hæc potiſſimùm notanda eſt, quæ ex iis quæ prædicta ſunt colligitur. Voluntas permiſſiua pro diſpoſitione habetur. l. conficiuntur. de iure codic. l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. 3. §. vel ſingulis. Inſt. de pupil. gloſſ. in l. Lucius in 2. de hær. inſtit. notatur in l. 1. C. de pact.

Multæ

Multæ ſunt & propè infinitæ exceptiones & diſtinctiones iſtius regulæ, quarum hîc iuxta propoſiti rationem vtiliores apponam. Itaq; nonnunquam illicitum in licitum conuertitur. l. legatum ciuitati. de vſuf. leg. l. 2. §. idem ait. ne quid in lo. pub. vbi ędificium illicitum non poteſt prohiberi ab eo qui illicitè ædificauit. Et è contrario licitum in illicitum. Nam illicitorum veniam poſtulantem oportet à multis etiam licitis abſtinere, ſicut dixit Paulus: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* ca. aliud quidem. 11. q. 1. Item licita prohibentur, ne ſi permitterentur, eorum occaſione perueniatur ad illicita. §. neque tamen, Inſt. de auth. tut. l. officium. de rei vind. l. ſi ſeruus. l. ex hoc edicto. de dam. infect. Azo tractat in rub. 53. Item cùm aliquid prohibetur fieri, etiam iam factum reſtaurari. d. l. 2. §. ſi quis quod in publico. ne quid in loco publ. Item nonnunquam intelligitur prohibitum quod inuenitur conceſſum. c. inter corporalia. de tranſl. epi. Item quædam Deus permittit, quæ aliàs in melius ſuadendo prohibentur, vt eleganter traditur in can. iam nunc illud. & c. ſic enim. 28. q. 1. Qua de re tetigi ſ. tit. de iure nat. & poſi. c. 6. Hæc item diſtinctio traditur ſatis nota apud dialecticos & Theologos, vt quoties lex concedit affirmatiuè, conceſſio trahatur ad omnes quibus non eſt ſpecialiter interdictum: Si verò negatiuè prohibet, omnib. cenſetur prohibitū, niſi expreſsè excipiatur à prohibitione, vt ſubtiliter (more ſuo) per exempla & iurium hinc inde allegationes declarat Da-

Except. & diſtinctio.

maſus in reg.102. Item fallit regula, quando aliqua ſunt nominatim lege prohibita. l.3. C.de colleg. & corp.ill. vt Azo diſtinguit & probat amplius in rub. 18. vbi etiam illud membrum regulæ: *Cùm lex in præteritum indulget, in futurum vetat*, cum multorum allegatione iurium & limitationibus exponit. Item quod dictum eſt §. *Quod de vno negatur, de alio non negato conceditur*, latius declaratur cum multis iurib. ampliationibus, reſtrictionibus & diſtinctionibus à Riſuicio & Ianuario in reg. 186. atque etiam à Damaſo in regul.48. Vbi hanc non ſanè inutilem diſtinctionem adducit, vt regula locum habeat in immediatè contrariis, Non autem in iis quæ ſunt eiuſdem generis diuerſa, ſeu cõtraria veluti nubere & non nubere: ſunt quidem contraria oppoſita, ſed ſunt ſpecies eiuſdem generis & vtrumque eſt bonum. d.c. ſic enim. 28. q.1. Vide quæ circa iſtud latius dixi in tit. de ſimil.con.c.4. Item videtur aliquid conceſſum vel donatum niſi ſpecialiter adimatur. Quod videlicet tunc habet locum, vbi manifeſtè apparet de voluntate eius, qui aliquid donare voluit, tamen aliquo iuris impedimento donatio non admittitur: quæ ſublato impedimẽto, eo ipſo quod non adimit, donatio valet. Licet aliquando præſumat lex aliquem tacitè donare. l. ſi Sticho. de pecul. l. ſi ita. C. de don. ſicuti latius cũ iurium allegatione explicat Azo in rub.55. Item quod dictum eſt de tacito conſenſu & permiſſione, vt ſcilicet inducatur ſi non prohibeatur, ita reſtringendum erit ſiquidem

dem actus ille ſine meo conſenſu fieri nequeat vel ſi ad meam vtilitatem ſpectet,vt j.dicemus amplius tit.de expreſſo.c.3.Notant Docto.in l. ſæpe.de re iud. Item ſcientia & permiſſio mulieris non interrumpit præſcriptionem. l.ſi extraneus.de don.int.vir.& vx.Item cùm quæritur vtrum is qui ſcit, & permittit, velit, inſpicienda ſunt verba legis atque ad id quod ipſius voluntati accommodatius eſt,recurritur. l.1.§. ſi is qui.l.ſi ſeruus.de exer.act.

CAP. IIII.

QVi,cum poſſit,non prohibet, culpa non caret,& econtra.] Primum membrum probatur l.2.de eo per quem fa.er.l. liberorum.§.ſi qua ergo.& l.quid ergo.§.ſi quis alieno.& l.nõ alia.in fi.de his qui not.infa. l.Iulianus.§.œconomus.C.de ſacroſan.eccl.l.adigere.in prin.de iure pat.l.Imperator.qui ſine manu.ad lib.perue.l.fi.circa med.de admi.rer.ad ciuit.pert. *Expoſitio 1. membri.*

Culpam enim facientis habet, qui quod poteſt emendare negligit. can. facientis. diſt. 86. Qui igitur conſentit aliorum vitiis nec cum poteſt impedit coinquinatur: ſicuti mortem languentibus probatur excludere, qui hanc cùm poſſit non excludit.ca.1. & fere per totam diſt. 83. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obuiare.can.nemo.cum tribus ſeq.ead.diſt.can.pr.17.quæſtio. 3.cap.conſtituti. in prin. de teſtib.cap.quantæ. de ſenten.excom.Quin imò qui facit ne prohibere poſſit,pro prohibito habetur in eius præiudicium. Singularis textus in l.prima. §. quid *Ratio.* *Paraphraſes regulæ multis exẽplis et iur. confirmatę*

ſit.&l.vim facit.quod vi aut clam.niſi impedimentũ aut prohibitio fuerit per verecundiam duntaxat non autem expreſſe,vt not.in d.l.1.§.ſe. Qui cùm prohibere poſſet non prohibuit, punitur, maximè in crimine læſæ maieſtatis. l. lege Cornelia.ad leg.Corn.de fal.Qui præpoſitum ſuum non protexit cùm poſſet,in pari cau ſa factori habendus eſt: ſi reſiſtere non poſſit, parcendum ei. l.omne delictum.in fi.de re mil. Negligere,cùm poſſis perturbare peruerſos nihil aliud eſt quàm fauere. can.negligere.2.q.7. Et generaliter qui crimina quæ poteſt emendare non corrigit,committit.can.præterea. 23. q.8.c.ſi de arca.26.q.2. c.2.de hær. Vnde Chriſtianis verendum eſt, ne diuinam indignationem incurrant,cùm Iudęos perpetrare patiuntur indignè,cum poſſint impedire,quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt. ca.& ſi Iudæos.de Iudæ.Qui potuit hominem à morte liberare & non liberauit, occidit. c.ſicut dignum.§.illi etiam.de homic. Non ſunt immunes à ſcelere qui permiſerunt Chriſtum principibus interficere,cùm pro multitudine timerentur,&poſſent illos à facto & ſe à conſenſu liberare. c.ſi. 23.qu.3. Quoad ſecundum membrum regulæ: Qui non poteſt prohibere à culpa vel dolo,excuſatur.l.culpa.51.l.nullum.110.l.non videntur. 128.§.vltim.l.is damnum.130.§.1. l.ad ea.200.de reg.iu.l.altius.ſi ſer.vin.l.ſcientiam.ad leg.Aq. l.1.ver.hæc autem.ſi fam.fur.fec. l.ſi ſeruus. C. de nox.act. Vnde non currit in eum præſcriptio qui agere prohibitus eſt. l.1.in fi.C.de ann.

Expoſitio 2.membri.

exce

except. De quo latius tractaui, ſicuti commodius in tit.de pot. & impo. c.2. Qui non potuit contra voluntatem domini venire, à pœna excuſatur.l.fi.C.de his qui ſibi adſcrib. Si autem quis prohibuerit, multò minus debet alicui imputari, ſi cõtra eius prohibitionem expreſſam, eo cauſam vel occaſionem non dante, ab aliis fuerit ſceleratè attentatum.c.Petrus Diaconus. de homic. Sed hæc regula non paſſim aut indiſtinctè locum habet. Nam fallit, ſi dederim cauſam cur prohibere non poſſem, vt ſ. notatum eſt ex l. vim facit. Item aliquando euenit, vt qui prohibere poteſt licet ſciat excuſetur, veluti in liberto contra patronum aut ſimiles, quos in præſentia pudor ad reſiſtendum impedit. Pulcher & not.text.in l.ſi quis cum ſciret. de furt. item elegans eſt diſtinctio circa hanc regul.in l.2.§.1.l.in omnibus. & l.in delictis.de nox.actio. *Except. & diſtinct.*

CAP. V.

Error in nomine, vel alia re, non vitiat actũ, ſed error in conſenſu.] l.ſi librarius.93.de reg.iur. l.inſulam.de præſcr.ver. l.ſi quis in fundi.& ibi gl.de leg.1. l.errore. l.ſi in nomine. C.de teſta.§.ſi quidem in nomine.Inſt.de legal.qui habebat.de manu.teſta. l.ſi in iudiciis.de iudic. l. item ſi cum putaui.de neg.geſt. l.idem Pomponius.§.cum in rem.de rei vind.l.in venditionibus.de cont.emp.l.edicto.§.ſi. de iur.fiſ. l.qui rem propriam.de loca.l.ſi fortidianum.C. de leg. Ratio eſt: Omnium habere memoriam, & in nullo errare diuinitatis potius eſt quam *Rationes.*

humanitatis.l.2.ver.ſin autem. C.de vete.iure enucl. Alia ratio:nam ſemper in omnib.negotiis quod actum eſt inſpicimus. l.ſemper. 35. de reg.iur.vt ſ.latius expoſui ſub tit. de conuent. & diſtractu. c.1. Primum huius regulæ membrum declaratur in l.patronus liberto.§.libertis.de leg.3.Vbi error in deſignatione regionis, modò de corpore conſtet, non officit. Error etiam in qualitate aut artificio non impedit, vt exemplis oſtenditur in l.qui habebat. de rebus dub.Quin & erronea ſententia matri ſuffragatur,quoad tertiam ſcilicet perſonam.l.debitor. §.fi.ad Treb. Nemo errans rem ſuam amittit.l. ſi procurator.de acq.rer.dom.Error in nomine non vitiat poſſeſſionem, ſed error in corpore. Eleganter in l.ſi me in vacuam.de acq.poſ. Error etiam in materia non vitiat, dùm de corpore conſtet,niſi ſubſit dolus.l.ſi id quod aurũ. de ver.ob.Ignoſcitur propter errorem falſi inſtrumẽti producti. l.diuus Pius.ad l.Cor.de fal. Cùm quis petiit emendationẽ cenſus, licet res emẽdationẽ nõ deſideret, errore ductus,nullũ ipſi exinde ſit præiudiciũ.l.forma.in fi.de cenſ. Erroris fideiuſſio nulla eſt. l. ſi quis poſtquam. de fideiuſſ. Error non nocet, ſi res apud alium ſit conſtituta. l.ſub prætextu.in 2.C.de tranſa. l.2. C.de errore aduocat. Qui errore ductus filium, ſuum putatiuum vt filium verum hæredem ſcripſerit,nihil egit.l.ſi pater tuus.de hær. inſt.Per errorem aliter quam debuit,ſcriptum, quòd non niſi dolo falſum committentes criminis ſubiugentur, cognitionem iudicis non

Declaratio 1. membri per diuerſa themata.

mor

moretur. l.nec exemplum. C.ad leg.Cornel.de falſ. Qui promittit falſum quod putat eſſe verum, nec in dolo iurat nec mendaciter promittit. can.animaduertendum.22.qu.2. Melior eſt qui neſciens falſum dicit, quoniam id verum putat, quam qui mentiendi animum ſciens gerit, neſciens verum eſſe quod dicit. Nam illud eſt cuiuſdam temeritatis, ideóque leniter reprehendendum. Iſtud verò mendacij, vt eleganter dicitur in can.is autem.ea.quæſt. Suum verò errorem cuique corrigere licet, & idcircò quæ à quolibet illicitè committuntur, ſiue à prædeceſſoribus commiſſa inueniuntur, in melius reuocari oportet.can.loci noſtri.35.q.9. Atqui non errat qui neſcit, ſed ſi exiſtimet ſcire quod neſcit:nam pro vero approbat falſum vt ſubtiliter dicitur in c. quamuis. diſtinct.38. Item naſcitur hinc ſubregula: *In dubio non præſumitur error.* l. ſi adulterium cum inceſtu. §.idem Pollioni.ad leg.Iul.de adult. niſi ex circunſtantiis aliud inducatur, vt notat.in l.2.de confeſſis. Item de errore multas alias ſubregulas tradunt atque declarant Riſuicius, Bernardus Dias regu.246.& regu.247.Fina lib.4.Duennas regu.255. & Medic.regu.5. Iuuat hanc regulam quod dicitur. Error defenſionem iuris non impedit. §. libertus. §. error. ad municip. Quoad ſecundum membrum regulæ non eſt valdè opus comprobatione: quandoquidem vt ſ. dictum eſt, conſenſus & voluntas omnia noſtra negotia regunt. Quapropter errantis nulla eſt voluntas. l.ſed hoc ita. de aqua pluu.arcenda.

Intellectus

Subregula. In dubio non præſumitur error.

Expoſitio 2. membri.

Nihil enim tam eſt contrarium conſenſui quã error, vt s̃.in præfatione diximus. Nec videntur conſentire qui errant,neque valet quod actum eſt.l.in omnibus.de act.&ob.l.non idcirco.C.de iur.& fact.ign. Erronea ſubſcriptio id efficit, vt neuter contractus teneat, vtpote in vtroque alterius cõſenſu deficiente.l.fi.C.plus val.quod agit.Inſcientia proprij domini & errantis nullum habet conſenſum.l.ad probationem.C.de locat.Conſenſus quippe eſt duorum vel plurium ſenſus in idem : qui autem errat, non ſentit,non ergo conſentit,id eſt,cum aliis ſentit,ideóque error impedit conſenſum,& ſic matrimonium.c.1.29.q.1.vbi ampliſſimè diſtinguitur inter errorem perſonæ, fortunæ conditionis & qualitatis.Nam error perſonæ & conditionis coniugij conſenſum non admittit: ſecus verò de errore fortunę & qualitatis,vt ibidem exemplis eleganter illuſtratur. At error perſonæ aliquos excuſat, vt eodem loco ſubiicitur.Item cum conſenſus ſit de ſubſtantia contractus, eius defectus reddit contractum nullum.l.ſi cum dotem.§.vlt.ſol.ma.l.ſi pater.C.de hær.inſt.Ideóque ſi in conſenſu erratum ſit, vitiatur.l.ſi per errorem.de iur.om.iud.l.3.§.ſubtilius.de cond.cau.da.Facit l.cùm in corpus.de acq.rer.dom. l.illicitas.§.veritas.de off.præſid. l.cùm annis.de cond.& dem.Not.Bart.in l.1.de off.procur.Cæſar.Item error impedit prorogationem iudicis. l.2. de iudic. c. ſignificantibus. de off.& pot.iud.dele.Quod amplè cum reſtrictionibus declaratur à Duenn. reg.257. Circa hanc

hanc regulam traduntur diſtinctiones& exceptiones. Nam in primis iuſta cauſa erroris prodeſt, veluti in vſucapione, iniuſto errore ductus non vſucapit, ſed iuſto. l. Celſus. l. cum ſolus. de vſuc. l. 4. pro leg. Aliud exemplum in l. 1. C. ad Macedon. Item error probabilis excuſat, dummodò ne voluntate peruerſa in præiudicium alterius mentiatur errorem. cap. ſacro. de ſent. exc. Maſſilienſes olim diſciplinæ grauitate, & charitate Po. Ro. coniuncti tres in eodem manumiſſiones reſcindi permittebant, ſi ter ab eodem deceptum dominum agnouiſſent. Quarto errori ſubueniendum non putantes, quia iam ſuæ culpæ iniuriam accepit, qui ſe ei iam toties obiecit. Item error in materia quoad contractus bonę fidei vitiat. l. ſi ſterilis. §. quamuis. de act. empt. l. cùm ab eo. §. fi. de cont. empt. Quod limitatur per Iaſ. in d. l. ſi id quod aurum. Et latius explicat Dias reg. 246. & 247. Item error in nomine åppellatiuo vitiat etiamſi de corpore conſtet, quemadmodum declaratur multis hinc inde allegatis iuribus cum ſuis ampliationibus & reſtrictionibus per Soc. in reg. 158. & 159. & Donatum Finam lib. 4. At verò in nomine proprio non vitiat, vt tradit Medicæus reg. 8. & Petr. Duen. reg. 256. Ratio eſt: quia nomen proprium deſignat propriam ſubſtantiam cuiuſq; rei, ideò eius corruptio vitiat formam ſubſtantialẽ, cùm forma dat eſſe rei. Non idem de errore nomine appellatiuo, quod variis modis probari poteſt. Item error non nocet appellãti ſi maiorem iudicem quam par ſit appellet: ſecus

Diſtin. & exception.

differentia inter nomẽ proprium & appellatiuum.

ſecus ſi minorem. l.1. §.1. de appel. l.ſi cuius. de appel. recip. Item error impedit contrahenda ſponſalia, ſed iam facta non impedit. l. furor. de ſponſa. Item fallit regula, quando plus eſt in re quàm in opinione ſeu exiſtimatione, qua de re extat pulchrum Iuliani reſponſum in l.ſi pater. §.1. de manum. vind. Et ſ. tetigi tit. de opinione c.2. Item error nocet & vitiat actum, veluti ſi quis ancillam pro libera ducat, aut corruptam pro virgine, aut adulterium fiat loco matrimonij. l.ex empto. §.ſi quis virginem. de action. empt. §.ſi verò decretum. Auth. de nupt. col. 4. Quanquàm eo caſu iure canonico ratione ſacrameti quod in matrimonio percipitur, aliud ſtatuatur. can. ſi virgò. 34. q.1. Quod vtique intelligitur, quando in eſſentia aut cauſa finali erratur. l.ſi cum te. de pact. §.fi. Inſt. de vulg. & l.fi. de hær. inſt. De errore iuris & facti particulariter prox. c. dicemus. Item lapſis & errantib. ſubuenitur, non his qui certa malitia errant. l. 3. in fin. C. de apoſt. Item error modicus non vitiat actum, neque attendi debet: nam modica ſiue exigua non curantur, vt ſ. expoſui titu. de maiori mino. c.3. Iſtud latè explicat Medicæus reg.5.

CAP. VI.

Errror iuris non facilè excuſat, error autem facti probabilis excuſat.] Hæc gnoſis ferè ſimilis eſt iis quæ diximus ſ. tit. de ſcientia & igno. c.3. præterquàm quod ibi de ignorantia, hîc de errore loquitur, ſed multa ex eo loco ad hunc poſſunt adaptari: præſertim ratio

ibi

ibi tradita. Probatur primum membrum. l. 1. §. hæc interdicta. de aqua quot. & æſt. l. error. C. ad leg. Falc. Vnde error iuris vſucapienti nihil prodeſt, & vſucapionem vitiat. l. núquam. de vſucap. l. 2. §. ſi à pupillo. pro empt. Et contra iuris errorem ſuccurritur beneficio reſtitutionis in integrum: at verò in errore facti per viam communem reuocationis erroris. Singularis textus in c. fi. de reſtit. in 6. Error iuris non inducit bonam fidem, ſed potius malam, vt copioſè declarat Duennas in reg. 255. *Expoſitio 1. memb. per varia themata.*

Quoad ſecundum membrum, ratio eſt, quia certum eſt in alieni facti ignorantia tolerabilem eſſe errorem. l. fi. in fi. pro ſuo. Igitur non fatetur qui errat de facto, niſi etiam ius ignorauit. l. 2. & ibi not. de confeſſ. Error facti ſi benè probetur nullum præiudicium generat. c. fi. eo. tit. in antiqu. Cùm error facti licet probabilis poſteà detegitur, ſententia poteſt retractari, vt eleganter deciditur in c. fraternitatis. de frig. & malefic. Huc quoque accommodari poſſunt plurimi textus in ſuperiori c. allega. Difficilè autem error facti niſi probetur creditur interueniſſe. l. ſi hæres ab eo. §. fi. ad Treb. Prodeſt tamen iuris error ad tollendam doli ſuſpicionem, d. l. nunquam. de vſuc. l. ea quæ. de his qui not. infam. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. de pet. hæred. Item iuris error non excuſat, niſi probabiliter de eius intellectu dubitetur, id eſt, niſi ſit iuſtus & probabilis error. dicta l. pr. C. ad Maced. cap. cum dilectus. de conſuetud. Licet aliquando iuſto errori non parcatur. l. iuſto. in princ. & *Explicatio 2. membri. Ratio.* *Except. & intellect.*

§. fi.

§.filiusfam.de vſucap. Quam diſtinctionem ſ. quoque tetigi c.prox. Et de errore facti probabili noſtra gnoſis intelligitur: Secus eſſet de ſupino nimium & obeſo errore, vt dixi in tit. de ſcien.& ign.c.4. Item quando iuris & facti error noceat, & quando non, multis docet cum ampliationib.& fallentiis Azo in rub.4. Hinc etiam dependet vulgata iuris ſubregula: *Error communis facit ius*.l.Barbarius.&ibi not.Doct. de off.Præt.can.2.3.q.7.c.ſi iudex laicus.de ſen. exc.in 6.l.3.in fi.de ſup.leg.l.1.C.de teſta.Sed diſtinguitur error communis ſiue publicus à priuato: nam hîc ſolet excuſare, vt in d.l.ſi per errorem. ille autem, non, niſi publica vtilitas vel fauor ſpecialis aut æquitas aliud requirat. l. 3. ad Maced.l.2.C.eo.tit.l.Herennius.C.de decu. lib.10.l.actuarios.C.de numer.lib.12.c.ſciſcitatus.de reſcr.

Error communis facit ius.

in Tit. De Vero, Ficto, & Veriſimili.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cōtinuatio

Veritatis commendatio.

Veritatis effectus.

Veritas & error ita ſibi inuicem repugnant, ſicut lux & tenebræ, ideóque non ineptè errore fugato prodit in lucem veritas, quæ naturæ hominis maximè propria eſt, vt ſcribit Cicero lib.1.Off. imò verò, ſi Platoni credamus, diuina & immortalia, quatenus humana natura aſſequi poteſt, comprehendit: Nam vbi dux veritas eſt, non poteſt malorum chorum, ſed potius ſyncerum iuſtúmque morem imitari: vanitas autem veræ eſt expers Philoſophiæ. Porrò quàm varij & quàm fruct

fructuoſi ſint effectus veritatis docet.Plato,Cicero Saluſtius, & alij grauiſſimi authores. Hunc tamen inter cæteros notatu digniſſimum & propoſito noſtro accommodatiſſimum tradit Plat.in Timæo: Quod ad generationem eſt eſſentia,id ad fidem eſt veritas.*Veritati ex diametro oppoſita eſt falſitas.c.in quadam.de cel.miſ.Hæc aliquantum à calumnia & mendacio diſtat. Nam qui mentitur, contra id quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi:qui falſum profert,non ita deſtinato animo fallendi loquitur.can.is autem.22.qu.2. Quod etiam j.hoc tit. c.1. exponemus. Succedit poſteà fictio veritati, cuius eſt imago & tanquàm ſimia vnde,vt inquit Cic.pro Roſcio Amerino)conficta ſunt multa à Poetis,vt effictos noſtros mores in alienis perſonis expreſſámque imaginem vitæ quotidianæ videremus. Sed quia fictio ſemper eſt cum cauſa veriſimili, vt j. c. 3. demonſtrabimus, tum deinde veriſimilitudine, (quam in iure frequentiſſimè vſurpamus)pauca dicentur. Veriſimile ſiquidem non ſemper fictum eſt,aut falſum:at quod per intellectum aut coniecturas ex ſpecie veritatis verum eſſe ſuſpicamur. Tantò enim facilius aliquid credimus,quantò verò ipſi propius accedit,vt Cic.in Epiſtolis & Tuſcul.quæſt.teſtatur.*

Veritas & falſitas sũt oppoſita ex diametro.

Fictio eſt imago veritatis.

Veriſimile

De Vero,Ficto,& Veriſimili. Tit.ij.

CAP. I.

Veritas ſummoperè inquiri, ac ſeruari debet, & falſitas explodi.] Hæc duo ſunt inuicem ita connexa,vt vnum ſine altero

tract

tractari vix queat.tamen ſeparatim de iis quoad fieri poſſit agemus.Primum membrum gnoſeos probatur in l.in adulteriis. C.ad leg.Iul.de adult.l.famoſi.ad leg.Iul.maieſt.l.vn,C.de ded. lib.tol.l.fin. §.licentiam.C. de iure del. l.item ſi cum putaui.l.ſi pupilli.§.item ait.de neg.geſt.l. 3.circa fin.de iure.§.vn. Authent.vt in priuatis dom.col.5.c.3.de reg.iur. l.ſi poſtulauerit. §.iubet lex. ad leg.Iul. de adulter. §.ſi quis autem. Auth.Quom.opor.epiſc.col.1.§.vlt.Authen.de tabel.col.4.§.vlt.Auth.de iis qui ingred.ad ap. coll.5. Ratio eſt: Quia per veritatem propius ad Deum ipſum accedimus, qui ſeipſum veritatem vocat, & per falſitatem dæmonibus ſacrificamus. Quocircà iudices non emendicatis ſuffragiis aut iuxta relationes aliorum, ſed veritate inquiſita ſaltem in criminalibus debet iudicare.Pulchra l.ſinguli.C.de accuſa. Licentia ei non denegatur,qui non ficte ſed verè ad frugem melioris vitæ voluerit tranſmigrare. c.licet quibuſdam. de reg. & tranſ.ad relig. Nec curemus os loquentium iniqua, dùm tamen non recedamus à tramite veritatis.c.magnæ.de vot.& voti red. Excluſis inanibus verborum captionibus ſola veritas facti inſpicitur.l.fi.C.qui adm.ad bon.poſſ. l.pr.C.ſi minor ab hær.ſe abſtin.Sedes Apoſtolica in ſuis actibus ſemper veritatem proſequitur. c.1.de conceſſ.præb.in extra. Cauendum eſt etiam ne veritas occultetur. Ideóque permittitur presbyteris ſub certa lege teſtificari.c.fi.14.q.2.c.cum dilecta.de confir.vtil.c.ſuper eo. de cohab.cle.

Explanat. 1.membri.

Ratio.

Paraphr. regul. tum exemplis tum iurib. ornatæ.

& mul.c.1. de off.iud.ord. in extra.com. c.quoniam frequenter. in prin.vt lit.non cont. Tùm ne in obliuionem veniens veritas vagetur incerta.c.vn.in fi. de ſchiſm.in 6. Ac deinde ne falſitas veritati præiudicet aut iniquitas ęquitati.c.quoniam contra.de prob.Nec ita caueatur arrogantia,vt veritas relinquatur.can.non ita.22.quæ.2. Supprimenti veritatem abſolutio ſubrepta non prodeſt,& veritatem intelligens abſolutionem huiuſmodi exhibere non debet. c.officij. de ſen.exc.Quinetiam penuria litigantis non poteſt obeſſe veritati. l.diui fratres. de lib.cau. Error ſiue mendacium non poſſunt rei veritatem immutare.l.aſſumptio.ad mun.Nomen delatoris ſeu ſuſpicionem non formidet, qui ob piam cauſam veritatem detexit.l.nulli. in fi.C. de epiſc.& cler. Multas ſubregulas de veritate ſcribunt Riſuicius.Item Iacobus Nouel.reg.222.Bernardus Dias reg.784. & Donat. Fina lib.5.

Expoſitio 2.membri.

Secundum membrum, quòd falſitas ſit atcenda ab omnibus negotiis probatur in l. iubemus. C. de teſtament. l.fin. de fideic. §.pr. *Ratio.* Auth.de inſtr. caut.& fid. col.6. Falſum enim eſt vero contrarium ſiue quod non eſt.l.Paulus 221.de ver.ſig.l.adoptio.de adopt.l.eleganter.§. qui reprobos.de pignor.actio. Gloſſ.in l.2.C.de hæret. Quamobrem nec falsò inficiantibus diuiſionis auxilium indulgetur.l.ſi dubitet.& ibi gl.de fideiuſ. Omnis error & falſa præſumptio excludatur ne peruerſorum & inordinata compago ſtatum veritatis eneruet. can.cum omne. *Paraphr. elegãtioribus textibus et exẽplis illuſtratæ.*

in ſi

in fi.de conſ.diſt.2.Abiicienda ſunt falſa remedia, quæ veris ſunt periculis grauiora:nam qui decipit Deum & homines plus peccat, quàm qui Deum tantùm in vno caſu. ca. de homine. de celeb.miſſ.Alcumiſtæ dum veri dum veritas quæſitas non ſuppetat, diem cernunt facultates exhauriunt, iidémque verbis diſſimulant falſitatem, vt tandem quod non eſt in rerum natura eſſe verum aurum vel argentum ſophiſtica tranſmutatione confingant.c.vn.de crim. fal.in extrauag.com̃.Decreta & alia acta ex falſa cauſa interpoſita non valent. l. & ſi præſes. C.de præd.min.niſi ex mera liberalitate procedant, vt in l.demonſtratio. §.quod autem. de cond.&dem.§.longè.Inſt. de legat.Quod etiam amplius declaraui s̃.in tit.de cauſa.ra. Non ſolùm autem qui veritatem occultat, ſed & qui mendacium profert,reus eſt:quia & ille prodeſſe non vult,& iſte nocere deſiderat. can. quiſquis metu.11.q.3.c.1.de crim.fal. Inualidum eſt quod impetratur ſi aut veritas ſit ſuppreſſa, vel falſitas ſuggeſta,quæ tacita vel expreſſa illud nullatenus habuiſſet. cap.dudum.de elect. cap.quod ſuper his.de fide inſtrum. Mendax impetrator ſeu qui falſa narrat careat impetratis, & quibus ſcripta diriguntur ſunt puniendi,ſi precum mendacia vetuerint argui. l. pen. C.ſi contrarius vel vtil.pub.can.dicenti.25.q.2. c.ſedes.de reſcri. Omne ſiquidem genus mendaciorum fugiendum eſt. canon. omne genus. 22.quæſtio.2. Mendacia omni iure deteſtantur: Diuino, vt Prouerb. capit.6.13.19.20. & 22.

niſi

niſi propter bonum opus, vt ſcribitur lib.4. Regum cap.10. Geneſeos cap.21. Canonico, vt in ca. vtilem. & c. primum. ead. q. vbi octo genera mendaciorum enumerantur. Et ciuili. §. vl. Inſt. de fid. hered. §. vlt. in fi. Aut. vt iud. ſine quoquo ſuff. coll.2. Imò nec mendacium in ſimplici ſermone proferri debet, nec iuramento firmari, quod quidem non tantùm in verbis ſed etiam in ſimulatis operibus eſſe probatur. can. ſi quis laicus. cum ſeq. 22. q.5.

Mēdaciorum pœnæ.

Multæ autem & propè infinitæ ſunt pœnæ mendaciorum in iure, quas omnes enumerare difficile eſt. Sed potiſſimum traduntur in l. officium. l. qui petitorio. l. ſin autem. §. ſed & is. l. is qui ſe. de rei vind. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndū. de minor. l. de ætate. §. ſi cum eſſet. de inter. act. l. electio. §. neque. de nox. act. l.2. ad legē Aquil. §. illud quoque. §. ſtudium. Auth. de triente & ſemiſſe. coll.4. Auth. contra qui propriam. C. de non num. pecu. Quanquàm aliquando mendacium non vindicatur, cum ſatis Deum vltorem habeat. l.2. C. de reb. cred. & iur. l. vlt. Quod falſo authore. l. vlt. de inter. act. Porrò ex falſitate vel mendacio nemo lucrum conſequi ſed potius pœnam debet, vt multis iuribus & diſtinctionibus probat Azo rub.44.

Diſtinctiones & intellectus.

Nec verò in totum falſum videtur quod veritatis primordio adiuuatur. l. cùm filius. §. heres. de legat.2. Et qui ad veritatem reuertitur, poſtquam mentitus eſt, fallax non habetur apud æquum iudicem. can. apud miſericordem. 32. quæſt.1.

Verumenimuerò quæſtioni non ſemper nec tamen nunquam fides adhibenda eſt. Res enim eſt fragilis & periculoſa, & quę plerumque veritatem fallit, vt multis exemplis & rationibus docet Vlpianus in l.1.§.quæſtioni.de quæſtion. Item iudicium Dei veritati quæ non fallit nec fallitur ſemper innititur: Iudicium autem eccleſię nonnunquàm opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit & falli. ca.à nobis. de ſent.excom.

CAP. II.

VEritas præualet fictioni.] l.filio quem pater.de lib.& poſth.l.ſi fortè.de caſtr.pecu. l.in rebus circa fin. iuncta gl. de iure dot. l.fideicommiſſum.de cond. & dem. l.ſi pater.§. quoties.de manu.vindicta.l.neque profeſſio.C. de teſtam.l.ſi pater.C.de her.inſt.§.ſi quis rem. Inſt.de leg.§.vlt.Inſt.de vulga.§.deinde.Auth. de mand.prin.coll.3.l.contractus.de act.& obl. l.eum qui.§.1.de iniur.

Ratio. Veritas enim rerum erroribus geſtorum nõ vitiatur.l.illicitas.§.veritas.de off.præſ.

Declaratio regulæ per per varia ſchemata. Vnde in omnibus veritas potius quàm ſcriptura inſpici debet, cùm ſimulatè acta veritatis ſubſtantiam non immutent.l.1.2.& toto tit. C.Plus valere quod agitur.l.cũ ea.C.de tranſa. l.cum precibus.C.de probat.l.nec ignorans.C. de donat.l.multum intereſt.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.nec omiſſa.C.de liber.cauſ.l.2.C.de emãcip.lib.c.per tuas.qui filij ſint legitimi.l.ſi quis poſthac.C.de bon.proſc. Item quia ſimulata in ſui ſubſtantia deficiant.l.3.l.ſi mater. C.de con.

emp

empt. Quidquid occultè aut ſimulatè factum eſt, ad ipſam veritatem reducitur. l. fin. C. Mandati. Mendaci ſcriptura contra fidem veritatis obligare non poteſt. l. 2. C. ſi pigñ. conuentio. ſicut nec figmẽto ſolo veritatis extingui potuit obligatio. l. ſi obligatum. C. de ſolut. Præſcriptione mendacij oppoſita, quod in reſcripto eſt, pro veritatis tenore nihilominus iudex decernet. l. 2. C. ſi cõtra ius vel vtil. publ. Huic cõformis eſt regula, quam ſ. tractauimus in tit. de opin. cap. 2. Plus eſt in veritate, quam in opinione. l. ſi iudex. de his qui ſunt ſui. l. regula. de iuris & facti ignor. l. 2. §. ſi ſub conditione & §. ſi à pupillo. pro emptore. can. quæritur. 2. q. 7. c. conſultationibus. de iure patron. cap. cum Bertoldus. de ſen. & re iudic. prout etiam latiſſimè explicat Azo rub. 95.

Intellectus & diſtinctiones.

Hæc ſanè regula ſiue gnoſis intelligitur quando veritas & fictio ad vnum eundémque finem tendunt, vt in ſupradictis iuribus videre eſt. Nam ſi diuerſos fines reſpiciant, ſiue contrarios effectus fictio ex cauſa præfertur. l. lege Cornelia. de teſta. §. ſed cum aliquis. Inſt. eod. tit. l. qui in vtero. de ſta. hom. Item ſi animo debet fieri, prçualebit opinio veritati. l. is qui putat. cum ſeq. de acq. her. Item verba intelligũtur naturaliter & propriè, nõ cum fictione, niſi ſpecialiter id expreſſum eſt. Pulchra l. fin. C. de his qui veniam ætat. impet. Item cum agitur de cauſa fauorabili, poteſt fictio legis plenius accipi. Notabilis textus in l. ſi is qui pro emptore. de vſucap. quemadmodùm ex diuerſo quoad

fauorem, quod in facto non in fictione vel iuris effectu conſiſtit, inſpiciendum eſt. ca. quod circa. de elect. in clem. Item nonnunquam contingit legem interpretari contra veritatem, vt latè exponitur cum multis iuribus hinc inde allegatis, & diſtinctionibus ab Azone rub. 19. Itē quamuis opinioni ſit veritas præferenda, tamē propter affectum intentionis, factum licet effectum non ſortiatur, arguitur. ca. nuper. de bigamis non ordi. Item quando veritas præualet fictioni vel econtrà, diſſerit Loriotus in tit. de reg. iu. axiom. 119.

Notabile. Nouiſſime ſciendum eſt fictionem idem operari in caſu ficto, quod in caſu verò veritas. l. 1. de adopt. l. qui ad certum. Locati. l. legem. C. eod. tit. l. oratione. de excuſat. tut. Cæterum de fictione multa tradit Donatus Fina lib. 5.

CAP. III.

FIctio debet eſſe cum cauſa veriſimili.] l. vn. in pr. C. de rei vx. act. can. ferrum. diſt. 50. cap. inter corporalia. de tranſl. epiſ.

Ratio. Et poëtæ quando fabulas effinxerunt, veriſimilitudini rei ſtuduerunt. Nam fictio eſt veluti quædam imago veritatis, ideóque propius veritati accedit, vt ſpeculum ad rem ipſam.

Explanatio regulæ per diuerſa themata. Inde porrigenda eſt, fictio ad ea quæ natura fieri poſſunt vt notat gloſ. in l. 3. pro ſocio. Vmbra non debet eſſe in opere ſed veritas in effectu. ca. quanto. de conſuet. Propter grauem ſuſpicionem abiurans hæreſim fictione iuris dicitur relapſus. cap. accuſatus. & ibi gl. de hęret. in 6. Nunquam inducitur fictio niſi æquitate

ſuad

ſuadente. l. denique. l.nec vti. Ex quibus cauſ. maior.

At verò ſimulatio eſt interdum vtilis & in tempore aſſumenda.ca.vtilem.22.q.2. de fictione vide quæ tractantur à Riſuicio, & Gribaldo libro de ratione ſtudij, & ſcribent. in l. ſi is qui pro emptore. de vſucap. Item de figmentis legum ab Azone rub.19. *Intellectus*

CAP. IIII.

Spectandum eſt ad veriſimilitudinem & aptitudinem, quę ex rerum natura dependet.] l.quoties.98. l.in obſcuris.195. l.Neratius.152. de reg.iur.cap.inſpicimus.45.eod.tit.in 6. l.1.C. ad leg.Corn.de fal.l. cum quæſtio.C.de legatis. cap. in noſtra. de procurat. cap.literas.de præſump.cap.fin.de fil. presbyt.in 6. cap.2.de vſur. in 6.cap.ſi quem.de proc.in 6.l.cum de indebito.de probat. l.quia poterat. ad Treb. l.ſed etſi ſuſcepit.§.1.de iud.l.cum in teſtamento.de reb. dub.l.eum qui Kalendis. de verb.obl.l.ſed ſi vnius.§.ait Prætor.de iniuriis.

Ratio eſt, nam veriſimilitudo in iure defectui probationis ſuccurrit.l.ſicut certi.l.ſi cùm vel in vtero.C.de teſtam.mil. Quod eſt longe à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago. l.milites.§.oportet.C.de quæſt.in l.1.C.de ſeru.pign. dato. Cuius regulæ varia exempla traduntur.l. ſi pecuniam.§.ſi de condict.ca. data. l.Mæuius. de lega.2.l.Sticho.de vſuf.legato.l.qui dotem. de dote præl.l.fi.C.de vſufruct. l.cum acutiſſimi.C.de fideic.l.fin.C.de her.in[illegible] l. generaliter. §.fi.C.de inſtit.& ſub.l.cum alienam. C.de leg. *Ratio.* *Exempla.*

Paraphraſes regulæ multis authoritatib. cõfirmatæ. Vnde in generali pacti conuentione non veniunt ea quæ neminem credibile eſt pignori obligaſſe.l.obligatione.de pign.l.1.C.quę res pignori obl. poſſ. cap.in generali.81.de reg.iur.in 6. Et in generali conceſſione nequaquam illa veniunt quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.cap.fin.de off.vicar.in 6. cap.2. de pœni.& remiſſ.in 6.ſicuti etiam amplius declaratur ab Azone in rubr.51. & Medicæo reg. 1. Pactum quoque magis ex præſumpta mente contrahentium dignoſcitur,quam verbis. l.iuriſgentium. §. pactorum.de pactis. Idem eſt de voluntate teſtatoris,prout ſ. fuſiſſimè expoſui in tit.de vol.& verb.cap.3. Sic etiam accipitur reſcriptum principis ex veriſimili ipſius mẽte. l.ex facto.de vulgari,& indultum Pontificis. c. ſtatuto. §.1. de decimis. in 6. Iudex circumſpectus atque diſcretus motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis quæ rei aptiora & vero proximiora compererit, confirmabit. cap.licet cauſam.de probat.cap.pręrereà.de teſtib.Sufficit quod veriſimilis & probabilis ſit cauſa appellationis,vt omnia in integrum ſtatum reſtituat ſpoliato. c.bonæ memoriæ.de app.Si nihil vltrà vẽditionem conuenit,tunc ea pręſtabuntur,quę naturaliter inſunt poteſtati cõtractus, maximè in iudiciis bonæ fidei.l.3.in fi.l.ob carmen. §.1.de teſtib. l.de ætate.de prob. l.ea lege locati.Hinc naſcitur ſubregula:*Sermo generaliter prolatus reſtringitur ex veriſimilitudine iuxta voluntatem proferentium.* l.Titius.§,Lucius Titius.de lib.& poſt. l.3. C.de inoff.teſta.cum ſcilicet

Subregula Sermo generaliter prolatus reſtringitur ex veriſimilitudine.

licet

licet veriſimilius eſt ſi de iis rebus cogitaſſet nō expreſſiſſe, aut expreſſiſſe. l. cum Aquiliana. l. qui cum tutoribus. §. vlt. de tranſact. l. tale pactum. §. fi. de pact. l. mater decedés. de inoff. teſt. l. qui peculij. l. non ſolū. de pecul. l. ſi cum dies. §. plenum. de recep. arb. l. quæro. de act. emp. l. ſi ſeruitus. de ſeru. vrb. præd. Et è contrario ab eo qui nō veriſimilia allegat, plenior probatio requiritur. c. quia veriſimile. de præſu. Vide etiam quę de veriſimili latè ſcribit Riſuicius in parat. *Probatio regulæ per antitheta.*

CAP. V.

Calumniæ ſeu cauilli viris bonis obeſſe nō debent.] vt eleganter exemplis delaratur, in l. quoniam. verſ. ſi hæc. C. de ædif. priuat. cap. 1. §. fi. de iura. cal. in 6. cap. 1. de ſen. & re iud. in clem. Medicæus tractat in reg. 8.

Omnes enim cognoſcant non licere in eo quod non poſſit oſtendi, iudicum animos commouere. l. noſtris. C. de calumn. *Ratio.*

Qua de cauſa etiam procuratores ſuo nomine de calumnia iurare tenentur. d. cap. 1. §. fin. Diligens adhibeatur cautela, per quam nō ſolum falſæ ſed etiam malignæ criminationis ianua præcludatur. cap. qualiter. in 2. de accuſat. Quin immò calumniatores ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij. l. fin. C. de accuſat. Aut. ſed nouo iure. C. ad legem Iuliam. de adult. l. ſi quis. C. ad legem Iuliam de vi pub. l. fin. C. de calumnia. ca. qui calumniam & ferè per totam 5. q. 6. Iuxta formam iuris antiqui ei qui cœpit arguere, aut vindicta propoſita eſt, ſi vera detulerit, aut ſuppliciū ſi fefellerit. l. non prius. C. de *Expoſitio regulæ per diuerſa ſchemata.*

calum.& toto tit.ad S.C. Turp.Et pœna talionis introducta eſt.can.1.& ſeq.2.q.3. Quæ tamē hodie nouo iure abrogata eſt, quanquàm ipſi calumniatores acerrimè puniantur. cap.1. & 2. de calum. Definitio autem cauilli, calumniæ, præuaricationis,tergiuerſationis & aliorum id genus traditur in l.natura.177.de verb.ſig. l.ea eſt natura.66.& ibi Riſuicius de reg. iuris. Sed qui volet ea amplius ſcrutari, repetere poterit ex iis qui lexica iuris condiderūt.Sciendum tamen eſt hic obiter par eſſe delictum, accuſatoris præuaricantis, & refugientis veritatis inquiſitionem. l. de crimine. C.ad legem Iuliam. de adul.Ille autem videtur calumniari qui non probat ſuam intentionem.cap.cum dilectus.de calum.gloſſ. in l.athletas.§.calumniator.de his qui not.infam.

Exceptiones. Veruntamen qui confidit accuſationi, nec falſo proponit, calumniæ notam timere non debet. l.iure mariti.C. ad leg.Iul.de adult. Qui enim non probat ſuam accuſationem non ſtatim reo abſoluto, niſi expreſſim ſententia ſit cautum,calumnię notatur.Singularis textus in l.3. C.de calu. Alias circa hoc limitationes tradit Felinus in d.c.cum dilectus.de calum. Item quomodo puniantur & quando excuſentur calumniatores & alij ſimiles latè exponitur cum multis ampliationibus & reſtrictionibus ab Azone rub.80. Medicæo reg.5. & Donato Fina lib. 4. qui etiam alias ſubregulas. de calumnia notatu dignas depromit.

In

In Tit. De Certo, Claro, Notorio, & Prælationis Iure.

ΠΡΟΛΕΓΟ΄ΜΕΝΑ.

Qvia veritas ſemper certa, clara, & aperta eſſe debet, adeò quidem vt, ignis inſtar, quantumuis depreſſa in altum conſurgat, ea conuenienter priori titulo ſubnectimus, ſub quibus etiam ipſorum contraria (vt iam ſæpe factitatũ eſt) complectimur. Hæc autem magnoperè in omnibus negotiis, prout decet, tractandis & peragendis cõſiderantur. Si enim dubia vel obſcura eſſe contigerit, ad alios titulos recurrendum erit, tum qui antehac, tum qui poſteà conſequenter ponuntur, vt tandem aliquando eo medio, quid in iis tenendum ſit tanquam filo Ariadnes vtendo, diligenter proſpiciamus. Non tamen prorſus inutile & abſonum videbitur generale circa iſtud theorema deſcribere, quod ego ex variis iuriſconſultorum reſponſis, & pontificum decretis collegi: In omnibus rebus ſemper id ſequimur, quod actum eſt: quod ſi nõ apparet, quod actum eſt, veriſimilius & voluntati agentium aptius, tum deinde vtilius, benignius, ſeu fauorabilius, honeſtius, nobilius ſeu potentius, melius, tutius, ac demum quod fieri conſueuit, poſtremò minimum ſequendum eſt. *Iſtud ſanè partim & generaliùs probatur. l. ſemper. 35. De reg. iuris. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de legat. 1. l. cum alimenta. de alim. & cib. leg. l. ex facta. de vulgari, partim ſpecialibus ex aliis iuribus, queẽadmodum in ſingulis titulis,* qui

Cõtinuatio.

De dubio & obſcuro.

Pulchra gnoſis ſeu theorema.

qui ſub illis nominibus conditi ſunt, facillimè apparebit. Vide hac de re Loriotum doctorem noſtrũ in tit. de reg. iu. axio. 86. & A. Gellium lib. Noct. Att. 11. cap. 12. qui contentionem Chryſippi & Diodori philoſophorum circa dubium & ambiguum allegat. Vnde conficitur non perperàm hic nos ſubieciſſe tractatum de iure prælationis, in genere primum, & tãdem ſeparatim per ſingulas ſpecies exponendo: non enim poſſunt ſimul omnia vnóque contextu tractari atque perſtringi. *Suſpẽſum & imminens.* *De ſuſpenſo item cui imminens oppoſitum eſt, nõnulla dicemus; quia ſub dubio continetur.* *Differẽtia inter notorium, apertum, & manifeſtum.* *Nouiſſimè ſciendum eſt inter notorium apertum & manifeſtum differentiam ſtatui, vel ex eo præſertim quòd notorium probatione non indiget, manifeſtum autem ſic l. ciues & incolæ. & ibi Gloſſ. C. de appellat. Sæpiùs tamen in iure confunduntur, vt notant interpretes. in §. furtorũm. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſc.*

Prælatio. *Quantum ad prælationis ius attinet, in genere dũtaxat hìc agemus, non in ſpecie, tum quia nimis eſſet otioſum & prolixum, tum quia in ſubſequentibus atque etiam quibuſdam ſuperioribus titulis hac de re ſpeciàtim dictum eſt.*

De Certo, Claro, Notorio, & Prælationis Iure. Tit. iij.

CAP. I.

CVrandum eſt, vt actus humani certum cõtineant.] l. cogi. §. ſi pater. Ad Treb. cap. 3. de ſponſ. & mat.

Ratio. Semper enim ſpectamus, quid in rerum natura

ſura certum ſit, licet ex noſtra inſcitia incertum exiſtat. l. ſed etſi reſtituatur. §. fin. de iudi. l. reſpiciendum. cum ſequen. Si cert. pet. l. cum quidam. §. ſuum. de acq. hær. §. non ſolùm. Inſt. de verb. obl. l. hæc venditio. §. fin. de con. emp. Itaque in ſententiis certitudo attẽditur. §. curare. Inſt. de actio. l. vn. C. de ſen. quæ ſine certa quant. Certa pars pro indiuiſo tradi aut vſucapi poteſt, non autem incerta. l. locus. de acq. poſſ. Certi confeſſio pro iudicato eſt, incerti non. l. certum. de confeſſis. Sed definitio certi eleganter traditur à iuriſconſulto & interpretibus in l. certum. Si certum peta. Manifeſtè & tempora, & nomina in lege exponantur, vt quod tollitur vel reformatur, non ſit incognitum. l. vn. §. & cum triplici. C. de cad. toll.

Paraphraſes regulæ exẽplis & iuribus illuſtratæ.

Attamen ècontra nihil dicitur eſſe certum in rebus humanis, vt Io. Paſſeratius in ſuo poëmate, nihil aſſerit. Probatur autem in §. quia verò. Auth. de nupt. coll. 4. §. vt autem. Auth. de non alien. coll. 2. & in prin. Auth. de his qui ingred. ad appell. coll. 5. Quod ſcilicet intelligẽdum eſt, quantum ad humanam imbecillitatẽ attinet: Deo enim nihil incertum aut ignotum eſt. Nam licet ſit valdè iuſtiſſimum, tamẽ apud homines quandam dubitationem ſuſcipiet. §. pr. Auth. de tabel. coll. 4. l. fin. C. Quibus ad lib. procla. non licet. Vox item prꝑconis paucis innoteſcit, atque ideò interdum tribus edictis citatoriis opus eſt. Auth. qui ſemel. C. Quomodo & quando iudex. Valet ſentẽtia ſiue certa quãtitas, ſi parte aliqua actorum certa ſit quãtitas com

Exceptiones & intellectus.

comprehenſa,iuxta definitionem certi in l. certum.Si certum pet.l.3. C.de ſent. quæ ſine certa quantit.

Subregula Certus amplius certificari non debet.

Hinc dependet vulgata ſubregula : *Certus ampliùs certificari non debet.* cap. eum qui. 31.de reg.iuris. in 6. l. 1. in fin. de actio. empt. l.1.De dote præleg.l.quidam.§.vlt.de admin. tut. Vnuſquiſque ea quæ promiſit ipſe, in memoria ſua ſeruare non ab aliis manifeſtari repoſcat, vt eleganter in l.magnum.Cod.de cont.ſtipul. Quod ſemel deciſum eſt, in recidiuã diſceptationem,vlteriùs deducendum non eſt.cap.1. & ibi Gloſſ.de renunt.in 6. Circa hanc regulam multa notatu digna traduntur exempla cum breuibus expoſitionibus. Vide Riſuicium in paratitlis,& Medic.reg.10.

CAP. II.

INcertitudines acta vitiant.] l.triticum.l.vbi autem. §.illud.& ibi notatur. de verb.oblig.l. ergo quandiu. §. 1. de fid.lib.l.duo ſunt Titij. de teſta.tut. l. qui plures. de vſufruct.legat.l.3. §.ſi duobus.de adim.leg.l.ſi ita fuerit legatum. l.ſi quis de pluribus. de rebus dubiis. l. cum ex pluribus.de mil.teſt.ca.vn.de poſtul. præl.in 6.

Ratio.

Ratio: quia aliquãdo incertitudines poſſunt nocere,& à voluntate certa quæ actus noſtros regit atque gubernat, abhorrent.l.alij. in fine. & l.amiſſa.C.de vſufruct.l.ſancimus. C.de donat. Quod & ipſum multò ampliùs probatur ab Azone in rub.68.

Ampliationes,& expoſitiones

Adeò quidem hæc regula vera eſt, vt qui in genere promittit,non obligetur. l.cum poſt. §. gener

gener.de iure dot. Quin etiã de futuris vt fru- *regulæ per*
ctibus nihil certum iudicari poteſt. l.ſi ea lege. *varia the-*
C.de vſuris,ideóque non priùs debentur quàm *mata.*
nati fuerint.l.Firmio. §.pater. Quando dies legati cedit.

Accipienda autem incertitudo eſt maximè *Incertitu-*
in qualitate quæ ſubſtantiam actus continet.l. *do in quib.*
qui in teſtamento. cum ſequ. de teſta. Item in *conſidere-*
qualitate diſponentis aut tertij contrahentis, *tur.*
non de ſui ipſius incertitudine.Eximius textus Vlpiani in l.ſed etſi de ſua.de acq. hær.Item in quantitate.l.ita ſtipulatus.de verb. oblig. Bartolus & Doctores in l. quidam. de rebus dub. Item in loco. l. qui inſulam.& ibi Alexander. de verb.oblig. Ea demum videntur à teſtatore relicta, quæ certam formã erogationis annuæ non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt.l.Seio. §.1.de annu. leg.incerta ſententia non valet.l.in ſumma.in prin.& §.1.de re iudic. Salarium & dos ſub incerta promiſſione peti non poſſunt.l.ſalarium.C.Mandati. l. 1.Cod.de dot.prom.Diuerſitas ſeu incertitudo rerum facit obſcurum,atque ita nullum legatum.l.ſi ita fidei. de iure fiſci. Compromiſſum de incerta perſona in arbitrum aſſumẽda non tenet, quia debet partibus notificari. l. item ſi vnus. §. ſi duos.de recep.arb.cap.innotuit,eod.tit.in antiq. Ideóque fallit hoc quando partibus innotuit,vt dicitur in ſubſeq. cap. Quando ſub alternatiua concipitur ſtipulatio,incerta & inutilis eſt,niſi colligi poſſit,quod fiat. Notabiles textus in l.Item ſi ſeruus.§.1.& quatuor ll. ſeq.

de

Pulchra ratio. de ſtip.ſeruo. Vbi ratio redditur pulchra, quia cùm vterque ſit capax obligationis non inuenitur quis adiectus ſit aut petere poſſit, vnde τὸ ἴσαζον corrumpit actum. Incerta nemo Pontificum iudicare præſumat, & quãuis vera ſint non tamen credenda, niſi quæ certis iudiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio cõuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicãtur. can. ſi quis diuinis & duobus can. ſeq. 30. quæſt. 5. Pro incertis à certis recedendum non eſt, nec eſt in re dubia certa ferenda ſententia. can. iudicantem eadem quæſt. Cùm itaque nihil certum, inquit Pontifex, in facto nobis expreſſiſti, nihil inde tibi certum poſſumus reſpõdere. ca. de muliere. de ſponſ. & mat.

Intellectus & limitationes regulæ. Intelligitur tamen & limitatur iſta regula generaliter hoc modo, vt quando incertitudo poteſt aliquo modo certificare, non perimat actum. l. ſi quis ita ſcripſerit. de reb. dub. Facit l. certum. Si cert. pet. Fallit item in rebus fauorabilibus, veluti in dote. dicta l. 1. & l. 3. Cod. de dot. prom. in legato relicto pauperibus, vel captiuis. l. id quod pauperibus. l. nulli. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. & cler. Item interdum incertus ſeu dubius euentus facit actum valere, quemadmodum in fructibus propter vſuras, cùm alioqui nullus eſſet. l. ſi ea lege in 2. C. de vſuris. l. ambiguitatem. Cod. de vſufr. Item quando propter incertitudinem aliquid concedatur vel non, notat & diſtinguit copioſè cùm multis hinc inde iurib. allegatis Azo rub. 81. Item quoad incertitudinem loci, latè explicatur

catur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Prateio reg.422. Et de incertitudine quantitatis ſimiliter declaratur à Socino reg. 223. Prateio in ſuis regulis & Donato Fina lib.5.

CAP. III.

Dubia ſeu obſcura per ea quæ certa & explorata ſunt, declarantur.] l.iuriſgẽtium. §.quod ferè.de pact.l.nõ hoc. C. vnde leg.

Cauere enim oportet ne in actibus humanis difficultas remaneat perplexa.l. Titius.de cond.inſt.l.fin.in fi. C.de præſcrip. longi temp. cap.literas.de reſti.ſpol. *Ratio.*

Quapropter nihil prohibet ea quæ aliquam dubitationem acceperunt clarioribus & compendioſis ſanctionibus renouari.l.1.C.de anna. excep. Neceſſe eſt, vt quæ in prioribus conſtitutionibus erant dubia, explicentur, inquit Gregorius in proœmio decret. Princeps etiam ambiguitatem diſpendium pluribus afferentem omnino tollere ac elucidare debet, vt dicitur in proœmio ſexti decret. Et ſedes apoſtolica lucem amans in ſuis actibus lubenter euitat nodoſę ambiguitatis inuolucrum: quinimò ambiguitates euellere curat. capit. pr. de elect. in extrauag. cap. pr. de præbend. & dign. in extrauag. Ad Romani quippe Pontificis prouidentiam ſpectat. dubia iuris ex quibus lites graues oriuntur in dies ſuæ declarationis oraculo terminare, prout, (negotiorum qualitate & temporum cõditione inſpecta) proſpexerit in domino ſalubriter expedire.c. vlt.eod. tit.in extra.commun. Quod in ambiguo eſt, nõ *Paraphraſes regulæ multis authoritatib. confirmatæ.*

cen

cenſetur vtile ad controuerſias dirimendas.l. quoniam.C.de ædif.pri.Dubia per proximè po ſita per alternatiuam aut verò ſecundum voluntatem interpretantur.l.pr.& 3. de reb.dub. vbi & toto illo titulo quid in rebus dubiis ſequendũ ſit,exponitur. Item à Viuieno & Riſuicio nouis regularum compilatoribus. Sed & videri poterit in præfatione huius tituli, quo loci omnia ſunt breuiter & accuratè perſtricta in ambiguis rebus abſolutũ non poteſt & certum eſſe iudicium. can fin. & ibi Gloſſ. diſtinctione 33. can. graue. 11. quæſtione 3. Cauere quoque debet iudex ne id quod dubium eſt pro notorio accipiat. cap. conſuluit.de appellat. Si qui teſtes ita obſcurè & confusè depoſuerint vt ex eorũ teſtimonio veritas nõ poſſit declarari,iterum examinandi ſunt. Singularis textus in cap. cum clamor validus. de teſtib. Dubius de ſtatu ſuo teſtari non poteſt. l. pr. de legat. 3. Item non adit, non repudiat, non vſucapit,non iudicat,non gerit tutelam, vt ampliſſimè probat Loriotus in tit.de teſta. ordin. axio.6.

Item ex natura contractus plerumque dubia interpretamur,vt copiosè cum multis exẽplis declarat idem Loriotus in tit.de reg.iuris. axio.103.

Declaratio regulæ per antitheta. Ex conuerſo in claris non eſt opus interpretatione.l.pr.de in integ.reſtit. Porrò de interpretatione ſuprà ſatis amplè ſcripſimus in tit. *Subregula Titubans* de factis ſcrip. *Titubans autem ſeu dubius pro ignorante habetur.* l.fin. & ibi Bartolus & Bald.

C.de

C.de condit.inſertis.l.manifeſtiſſimè.§.ſin autem neſcius.C.de furtis.Et dubius in fide infidelis eſt.cap.1.de hær. Hæc ſubregula ampliùs exponitur cum ampliationibus & reſtrictionibus a Bernardo Dia reg.228.& Don.Fina lib.4. *pro ignorāte habetur*

Attamen fallit regula vbi neceſſaria eſt interpretatio etiam in claris. l. pr.§. quamuis. de ventre inſpic. Item vbi lex publica in contrarium ſuadet.l.hoc modo.de cond.& dem.Item quod dictum eſt conditionē quæ inducit perplexitatem actum vitiare explicatur & reſtringitur per Duennam in reg.113. Item qui ſemel dubitauit aut hæſitauit ſi ſuper eo tranſegerit, non poteſt denuò accuſare. Singularis textus in l. ipſe ſignificas.C.Ad leg.Corn.de falſis.De dubiis vide quæ latè ſcripſit Riſuic.in paratit. *Reſtrictiones.*

CAP. IIII.

Voluntates & opera hominum non debēt diu manere in pendenti.] l. per fundum. de ſeruit.ruſt.præd.l.vlt.Commun. præd. l.fin.§.ſin autem auaritiæ. C. Commun.de leg. Facit.§. hoc autem. Auth. de non eligendo ſecundò nub.coll.2.§.quoniam. in fine. Auth. de nup.coll.4.§.ſi ab hoſtibus.Inſt. Quib.mod. ius pat.pot.ſol.

Quod enim ſuſpenſum aut in pendenti eſt, nō imminet,nec eſt certum ſed dubium, quod, vt ſuprà dictum eſt,ab omnibus quantum fieri poſſit reiicitur. *Ratio.*

Quare quod ab initio nullum ac proinde incertum eſt,non poteſt manere in pendenti. l. ſi ſeruus communis ita ſtipuletur, & ibi Gloſ. de *Paraphraſes regulæ.*

ſtip.ſer. Abſurdum eſt, vt quis eodem tempore nec in poteſtate alicuius, nec in ſua eſſe credatur. l. in quæſtione. §. pr. & ibi Gloſſa notat. C. de ſen.paſſ. & reſt.

Differẽtia inter diſpoſitiones viuorum & vltimas voluntates.

Notabilis eſt differẽtia inter ſtipulationem, & legatum tradita à Paulo in l. vſusfructus. de ſtip.ſeruo. nam dies legati non ſtatim cedit, ideóque in pendenti eſſe poteſt, ſed ex præſenti vires accipit ſtipulatio, licet ex ea petitis ſuſpenſa ſit, vulgata l. cedere. 213. & ibi notatur. de verb. ſigni. Vnde Bartolus in l. Pomponius. de neg. geſt. dicit viuorum diſpoſitiones eſſe in ſuſpenſo, non autem vltimas voluntates, quia facilius viuorum quàm defunctorũ actus ſuſpendi receptum eſt dicta l. fin. C. Com. de lega.

Exceptiones, & intellectus

Multi tamẽ & propè infiniti ſunt caſus, vbi actus manet in ſuſpenſo, ſed non diu propter varias cauſarum figuras vt in l. videamus. de lib. legata. Exemplum de acceptilatione ſeu donatione. l. cum hîc ſtatus. §. ſin autem. de donat. inter vir. & vx. l. quærebatur verſi. vnde elegãter. ad legem Falcid. Itẽ in fideicommiſſo pecuniario, & fideicommiſſæ libertatis præſtatione. l. generaliter. §. ſi rogatus. de fid. lib. in proprietate. l. ſeruus. §. pr. de acq. rer. dom. in ſtipulatione. l. ſi ſeruus communis Mæuij. §. ſeruus capto. de ſtip. ſer. in fideiuſſione. l. fideiuſſor in 1. §. ſtipulatione. de fideiuſſ. Et in aditione hereditatis donec ſuper liberali iudicio pronuntietur. l. cum aliquis in ſi. C. de iure delib. Itẽ cùm duo iudices diuerſi duas ſententias dederunt, vtraque eſt in pendenti, donec de poteſtate iudic

dicum conſtet.l.duo iudices.de re iud. Item ex euentu ſolutio & liberatio intelliguntur fieri, quia ex poſtfacto in pręteritum quid fuerit declaratur.l.qui res.in prin.& §.rem autem.de ſolut. Item ſi quis ab hoſtibus capiatur, in pendenti eſt an qui poteſtati eorum ſubiecti ſunt, ſui iuris facti an adhuc pro filiisfam. computentur:diuerſum eſt in ſeruis,quia hi bonorum ſunt,& eſſe perſeuerant: Pulcher textus in l.in bello.§.pr.& l.bona.de cap. & poſt.reuer. item Imperator manere voluit in pendenti libertatem, & quandam nouam ſtatuliberi formam introduxit.l.quidam.§.fin.C.de neceſſ.ſer.hær.inſt. Item actus ſeruorum manent in ſuſpenſo propter deliberationem hæredum.l. filiusfam. miles.l. ex caſtrenſi.de caſt. pecu. Item dominium rerum ad hæreticos pertinentium remanet pendens apud proximos quoad vſque orthodoxi euadant. Authen.idem.C.de hæret.& Mani. Item pendente cauſa principali pendet acceſſorium, nec interim confirmatur, neque infirmatur.c.2.de in int.reſt.de quib.ĩ.ſuo loco dicemus.Hinc depēdet iſta ſubregula:*Suſpendi nō poteſt quod pro forma introductū eſt*.l.obligari §. tutor. de author. tut. §. pen. Inſt.eod.tit. Quod ampliùs probat Medicæus reg.7. *Subregula Suſpēdi nō poteſt quod pro forma introductū eſt.*

CAP. V.

Atiùs eſt palàm &aperto aliquid fieri,quàm in occulto.] Exemplū in delictis.l.nō exiſtimo.de admi.tu.de rit.nu.l.nemo C.de ſumma Trin.Auth.ſed nouo iure. C.de ſer.fugit.

Nā exteriora iudicāt apertè interiora ſecreta. *Ratio.*

l.ſi tamen.§. 2. de ædil.edicto.l. emancipare.de adop.l.hi qui.de tut.& curat.datis.l. obſeruandum.C.de off.præſid.l.non codicillum.Cod.de teſta.l.inciuile.C.de furtis.§.pauonum.Inſt. de rer.diuiſ.cap.ex ſtudiis,de præſump.

Explicatio regulæ per diuerſa themata. Peior eſt itaque hoſtis occultus quàm euidens & notorius.can.2.diſt.93.Teneatur in ſecreto animi patientia cum beneuolẽtia:in manifeſto autem fiat,quod eis prodeſſe volumus, quibus bene velle debemus. can. paratus.23. quęſt.1.Attendere debet epiſcopus,vt interiùs habeat nitorem conſcientiæ, quoad Deum, & exterius habeat odorem famæ, quoad proximum : quod totum ſacro chriſmate,quo inungitur,ſignificatur,vt pulchrè oſtendit cap.1.de ſacra vnctio.Qui malè agit,odit lucem, ideóq; cauetur ne iudicium eccleſiaſticum in tenebris exerceatur.cap.conſuluit.de off.& pot.iudic.del.Vnde ſententia non publicè, ſed in loco ſecreto lata non valet.l.cùm ſententiam.& ibi notatur. C. de ſen. & interlo. omn.iud.Qui clàm poſſidet, nulla ſe iuſta exceptione tueri poteſt.l.pr.§.1.Quod vi aut clam. Quid ſit autẽ clàm facere,oſtendit Vlpianus in l. 3. §.fi. cum ll.ſeq.illo tit. Et èccontra fraudem legi non facit,qui rogatus palàm reſtituit, l.3. de iure fiſc. Electio clandeſtina vitiàtur, & quàm citò fuerit celebrata, publicetur. cap. quia propter diuerſas.§.fin.de electione.Prohibentur clàm fieri matrimonia,& alia forma, quàm quæ traditur ab Euariſto in can.1.30. q.5. Cuius quidem ratio redditur in ca.nec illud.& c.ſeq.ead.quæſt.

Atta

Attamen manifeſtum crimen magis puni- *Exceptiones & intellectus.*
tur quàm occultum,vt dicitur de furto in prin
cip.tit.de oblig.quæ ex delicto in Inſt. & apud
Theologos in can.presbyteros.in fine diſt. 50.
iuxta illud Dauidicum: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* faciliùs quippe toleratur peccatum occultum, quàm publicum ſeu apertum, quia in illo minor & priuata pœnitentia iniungitur. cap. ex tenore.de temp.ordin.cap.ex tuę.de ſimonia.c. 2.de apoſta. Sicut manifeſtè noxius pœnam meretur,ſic occultè & fraudulenter.cap.1.de prę-ſump. Sed multò magis pœnitētiæ ſubiacebit, qui notoriè peccauit,& in ſcandalum, & offenſam populi deuenit. can.pen. 30. quæſt. pr.can. ſacerdotes cum ſequ.diſt.1.Tolerabilior eſt latens culpa cum cauſa,quàm ſi culpæ vſurpetur authoritas.can.nemo.32.q. 4. ac etiam faciliùs diſpenſatur.cap.niſi cum pridem. verſic.perſonæ.de renun. Quia non habent latentia peccata vindictam.can.fin.32.quæſt.5.Magis quoque punitur qui in ciuitate quam qui in villa deliquit,vt notatur in l.3.in fi.C.de inceſt.nupt.Idque fit ea ratione, quòd pœna non tantùm ad vindictam peccati, ſed ad exemplum etiam & ſcandalum patratum infligitur, vt ſuprà fuſiùs expoſui tit.de pœnis.cap.ſecundo.Licet autem quis non puniatur de manifeſtis criminibus, quia non apparent, nec de occultis poſſit iudicari, tamen apud Deum qui eſt ſcrutator cordium,occultorum culpabiles fiunt, iuxta illud Dauidicum: *Ab occultis meis munda me, & ab*

alienis parce ſeruo tuo.cap.erubeſcant.diſt.32.ca. tua nos.de ſimonia.Cuius explicationem Theologis,ad quos ea res magis pertinet, derelinquo.Sed quando pro manifeſta offenſa excommunicatio procedit,non ſtatim abſolutio fiet, niſi legitimo ordine iudiciario obſeruato. cap. venerabilibus.§.porrò.de ſen.exc.in 6. Itē cùm ſacerdotalis ordo intus occidit, foris diu ſtare nō poteſt.can.quibuſdam pr.quæſt.1.Item multùm intereſt ne ſecreta domus & facultates patrimonij pandantur, ideóque ex eo meritò nil tutori imputabitur.l.2.C.de alim.pup.preſt.l.2. C.Quando & quibus quarta pars.

CAP. VI.

De primo membro.

NOtoria non indigent probatione, ſicut occulta.] Primum membrū regulæ probatur.cap.bonæ memoriæ.de electio.cap. quoniam.de filiis presbyterorum. facit.l. Barbarius.de offi.Præt.l.1.C.qui & aduerſus quos.

Ratio.

Tunc enim culpa ſua omnium oculis ſponte ſe ingerit, ideóque nec accuſationem nec ordinem iudiciarium requirit.l.ea quidem.C. de accuſat.can.manifeſta cum ſeq.2.quæſt.pr.cap. 3.de teſtib. cogend. cap. tua nos.cap.fin.de cohabit.cler.& mul.cap.euidentia,de accuſat.

Explicatio regulæ per diuerſa themata.

Itaque manifeſtus raptor vel fornicator nō appellat, id eſt non obſtante appellatione ſententia executioni demandatur, ad exemplum illius quem abſentem & irrequiſitum Apoſtolus excommunicauit,vt in 2.Cor. c.5. Notatur in cap.cum ſit Romana.§.vlt.de cap. peruenit. & ſeq.de appellat.

Noto

Notorium ſeu manifeſtum crimen vocatur, quod euidentia rei vel propria confeſſione aut alio legitimo modo probatum fuerit, in quo non eſt appellationi deferendum.cap.cum ſpeciali.§.fin.illo tit. cap. cùm in diœceſi. de vſuris.Item quando crimen eſt notorium,hoc eſt, cùm ipſe non diffitetur, aut publicè condemnatus eſt, non debent clerici cum eo communicare,vt peccandi licentia cæteris auferatur, & huiuſmodi homines ad pœnitentiæ fructum trahantur: Quando verò ab eccleſia tolerãtur, nec habent operis euidentiam,licitè ab eis diuina myſteria audiantur, & recipiantur eccleſiaſtica ſacramenta. cap. veſtra. & ibi Gloſ. de cohab.cler.& mul.Quapropter non minima eſt differentia inter eum qui clàm facit ; & eum qui rapit:cùm celet ille ſuum delictum,hic publicet, & crimen publicum admittat. l.2.§.in hac actione.Vi bo.rap.*Non nobis eſt*,inquit Auguſtinus,*de iis quæ foris ſunt iudicare, id eſt, extra noſtram notitiam, ſed Deo : atqui duntaxat, quæ ſunt intus, id eſt per ſententiam, aut notorietatem aperta*.can.Multi.2. quæſt.pr. Corripienda ſunt coram hominibus quæ palàm fiunt: & corripienda ſecretiùs quę clàm.dicto cap.multi.& can.ſi peccauerit cum ſequ. eadem quæſt. vbi pulchra illa diſtinctio examinatur de criminibus,quæ aut ſoli iudici,non aliis,aliis non iudici,item iudici & aliis nota ſunt.Spontanea confeſſione vel teſtium approbatione publicã delicta,habito præ oculis Dei timore, cõmiſſa ſunt, regimini noſtro iudicare : occulta verò

Quid ſit notorium crimen.

& incognita illi ſunt relinquēda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. can. conſuluiſti. 2.quæſt.5. Manifeſta crimina non ſunt occulta correctione purganda, ideóque nec canonica purgatio ſufficit, ſed in eos cōdemnationis ſententia, ſecundùm caſus diuerſitatem eſt neceſſariò promulganda. cap. cum dilectis. de purga. cano. cap. 1. de pœnit. & remiſſ. cap. 3. de diuort. In publicis namque ſeu notoriis criminibus clericus amouetur: ſin minùs cum quinta vel ſexta manu ſui ordinis purgatio indicitur. capit. inſinuatum. de ſimonia. Porrò non eſt veriſimile manere aliquid apud ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. cap. vn. in fine. Ne ſede vacante. in extra.

Declaratio ſecundi membri.

Secundum membrum videlicet quòd occulta pleniori inquiſitione egeant, probatur l. ſemper. §. ſed ſi is ſit locus. Quod vi aut clam, facit etiam quod ſcribitur in princip. ſecundæ cauſę in decretis. Archiepiſcopus de occultis criminibus mandet ſuffraganeo, vt inquirat ſolenniter & denuntiet, ſi viderit expedire: at notoria quæ examinatione non indigent (cùm ſemper his meritò poſſit notari ordinariorum negligentia) liberè corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo. ca. 1. §. ſanè. de cenſib. in 6.

Exceptiones, & intellectus regulæ.

Atqui gnoſis noſtra ſeu regula primaria per ampliationes & limitationes declaratur à Scipione Ianuario in reg. 106. & Medicæo reg. 8. Item non propterea notorium releuat ab onere proponendi. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem

idem Pollioni.ad leg.Iul.de adult. gloſſ.& Doctores in cap.ſuper literis.de reſcrip.gloſſ in c. appellanti.de reſcr.in clem. Quod etiam fuſius explicatur cum ampliationibus & reſtrictionibus à Bernardo Dia reg.496.& 497.Item à Donato Fina lib. 3. qui etiam alias ſubregulas. de notorio ponit & explicat.

CAP. VII.

IN dubiis & paribus locus eſt gratificationi ſeu prælationi.] l.vlt.de relig.& ſump.fu.l. in naue Saupheij Locati.l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.de leg.2.l.ſi quis in graui. §.ſed cum omnes.ad Sylla.l.ſi non expedierit. & l.in venditione.§.vlt.de bo.auth.iud.poſſ. cap.cum autem.de iure patr.cap.quia ſæpe:de præb.& dig. in 6. Nam aliter propter frequentem talium concurſum omnium rerum,& negotiorum miſerrima confuſio ſequeretur. *Ratio.*

Igitur in teſtimonio examinando iudex quos præcellere intellexerit,ad fidem faciendam ſibi admitteret:Quod ſi ambarũ partium teſtes ſint eíque idonei poſſeſſoris partes præferentur niſi in liberali cauſa propter fauorem. cap. 3. de probat.Nonnihil tribuentur priuilegij propter conferentis prærogatiuam.c.ſi à ſede. de præb. & dig.in 6.Pontifex Romanus propter authoritatis prærogatiuam omnibus epiſcopis præfertur.cap.1.vt lite pend.in Clem. *Paraph. es ſes regulæ iur.i nſtr.*

Videtur tamen huic regulæ aduerſari. l.creditor.§.ſi autem.de iureiur.cano.cum deuotus. 12.q.2.& c.paſtoralis.de iure patr. Sed ita ſoluit Damaſus in reg. 92. Primùm vt regula tũc locũ *Exceptiones.*

hab

habeat, vbi quis duobus æqualiter tenetur. d. l. in naue. Secundò ſi omnibus ſimul exhibere non poſſit, vt in d. §. ſed cum omnes.

Subregulæ

Cęterùm de ratione prælationum per ſpecies non inſtituimus hîc exponere, vt in præfatione huius tit. diximus. Multæ autem notatu digniſſimæ de prælatione regulæ tradũtur, quę breui verborum compẽdio, & quaſi climatico ordine multa continent. Sed inter cæteras eſt, illa quæ ibidem notatur: *In dubiis vel obſcuris veriſimilius & rei conuenientius: tùm deinde honeſtius, vtilius, benignius, fauorabilius, potentius, melius & expeditius, quod fieri conſueuit, poſtremò minimum.* Inſpicitur quæ ſingula particulatim enarrantur in l. ſemper. 9. l. ſemper. 35. l. ſemper. 67. l. quoties. 98. l. in ambiguis. 97. l. in obſcuris. 115. l. capienda. 129. l. in obſcura. 140. l. Neratius. 152. l. ea quæ. 153. §. in re. l. quoties. 21. l. ſemper. 158. l. non omne. 187. l. factum. 197. §. fi. de reg. iur. cap. in obſcuris. 30. cap. inſpicimus. 45. c. in generali. 81. eod. tit. in 6. cap. intelligentia. de verb. ſign. l. duo ſunt Titij. de teſta. tut. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de lega. 1. l. cum alimenta. de alim. legat. l. ex facto. §. ſi quis. ad Treb.

In dubiis veriſimilius, honeſtius, vtilius, benignius, potentius, melius, quod fieri conſueuit, ac demum minimum ſequimur.

Alia eſt: *Id primò præferendum quod ab omnibus recipitur, eo quod à quibuſdam & eorum quæ non ab omnibus, quod à pluribus & grauioribus. Si autem aliqua à pluribus, aliqua à grauioribus teneantur æqualis authoritatis omnia & momenti erunt.* can. in canonicis. diſt. 19. ca. de quibus. diſt. 20. ca. in ordinatione. diſt. 61. c. ſi tranſitus. diſt. 79. Sed hęc potius ad numerorum explic

Id primò præferẽdũ quod ab omnib. aut pluribus, aut grauioribus recipitur.

plicationem pertinere videbuntur, de quibus copioſè ſuo titulo diximus.

In Titulum de Vtiliori, & Benigniori.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

IN dubiorum vel obſcuriorum interpretatione poſt actum, veriſimilius & aptius, (de quibus s. mentionem fecimus) poſteriore loco poſuimus, vtilius & benignius ſeu fauorabilius. Quantùm ad vtilitatem ſpectat, natura eſt conſultrix prouida vtilitatem opportunitatúmque omnium. De iure poſitiuo certum eſt omnia iura à priſcis illis legumlatoribus vtilitatis tùm publicæ tùm priuatæ cauſa eſſe conſtituta. Quapropter Conſtantinus imp. non tantùm tuetur, ſed & laudat eos quorum cõmuni vtilitati proficiunt actus. l. eorum eſt ſcientia. C. de malef. & math. Innocentius etiam Pontifex in cap. magnæ. de voto & voti red. tria eſſe potiſſimùm attendenda cenſet: Quid deceat, ſecundùm æquitatem, ſecundùm honeſtatem, & ſecundùm vtilitatem. *Continuatio.* *Vtilitas à natura & iure conſideratur.*

Veruntamen hanc illi aliquando prætulit Cicero lib. 1. offic. & 2. de Oratore, dum ait: Nemo eſt, quin putet expetendam maximè dignitatem & honeſtatem: ſed vincit vtilitas plerúmq;, cùm ſubeſt ille timor ea neglecta ne dignitatẽ quidem poſſe retineri. Plus enim proficit, ſi proponatur ſpes vtilitatis futuræ, quàm pręteriti beneficij recordatio. *Licet in alio loco nempe 3. Offi.* *An vtilitas honeſtati præferatur.*

Cur

Curionem reprehendat, quod vtilitatem honeſtati præferret. Sed id omne intelligitur diuerſis reſpe-ctibus, & ſecundùm varias cauſarum figuras. De Benignitas *honeſtate ſ. diximus, hic de vtilitate. Porrò vtilitati proxima eſt benignitas ſeu fauor, ideóque hoc titulo coniunguntur, quia rarò vna ſine altera eſſe poteſt. De fauore & odio ſ. ſatis abundè tractauimus ſub tit. de amicitia. Nunc reſtat videre de benignitate ſeu clementia, quæ vel ex eo maximè cōmendatur, quòd ipſa nos Deo quam ſimillimos reddat, vt Cicero in oratione pro Q. Ligario, & nos quoque j. cap. 4. huius tituli oſtendemus. Quod ſanè eleganti allegoria declarat Claudianus in lib. de con. Manlij.*

De Vtiliori, & Benigniori, Tit. iiij.

CAP. I.

VTilitas in rebus diſcernendis primum ſibi locum vendicat.] l. pen. §. ait Prætor. de iuſtit. & iure. l. ſi cui. de ſeruit. l. ſed quę. de ſeru. ruſt. præd. l. in ambigua. de legib. l. ſi quis intentione. de iudic. l. ſi fundum. §. ſub cōditione. §. qui fundum. de leg. 1. §. ergo. in fi. Authent. quib. mod. nat. eff. ſui. coll. 7.

Ratio. Non enim ſpectamus quid Romæ fiat, ſed quid vtilius ſit, ad ſocietatis & tranquillitatis humanæ conſeruationem. l. ſed licet is. de offic. præſ. cap. magnæ. de voto. cap. 1. §. 1. de ſta. mon. in clem. prout in præfatione huius tituli ſatis amp

amplè docuimus.

Quapropter vbi vtilitas ſuadet alicuius, ex cauſa datur exceptio. l.vn. verſ.plerumque. ne quid in flum. pub. Sordi non eſt ordini decurionũ interponi ſpurium cùm ex vtilitate eius ſit ordinem ſemper plenum habere. l.3.§.fin.de decurion.Hæreticis propter vtilitatem neceſſarij vſus teſtimonia ferre in contractibus & teſtamentis non autem in aliis rebus permittitur.l.quoniam.C.de hæret.& Manich.Cùm euidens vtilitas expoſcit ſtatuta mutantur humana.cap.non debet.de conſang.& aff.Deniq; multa in iure contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta ſunt. l.ita vulneratus.ad leg.Aqu.Et propter vtilitatem plerumque receditur à regulis iuris communis.c.ſcias frater.7.q.1.can.diſpenſationes.in fin.cum ſeq. 1.quæ.7. Scripturæ publicæ propter vtilitatem contrahentium ceditur.l.optimam in fin.C.de contr.ſtip. *Paraphraſes regulæ tum exemplis tum iuribus illuſtr.*

Nec tamen, inquit Cicero lib.Offic. *Noſtræ nobis vtilitates omittendæ aliiſque tradendæ, cum his ipſis egeamus, ſed ſuæ quiſque vtilitati, quod ſine alterius iniuria fiat ſeruiendum eſt.* Iuuat l.4. C.de malef.& mathem. *Intellectus*

CAP. II.

Quæ inutiliter acta ſunt, pro nullis habentur.] l.quoties.qui ſatiſd.cog. toto tit. de confirm.vtili vel inut. in antiq.decret. l.pen.quando dies legati cedit.l.naturalis.§.ſed ſi dedi.de præſ.verb.l.fi.de condict.cauſ.data.l. 2.de auth.tut.

Par

Rationes. Paria enim ſunt non fieri & inutiliter fieri. l.quamuis.§.ſi conuenerit. ad Velleian.l.ſi manum. de heret. vel act.vend.l.qui ſatiſdare. de fideiuſſ.cap.inter corporalia. de tranſl.epiſcop. Et nullum ſeu inualidum de iure,nullum ſortitur effectum nec impedimentum præſtat.ca.nó præſtat.52.de reg.iu.in 6.vt ſ̃.dixi tit.deconfir.

Paraphraſes regulæ. Itaque inutilis obligatio pignoris vel contra vtilitatem publicam, non dat ius retentionis. l.cum vitioſe.de pignor. gloſſ.in l.fin.C.de pact.pign. Inutilis inſtitutio nihil proficit. l. hi demum. de bon. poſſ. contra tab.inutilis acceptilatio nullum habet pactum. l. an inutilis.de accept. Quæ vtiliter data ſunt legata, inſpicitur,alioqui non valent.l.3.in fin.de legat.præſt.

Exceptiones. Veruntamẽ inutilis diſpoſitio circa ſpeciem generi derogat, & aliquid operatur. Pulcher textus in l.cum dominus.§.fi.de pecul.leg.Item cum ſano temperamento id accipiendum eſt, id eſt, vt inuicem ea comparentur quoad iuris effectum: nam reuera in ſe nullum minus eſt quam inutile, vt eleganter demóſtrat Iuſtinianus in l.vn.in prin.C.de rei vxo.act.

CAP. III.

VTile per inutile non vitiatur.] ca. vtile. 37.de reg.iu.in 6.l.cum pater.de pact.dot. l.nouatio nó poteſt.de nouat. l.ſancimus. & ibi gloſſ. in verbo ſuperfluum.C.de donat.l. ſi ex falſis.C.de tranſact.l.antepen.& vlt. C.de inoff.donat.Auth. ex cauſa.C.de lib.præt.

Ratio. Fauetur enim actibus vt potius valeãt,quàm pereant quemadmodũ §. tetigi in tit de confir.

cap

cap.2.ex l.1.de iure codicill.

Stipulatio inutilis vtilem pręcedentem non vitiat.l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.de verbor. oblig. Cùm poſt vnam perſonam alia inutiliter adiicitur,adiectio ſtipulationem non vitiat niſi incertitudo vtrumque vitiet. l. ſed ſi ſibi cum duabus ll.ſeq.de ſtip.ſer.Vtile datum ex inutili confirmatione non infirmatur.Pulcher caſus iu l.quidam. §.ſed cum veteres. C.de neceſſ.ſeru. her.inſt. Quinimò aliquãdo cùm vna in inſtrumento ſtipulatio valida inuenitur,aliis inutilibus ſuam pręſtat fortitudinem.Singularis textus in l.1.in prin.& ibi gloſſ.C.de rei vx.act. *Paraphraſes regulæ.* *Ampliatio*

Nonnullæ tamen ſunt limitationes & diſtinctiones iſtius regulæ: Primò fallit in ſpecie. l.legatum ſub conditione.§.1.de adim.leg.Item diſtinguitur,vt habeat locum regula in iis quæ ab inuicem ſeparari poſſunt.l.1.§. idem Trebatius.de aqua quot.& æſtiua. l.1.§.ſed ſi mihi.de verb.ob.vbi ſuperfluum vitiatur.l.ſiue generalis.de iure dot. Nam aliud eſt, ſi eodem tenore concipiantur & nullam aut certe incommodã ſeparationem recipiant.§.quod ſi quis. Inſt.de inutil. ſtip. Quandoquidem vnius commixtio totum gradum vitiat, vt ſ.expoſui tit. de cum. confu.& diſt.cap.6. *Limitationes diſtinctiones & intellectus*

Item vtile hic accipi debet,quod vtiliter factum eſt ſecundùm iuris ſubtilitatem,licet poſteà ſit irritum defectu conditionis aut alio modo.Sic interpretatur iſtam regulã cum multis authoritatibus & diſtinctionibus Azo rub. 13.Item cum ampliationibus & reſtrictionibus

tract

tractant Viuienus, Riſuicius,& Donatus Fina libro 5.

Subregula Adiectio non vitiat actum validum, ſed vitiatur.

Hinc dependet alia notabilis ſubregula: *Adiectio non vitiat actum validū ſed vitiatur.* l.ſi peculium.de pecu.leg.l.3.§.ſi quis ita legauerit.de adim. leg. idque maximè obſeruatur in conditionibus,quæ ſi inutiles fuerint,aut contra iura ſeu bonos mores vitiantur, & non vitiant. l.non dubitamus. de cond. & dem. l.conditiones.in 1.& 2.de cond.inſt.l.ab adminiſtratione. C.de legat.can.quicunque.27.q.2.ca.1.de cond. appo. niſi conditio ſit contra ſubſtantiam matrimonij, quia tunc contractus ipſe rumpitur. cap.fin. eod.tit.de quib.ſ.mentionem fecimus tit.de ſub.& accid.& allis ſimilibus. Quod boni mores vetant obſeruari puta diremptionem matrimonij, ſine vllo damno coniunctio retineri poteſt nihilóque minus relictum debetur. l. reprehendenda. C.de inſt.& ſubſt. Idem de indicta viduitate.l.2.C.de ind.toll.Ratio eſt quia matrimonia poſſunt quidem vetari aut inuitari ſub ſpe premiorum,non ſub metu pœnarum. l. Titia.de verb.obligat.can.gemma.de ſpon.Peruerſum nō euacuat quę ibi recta ſunt, ſed ab eis potius euacuatur cuius rei pulchrum eſt exemplum de ſolennitate baptiſmi. in can. ſi non ſanctificatur.iuncta gloſ.de conſec. diſt. 4. Mali dicuntur ſanctitatem ſacramentorum polluere, non quantum ad ſacramenta quæ in ſe ſalua & impolluta nihilominus permanent, ſed quantùm ad adiectionem perſonæ,quæ dat vel accipit : nam in bonis ad prœmium valent, in

in malis ad iudicium. ca.quod quidam dicunt. verſic.ſicut redeunti.1.q.1. Si lapſi,pœnitentes vel criminoſi per errorem aut ignorantiam promoti ſunt ad ſacros ordines, iſtud non præiudicat iuris regulis, ſed ſi quando compertum fuerit deponuntur.can.quicunque.diſt.81.

Differentia inter ea quæ vitiãt & non vitiantur & ea quæ vitiantur & non vitiãt.

Differentia tamen eſt inter cõditiones clauſulas,aut diei adiectiones,quæ vitiant actus & non vitiantur, atque illas quæ vitiantur. l. hereditas ex die.de her.inſtit.l.1.& multis aliis in tit. de cond. inſt. Item aliquando adiectio aliquid operatur.l.ſi ſtipulatus. de vſur. Tunc autem non eſt ſuperuacua aut inutilis. Et ita declarantur multæ ſubregulæ, de vtili & inutili traditæ ab Azone in rub.53. Quas quidem quilibet per ſe videre poterit: Sunt enim neceſſariæ & vtiles ſcitu. Tractant etiam ampliſſime hanc regulam primariam Viuienus Riſuicius & Donatus Fina lib.5.

CAP. IIII.

Benigniorem & fauorabiliorem partem amplectimur.] l.ſemper.57. l.capienda.129.l. ea quæ.153. §.in re.de reg. iur. l.ſed licet is. de offi. præſid. l.filius. de condit.inſtit.l.legitimi.de legit.tutor.l.merito.pro ſocio.l. & ſuum heredem.§.vlt.l.maiorem.de pact. l.Barbarius. de off.Præt.l.non debet.42.§.vlt.de regulis iur. l. quidam exiſtimauerunt. ſi cert. petatur. l.ex hac.de donat.l.fi.C.ad Velleian.l.in rebus.in fi. C.de iure dot.l.in tempus.de her.inſt.l.per fundum.de ſeru.ruſt.præd.l. 2.de lib.& poſth. l.fin. de iureiur.l.adoptiuus.de ritu nup.lij.C.de iur.

& facti ignor.l.vlt.C.de precib.imp.off.l.vt reſponſum.C.de tranſact.l.ſi bene.de vſur.l.1.C. de commer. & merca. l.inter pares.de re iudic. l.2.C.commun.de leg.

Ratio. Ratio,quia per benignitatem Deo ſaluatori noſtro ſimillimi reddimur,cuius benignitas, te ſte Apoſtolo,totum mundum illuminauit. Vnde parcere ſubiectis eſt ſequi benignitatē Dei: nam in hoc principes poſſunt eſſe Deo ſimiles. l.imperiales.C.de nup.§.illud.verſ.nam & nos. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. coll.2.§.ſed & quod captiuitatis.§.quod autem.Authen.de nup.coll.4.

Expoſitio regulæ per diuerſa themata. Hæc autem gloſis ſiue regula maximè in ambiguis vel obſcuris obtinet.l.benignius.l.in ambigua. de legib. l. vt fideiuſſor. de ſolut. l. ſi præſes.de pœnis.Exemplum in libertate.l.cum veteres.C.de fide.liber.l.2.in fi. C.de communi ſeruo manumi.l. quoties.21.l.in obſcura.140.de reg. iur. Satius eſt , ambiguas atque legum diuerſis interpretationibus titubātes cauſas benignè & naturalis iuris moderamine contemperare.l.non ſine ratione,C.de bon.quæ lib. In re dubia benigniorem interpretationem & fauorabiliorem ſequi nó minus iuſtum eſt,quàm tutum. Expreſſim in l. proximè. de his quæ in teſta.delentur. iuncta l.Titiæ textores.de leg.1. Facit l. 1.§.cauſæ cognitio. de Carbon,edict.l.ſi ſeruus legatus. de fid.lib.l.fi. Qui ſine manu.ad lib.cap.in præſentia. de probat. Benignum eſſe Prætorem decuit ne qui ſperatur , ante vitam necetur. l. 1.§.ſi filius ab hoſtibus. de ventre in

poſſ.

poſſ. mitt. Benigna interpretatione vtimur & vtrumque eſſe poſſit. cap. cum tu fili. de teſtib. Humanior ſententia pro duriore eligitur. l. fin. C. qui bon. cedere poſſ. in his ſuper quibus ius inuenitur expreſſum æquitate ſeruata ſemper in humaniorem partem declinandum eſt. cap. fin. de tranſact. Item ſcientia non probata, præſumitur ignorantia, ſi iuſta & fauorabilis cauſa ſit. c. præſumitur. 47. de reg. iu. in 6. Et licet generaliter verba ſint propriè & naturaliter accipienda, vt ſ. diximus tit. de volunt. & verb. c. 5. tamen in fauorabilibus poſſunt extenſionem recipere aut coarctari. Notat Benedictus in ca. Raynutius verbo, duas filias. de teſtam. interpretatione legum pœnæ ſunt potius molliendæ quàm exaſperandæ. l. pen. de pœnis. Cæterùm de ampliatione fauoris & odij reſtrictione vide quæ ſ. latius diximus in titulo de amic. cap. 5. Benignitatis ratio iuris rigori præfertur. l. ſi tibi pecuniam. ſi certum petatur. l. ſi tibi. de donat.

Attamen aliquando ſeuerè reſpondendum eſt, iis ſcilicet qui ſcire debent. l. domitius. de teſtam. Item in vno pariter & eodem negotio ſeruemus rigorem & manſuetudinem oſtendamus: quin conſideratis locorum & temporum qualitatibus ſeueritati eſt detrahendum. cap. à nobis. cap. ſuper eo. de ſen. excom. Rigor etiam debet manſuetudine temperari. cap. 1. de iud. in Clem. De benigna interpretatione, quomodo fieri debeat, multa iura allegat & diſtinguit aptè Riſuicius in paratitlis. Item non ſequimur, *Intellectus & limitationes regulæ.*

quod benignum eſt, quando ex eo actus nullus efficeretur. d. l. duo ſunt Titij. de teſtam. tut. l. ſi quis ſub conditione cum gl. de cond. inſt. Item, *nihil eſt* (inquit Cicero lib. 1. Offic.) *laudabilius nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia, quæ ita demùm probanda eſt vt adhibeatur Reipub. cauſa ſeueritas ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt.*

In Titulum de Nobiliori, Meliori, & Tutiori.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Cõtinuatio.

OMnes boni, *inquit Cicero in oratione pro Seſtio*, ſemper nobilitati fauemus: & quia vtile eſt Reip. nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, & quia valere debet apud nos clarorum hominum ſenex de Rep. meritorum memoria etiam mortuorum. *Cùm autem Philoſophi prædicationem nobilitatémque deſpiciunt, in eo ipſo prædicari de ſe ac nominari volunt, vt idem ſcribit pro Archia poëta. Tametſi pulchrius multo parari quàm creari nobilem Auſonius exiſtimat, quod etiam in primo cap. huius tit. tetigimus. Sed in hac quæſtione eum modum adhibendum eſſe cenſeo, vt nobilitas generis ſine virtute nulla ſit, virtus abſque nobilitate generis plurimum valeat. Hic verò de nobilitate agimus non tam quoad genus & ſtirpem, quàm quoad valorẽ, potentiam, & dignitatem, vt notatur vulgò in l. quæritur. de ſtat. hom. At deinde de meliori, id eſt, ſatiori, potiori, & ex*

Nobilitas quomodo conſideretur.

Melius quid ſit.

& expeditiori, vt interpretatur author ad Heren. Ea enim potiora nobis eſſe debent, quæ Deum, qui eſt bonitas ipſa, & ſummum bonum propius contingunt. Iſtud námque finis eſt omnium actionum, cuius gratia cætera omnia facienda, non autem ipſum ratione reliquorum, vt diſerte ſcribit Socr. apud Platonem in Gorgia. Poſtea de tutiori tractabimus, quod & ſub melioris vocabulo generali (ſicut multa alia) cõprahenditur. Exponitur antẽ tutius, id eſt, abſque periculo in c. quanto. de conſuet. *Tutius.*

De Nobiliori, Meliori, & Tutiori, Tit. v.

CAP. I.

Nobilius ac validius eſt conſiderandum.] id eſt, potentius, quod aliis prævalet, vel quod ipſi rei dat cauſam. Cuius rei multa exempla ponuntur in l. quæritur. de ſtatu hom. l. verum. §. item quęritur. de minor. l. qui habẽt. de tutel. l. maiorem. de pact. l. cum te. C. de pact. inter emp. l. 1. C. de rer. permut. Accurſ. in l. 1. de ſeruit. vrb. præd.

Ratio poteſt deſumi ex iis quæ ſ. diximus in tit. de dignitate. cap. 1. nam dignitas & nobilitas ſeu potentia cuiuſque ſubiecti valdè attenditur. l. ſi cui. de annuis leg. Quò fit vt excellẽtius nomen ſub ſimplici vocabulo intelligatur. §. ſed ius quidẽ ciuile. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. Quanto eſt quiſque celſior, tantò potentior. ca. ſunt nonnulli. 16. q. 1. Propter nobilitatẽ *Ratio.*

alicuius nonnihil de rigore iuris dimittitur. c. ſi. & ibi Gloſſa de pœnis. Nobiliores præſumptiones ſemper in dubio eligendæ ſunt.l. merito.Pro ſocio. Non tamen generis ſed virtutum nobilitas vitæq́ue honeſtas gratum Deo faciũt maxime in miniſterio Eccleſię,& idoneum ſeruitoré, ad cuius regimen nõ multos ſecundùm carnem nobiles & potentes elegit, ſed ignobiles ac pauperes.cap.venerabilis.de præb.& dig. Iſtud idem eleganter commemorat Robertus Cœnalis Arboricenſis epiſcopus. de re Gallica li.1.perioche 8.mẽtioné faciens ſtatuti eccleſiæ Lugdunenſis in Gallia à Iohanne duce Burgũdiæ pridem duntaxat editi.de recipiendis in ea nobilibus ex quadrilatera progenie. Quod ita ſcilicet obſeruandum cenſet ſi huiuſcemodi idonei reperiantur : alioqui,Pauli Apoſtoli ſententiam,quæ ſ̃.allegatur,amplecti debere. Vir etiam optimus nunquàm fuit ignobilis : at verò contra ille ab auita nobilitate diſcedit, qui ſe turpium voluptatum illecebris vitiorum notis coinquinari ſinit, vt ornatè declarat Iuuenalis Satyra 8.& Boetius met.6.lib.3.

Reſtrictio.

Subregula Denominatur actus à digniori parte.

Hinc dependent aliæ ſubregulæ : *Denominatur actus à digniori ſeu potentiori parte*. l. 1. in fi.& ibi gloſſ.& Doctores.de verb.obl.l.etſi nõ ſunt.§.perueniamus.de auro & arg. leg. l.1.ſi ager vectig.l.legatis ſeruis.§.ſi vnus.de legat.3.l. cum ex aliqua.de acq.rer.dom.cap.1.de teſtam. cap.quod in dubiis.de conſec.eccleſ. Fallit tamé in matrimonio,quod à matre potius quàm à patre denominatur, quia mater eſt certa & inf

Infans materno magis indiget ſolatio quàm paterno.l.quia.de in ius vocando.cap.2.de conuerſ.infid.Item, *in mixto fit potius denominatio à digniori & nobiliori*, vt latè per ampliationes & reſtrictiones exponitur à Donato Fina lib. 5. Vide etiam de nobilitate multa quæ ſcripſit Medicæus reg.3. & 6.Item de triplici nobilitatis genere, & quæ alteri præualeat, fuſiſſimè tractant Iacobus Nouellus & Andreas Tiraquellus vir doctiſſimus in tit.de nobilitate.

CAP. II.

EA facta quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem ſenſum interpretamur.] l.in ambiguis.86.l.in ambiguis.97. de reg.iuris. cap.2.& 3.eo. tit.in antiq.l.ſi ita ſtipulatus fuero decem.de verb.ob.

In omnibus enim actibus humanis ſemper ea quæ ad bonum finem tendunt cõſideramus, vt multum oſtendit Ariſtoteles lib.1.Ethico.in pr.atque de eo amplius diximus ſ.tit.de virtute bonit.cap.2. *Ratio*

Plurima ſunt, & propè infinita exempla iſtius regulæ: Primùm lex mauult actum ſubſiſtere quàm omnino perire, quia melius & ſatius eſt.l.in contrahenda.133.§.vlt.de reg.iur.c. abbate.25.verſ.hic autem.de verb.ſig. l.ſi inter virum. l. qui duos. l.quoties.in 2.de reb.dub.l. cogi poterat.ad Treb.l.diuus.de vſu & hab.l.ſi cui.& l.ſeq.de ſeruit. l.Titio.de vſuf.l.vn.C.de rei vx.act.l.cum hic ſtatus.§.ait oratio.de don. int.vir.& vx.ca.1.17.q.4.c.ſi quis.12.q.2.c.inter. *Declaratio regulæ per per varia ſchemata.*

de fide inſtrum. cap. in his. de priuileg. qua de re ſ.etiam latius tractaui. Damaſus etiam tractat reg. 88. & Socynus reg. 7. Quin & cùm actus pro parte tantùm valet, in totum legumlatores valere voluerunt. l. 1. §. ſi ex fundo. de her.inſt. l.3.de mil. teſt. Alia ſunt pulchra exépla in l. de pupillo. §.ſi quis riuos.de noui oper. nunt.l.ſi finita.§.ex hoc edicto.de dam.infecto. l.ſi debitor. §.1.de fide.lib. In dubiis vel obſcuris id potius & melius ſequendum, quod nec ſacris ſcripturis aut canonibus aduerſetur. ca. fin.15.q.1.Huc pertinet commune illud dictum: *Si non valet quod ago, vt ago, valebit eo meliori modo quo valere poterit.*l.1.l.conficiuntur.de codicill.l.codicillis.§.vl.de legat.2.l.3.C.de contr. empt.§.optionis.Inſt.de leg.iuncta l.ſi pignori. & l.cum putarem.famil. erciſcun. Facit l.pater Seuerinam.§.conditionum verba. de condit.& demonſtr. Quod tamen fallit in caſu. l. fi. C.de codicil.de hoc ſ.latius titulo de potent.& impot. cap.1. Verba quoque intelligenda ſunt in meliorem ſenſum vt aliquid operentur. l. ſi quando.de leg.1.l.1.in fin.ad municip. Socynus reg.535.vt ſ.latius declaraui titulo de cauſa ratio. cap.5. Satius eſt vel fruſtrà nonnunquam impendia fieri, quàm denegari alimenta ei qui aliquo caſu dominus bonorum futurus eſt. l. 1. de ventre in poſſeſſ. mitt.l.ſed & ſi.§.an autem veſcendi.de Carbo.edict. In duriorem cauſam cenſetur facta ſolutio, quia eſt melior pro debitore.l.tertia.l. ceterum.l.ſi quis ex famoſa.de ſol. l.1.C.illo tit. l.ſi verò.§.de viro.ſolut.matr.

Si non valet quod ago vt ago, valebit eo modo quo valere poterit.

cap

cap. 1. de teſta. in 6. inter duas electiones quæ magis canonicè & rationabiliter facta ſit, alteri præfertur. cap. cum olim. de dolo, & contum. in dubio & varietate id obſeruãdum eſt, quod rationabilibus & approbatis moribus eccleſiæ ſaluis ſine præiudicio alieno poterit obtinere. c. cum olim. de conſuet. Melius eſt indigenam alienigenæ præferri cæteris paribus. can. epiſcopus & can. ſeq. diſt. 61. Tolerabilius eſt ſeruos mori dominis ſuis quàm extraneis ſeruire. l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. In obſcuris fauetur potius repetitioni quàm aduẽtitio lucro. l. non debet. 42. §. in re. de reg. iuris. Quando quæritur de mutatione ſtatus in melius, tunc licet etiam poſt quinquennium: non quando in deterius. l. 1. §. 1. Ne de ſtatu defunct. Melius eſt vtrique partium citò expediri, quàm manere taliter impeditos. c. literas. in fine. de reſtit. ſpol. Sed immò aliquando licet cõtrà ſit honeſtius, partem tamen eligimus potiorem. capit. bonæ memoriæ. in 2. de reſtit. ſpol. Et quid ſit melius, & tolerabilius non ſemper ſtrictè & ſecũdùm regulam æſtimamus, inquit Leo Papa, can. in adoleſcentia. 33. quæſt. 2. Facit can. ſi autem. 36. quæſt. 2. Cauendum quippe eſt ne diſcedens à monaſterio in deteriora præcipitetur: ideóque ei ſua non redduntur, ſed auferri ſinuntur. can. quicunque. 17. quæſt. 4.

CAP. III.

IN dubiis via tutior eligitur.] l. quoties. in pr. de verb. oblig. cap. fin. de presbyt. non baptiz. cap. ad audientiam. de homicidio. Nam vbi *Ratio.*

minus

Paraphraſes regulæ tum exemplis tum iuribus illuſtr. minus eſt periculi,ibi ſecurè agimus. can. non ſolùm.22.quæſt.4.vt in ſeq.cap.narrabitur.Exẽpla pulchra traduntur : in dubio ceſſare ab adminiſtratione ſacramentorum tutius eſt quàm celebrare,quia in altero nullum , in aliquo verò magnum periculum timeatur.cap.ſignificaſti.cap.pen.de homicid. Item excommunicato non vitare multò magis quàm non vitari periculoſum eſt : non vitare ſiquidem excommunicatus (cùm in eo ſit) ſine delicto non poteſt, ſed cum ex aliis pendeat,ſine ſuo delicto,poterit non vitari.cap.illud. de clerico excommun. Tutius eſt igitur & melius aliqua ſine periculo ex neceſſitate omittere , quàm ex temeritate non ſine periculo facere.cap.quanto.de con ſuetud. Omnia intelliguntur honeſtè deberi abſque periculo vitæ.l.hæ demum impoſitæ.de operis liber.Cauendum autem eſt, vt cuique è litigantibus liber & tutus ſit acceſſus ad iudicem,vt ſine periculo mortis accedere audeat. cap.accedens. Vt lite non conteſtata.

CAP. IIII.

VBi maius periculum eſt,ibi cautiùs proſpiciendum,ac pleniùs prouidendum.] l.1. in fi.prin.de Carbo.edicto.ca.vlt.& ibi gl. de offic.deleg.cap.vbi periculum.de elect.in 6. cap.vlt.§.& eorumdem.de hęret.in 6.cap.pr.in *Ratio.* prin.de elect.in extra.commu. Vt ſcilicet vnicuique rei ſecundùm ea quæ cõtingunt *Paraphraſes regulæ cum multis authoritatibus.* prompto remedio ſubueniatur,vt ſuprà expoſui ampliſſimè tit.de confir. val.& remed.cap. 6. Præcauendum eſt ergo maius periculum.Cuius rei exem

exempla ponuntur in c.2.ca.præterea de ſponſ. & matrim.cap.oblatæ.de appel.cap.2.de obſer. ieiun. Propter magnum,quod ex facto tam arduo,vtpote vinculo matrimonij poſſet periculum imminere, aliter quàm in cómunibus negotiis ſtatuitur. cap.fin.de procurat.in 6. Et è contra cauendum eſt,ne tantò periculoſiùs cadant, quantò citiùs ad altiora conſcendere feſtinant.can.pueros.pr.quæſt.1.Periculi euitandi cauſa receditur à regulis iuris communis. l. ſiquis officiis.§.fin.de ritu nup. Quod & ipſum amplè probat Medicæus reg.pr.

Circa maiora autem maius periculum vertitur,vt diſertè Chryſoſtomus loquitur in can. quieſcamus.diſt.42. Et cùm non habemus ſaluandorum omnium negotiorum penitus certitudinem deſpicimus ex iis quædam ne cunctorum patiamur diſpendia. can. diſpenſationes.pr. quæſt.7. *Vbi periculum aduenit, inuidia atque ſuperbia poſt fuere*, inquit Salluſtius in princip.belli Catil. *Intellectus*

In Tit. De Ordine, Conſuetudine, & Frequentia.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Ordinem ſeruare in omnibus rebus, præſertim in dubiis, & tutiùs & meliùs eſt, ad exemplum Hierarchiæ cæleſtis, vt eleganter declarat can. fin. diſt. 89. Nam qui ordinem ſequitur, ſeriem *Cõtinuatio.*

Ordinis, qui à Græcis εὐταξία nuncupatur, cõmendatio.

ſeriem atque collocationem, quæ à Græcis εὐταξία nuncupatur, is memoriam notam & æqualem neceſſariò incurrit. Quin immò his rebus quæ tractã tur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honeſtatem & decus conſeruabimus. Ita Cicero pater Philoſophiæ ſimul & eloquentiæ tradidit in li. Officiorum & de Claris orat. Quoad ius noſtrum ſpectat, non aliter extra ordinem procedimus, niſi ceſſante remedio ordinario, vt probatur copioſè infrà hoc tit. cap. 2. Loriotus noſter in tit. de iure eiúſq; ſpecie axiom. 22. ordinarium exponit remedium pro directo, & extraordinarium pro obliquo. Sed vide ne hæc interpretatio non ſatis conueniat, quia non eſt propriè genus eiuſdem ſpeciei.

Conſuetudo quot modis accipiatur.

Huic vicina eſt conſuetudo, quæ fit quaſi ordine quodam locorum & temporum obſeruato. Et quidem ipſi naturæ aliquando præualet, ſiue de animalibus, ſiue de rebus inanimatis loquamur, ſiue in bonam, ſiue in malam partem accipiatur, ſicuti multis docet Cicero in Lælio, & Plautus in Trinummo. Id tamen eſt animaduertendum diligenter, quando conſuetudo iuri, & bonis moribus aduerſatur non conſuetudinis, ſed corruptelæ nomen obtinere, atq; idcircò nedum obſeruari, ſed etiam arceri penitus ab humanis negotiis, & explodi debere, quemadmodum in exceptionibus ad cap. 3. iſtius tituli ſatis apertè oſtendemus.

Conſuetudinis duo ſunt extrema, frequẽtia & raritas.

Conſuetudinis duo ſunt extrema, frequentia, & raritas, quæ quidem interdum in bonam, aliquando in malam partem iuxta varietatem ſubiecti, cui inſeruiunt, aſſumuntur.

De

De Ordine, Conſuetudine, & Frequentia. Tit. vj.

CAP. I.

ORdo præcipuè in omnibus obſeruatur.] l. 2.§.priùs,& ibi Baldus. de vulgari. l. quoties.de vſufr. l. Gallus. §. quidam rectè.de lib.& poſt.can.licet.16.quæſt.3.can. in Chriſto. de conſecrat.diſt.2.l.ſi duas.in prin.de excuſa. tut.l.ſi non lex Ælia.de hæred. inſt.l. generaliter.§.proinde.de fid.lib.

Neque enim creatura quælibet in vna eadémque qualitate gubernari ac viuere poteſt, ſed ordinum & graduum diſtributio humanæ vitæ ſocietatem conſeruat, ad exemplum cæleſtis militiæ, vt eleganter notatur in can. fin. diſt.89. *Ratio.*

Quamobrem earum,quę præcedunt,vel quę ſequuntur ſummarum ſcripta,ſunt ſpectanda. l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de legat.pr. Poſterius demonſtrandi prioris cauſa cenſetur adiectũ.l. ſi communis ſeruus ita ſtipularetur.de ſtip.ſeruorum. Nouiſſimam ſcripturam eſſe ſpectandam aſſerit Iuriſconſultus in l.tutor datus.§.1. & l.hereditas. §.1.de teſta.tut. Qua de re ampliùs ſuprà tractauimus tit.de prin.med.& fin. cap.7. Gradatim honores deferendi ſunt, vt à minoribus ad maiores perueniatur.l.vt gradatim.l.honor. §.fi. de mun.& ho. Gradus eccleſiaſticæ promotionis, & interualla ſeruantur, *Explicatio regulæ per diuerſa themata.*

nec

nec ad priores ordines temerè quiſquam irrepat.can.pr.& per totam diſt.77. can.diacones. & can.peruenit.diſt.93.Naturæ ordine ſeruato regula interpretatur: extraordinariè verò non ſic.can.nec eam.cum ſeq.35.quæſt.2.& 3. in cauſis quæ ſummi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris, & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſeruandus.cap.in cauſis.de ſen.& re iud.debitus ordo inquiſitionis ſeruari debet : quòd ſi non fuerit ſeruatus,corrigitur.cap.qualiter.de accuſat. Ordinem in littera ſeu ſcriptura ſpectari oportere probatur in dicta l.2.§.prius.ca.mandato.de præb.& dignit.in 6.cap.ſi quis iuſto.de electio.in 6.

Probatio regulæ per antitheta. Ex diuerſo autē caſum appetit qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum, vt elegāter cum pulchra ſimilitudine oſtenditur in can.fin.diſt. 48. Ordo iuris peruerti nullatenus debet.cap.exhibita.de iudic. Quod non eſt ſecundùm ordinem iuris iuſtitia exigente caſſatur. c. cùm poſt petitam.de electio. Contra ſolitum ordinem iudiciarium prolata ſententia nulla eſt. l. prolatam.C.de ſen.& inter.omn.iudic.Quin & præpoſtera petitio non admittitur. l. vt debitum. C.de hered.act. De ordine iudiciario maximè tractatur in tit.de ordine cognit.& in c. tuam in decretal. vbi non oportet diuerſis proceſſibus intricare negotium , & cōfuſione quadam iudicij ordinem perturbare. Neſcio qua fronte,(ſcribit ſummus Pontifex Cantuarien. Archiep.) nos conſulere valeas, cùm dicaris iuris

ord

ordinem peruertere.ca.qua fronte.de appellat.

Exceptiones, & diſtinctiones.

Verùm profectò varietas ordinis contractus,teſtamenta & inſtitutionem non vitiat. l.ambiguitates,& l.præpoſteri. C.de de teſta.l. ſi ita quis inſtitutus ſit.de hær.inſt.

Item aliquando etiam ordine iudiciario nõ ſeruato manet ſententia.cap.ad petitionem.& ibi Glo.de accuſat.Non ſecundùm ordinem vniuerſi omnia æquè ac immediatè, ſed infima per media, & infima per ſuperiora ad odinẽ reducuntur.Eſtq; hęc lex vera diuinitatis ſecundùm Dionyſ. Areopagitæ ſententiã, quæ recitatur in c.1.de maio.& obed.in extra.commu. Magis exprimit venditionem,qui priùs recipit pretium quàm rem cõferat,ideóq; ordo numerationis pretij non attenditur,c.in tantùm de ſimonia.Item licet ordo iudiciarius in aliis ſeruandus ſit,tamen in matrimonialib. cauſis nõ vſquequaq; ſeruatur,pręſertim quando agitur de fœdere matrimonij.c.1.Vt lite non cõteſt.& in notoriis,cùm ſecundùm canonicas ſanctiones manifeſta accuſatione crimina non indigeant.Hícq; eſt caſus,vbi vulgò dicitur: *Ordo eſt non ſeruare ordinẽ*.c.ad noſtrã.in 2.de iureiu. *Ordo eſt nõ ſeruare ordinem.* Itẽ ordo ſcripturæ nõ impedit cauſam iuris aut volũtatis, cùm videlicet de mente agẽtium apertè cõſtat.l.quoties.de vſuf.l.cũ pater.§.fidei tuæ.De legat.2.Vnde pulchra deſumitur diſtinctio à Bart.& ſequacibus in d.l.2.§.priùs. videlicet inter ordinẽ ſcripturæ,& intellectus:quia hic ſemper ſeruatur,non autem ille,Item ordo literæ interpretatur ſecundùm ius commune.

cap

ca.cauſam.de reſcrip.Item ordo ſcripturæ non ſemper inſpicitur, ſed potiùs ex iure ſumitur id quod agi videtur. Singularis textus in l. in iis verò.§.fin.cum.l.ſeq.de ſolut.Item ordo ſeruari debet,niſi fauor aut voluntas præſumpta teſtatoris aliud inducat. l. ſi ſeruus legatus. de fide. liber. Item in coniunctionibus nullus eſt ordo,nec quicquam intereſt, vtrum eorum primum dicatur aut ſcribatur. l. quidam in teſtamento.de peculio lega. Item ordine vnuſquiſque munere legationis fungi debet, niſi cauſa neceſſitatis vrgeat.l.4.verſic. ordine. de legat. Item limitatur regula,vbi inter eaſdem perſonas par cadit affectio.Notabilis textus in l.heredes mei.§.vlt.& ibi Doctores. AdTreb.Item in edicto de damno infecto. l. ſi finita.§.ſi plures.de damno infecto. Item quando ordo ſcripturæ attendatur, & quando non, multis hinc inde allegatis iuribus oſtenditur ab Azone Rub.104.Ianuario reg.214.& Donato Fina lib. 5.Medicæus autem in reg.7.ita diſtinguit:Si ordo apponitur pro forma, niſi ſeruetur, corruit actus:non autem ſecus.cap.cum dilecta. de reſcript.Doctores in d.l.prolatam.Item ordo ſcripturæ ſeruatur in prælatione perſonæ, non in potiore actus,vt ſubtiliter docet Azo Rub.39. multis hinc inde allegatis iuribus aliàs, vbi quoque diſtinctiones ſubiicit.

CAP. II.

VBi competit ordinarium remedium,ceſſat extraordinarium.] l.in cauſæ.in 2. l. intra vtile.§. fin.de minor.l.pr.de Publi. in rem actio

actio.l.cum ſine.de Carbo. edicto. l. damni infecti.§.ei cuius.& l. ſi ædibus. de damno infecto.l.2. C.Quib.non obiicitur longi temp.præſcript.l.3.C.famil.herciſc.

Cuius regulæ multa reperiuntur exempla. Primùm,vbi quid eſt nullum ipſo iure, fruſtrà in integrum reſtitutio poſtulatur.l.3. C. Si aduerſus liber.l.2.ſi tutor.C.in quib.cau.in integ. reſt.l.3.C.de tuto.vel cura.qui non ſatiſd.l.2.C. de præd.& al.reb.mi. l.ſi cum pater. l.antiquæ. §.fin.C.Ad Velleia. Non eſt à principe impetrandum,quod à lege vel officio Prætoris conceditur.l.cum interdictæ.C.Arbit.tut.l.1.de iure lib. Vbi reuocatio ſententiæ propriæ eſt ipſo iure remedio prouocationis opus non eſt. l.pr.C.Senten.reſcindi non poſſe. *Paraphraſes regulæ exẽplis & iurib. confirmatæ.*

Econtra verò rectè procedit regula,vt tunc demùm ceſſante ordinario perueniatur ad extraordinarium.§.1.Inſt.de ſucc.ſub.l.4. Cod.de reb.cred. cap.tuam.de ordine cognit. ca.lator. Qui filij ſint legit. *Probatio regulæ per antitheta.*

Sunt tamen huius regulæ multæ limitationes,veluti quæ traditur à Bartolo in d. l. damni infecti.§.ei cuius: Quando per extraordinarium remedium plenius eſt conſultum quàm per ordinarium, tunc eo vti debemus. Itẽ quãdo in vna eadémque perſona concurrunt , regula locum habet.Secus ſi in diuerſis. l.mulieri.de cond.& dem. Vide quæ hac de re ſatis copiosè ſcripſimus in tit.de perſo.reb. cap.3.Item hæc regula latiùs tractatur cũ ampliationibus & reſtrictionibus à Donato Fina lib.3.& 5. *Limitationes & diſtinctiones.*

Subregulę Hinc dependent ſequentes ſubregulæ: *Non eſt inconueniens, vt duo remedia extraordinaria circa idem concedantur.* l.cum filiusfa.& ibi notatur. Si certum petatur. nam remediū extraordinarium non tollit aliud. l.quemadmodum. §. magiſtratus.& ibi Gl. Ad legem Aquil. l.de pecoribus. C.eodem, veluti cum limitationibus declaratur ab eodem Donato Fina lib.3.

Item: *Diſpoſitio generalis non complectitur extraordinaria.* l.Seio. §.medico.de annu.leg. l.Sépronio.de vſuf.leg. l.qui ſaltum. l.ſi fundus. l.a-uibus.de legat.3. l.id veſtimentum.de peculio. l. Seiæ. §.prædia.de fundo inſtru. Medic.reg.pr.

CAP. III.

Mos ſeu conſuetudo potiſſimum cuſtoditur.] l.ſemper.35. l.in obſcuris. 115. de reg. iuris. cap.inſpicimus.45. eod.tit. in 6. l.ſaccularij. §.ſunt quædam.de extra. cri. l. cum inter veteres. C. de fid.lib. cap. dilecto. de verb. ſig. l.præſides.de feriis. l.qui luminibus. de ſeruit.vrb.præd. l.teſtium. §.fin. de teſtib. l.ſi pupillus. §.pr. de inſtit.act. l. cum de lanionis. §. aſinam. l.cum quæritur. de fundo inſtructo. l. heredes palàm. §.1. in fi. de teſta. l.Aphricanus. §.1. l.ſi ſeruus plurium. §. fin.de legat. l.nummis.de legat.3. l.ſi cui annum.de annuis lega. l.nō tantum.de decurio.lib.10.

Ratio. Optima enim eſt legum interpres & miniſtra conſuetudo, atque vt dicunt, veluti altera natura. l.ſi de interpretatione. de legib. facit l. obſeruare. §. proficiſci. de officio proconſ. & leg. cap.cum dilectus.de conſuetud. Cicero de

finib

finibus,& de inuentione Rhetor.

Authoritas itaque magna eſt conſuetudinis antiquæ, vt videatur quid in eodē genere fieri conſueuit.l.3.& ibi Gloſ.C.de ædif.priua.Adeò quidē vt conſuetudo inueterata vim legis obtineat.l.de quibus cum ſex ll.ſeq.de legib.§.ſine ſcripto.Inſt.de iure nat.gent.& ciuili. Et vſus immemorialis conſtituti loco habeatur.l. iam hoc iure.§.ductus aquæ. de aqua quot. & æſt.c.ſuper.§.præterea.de verb. ſig. Cæterum de vſu amplè ſ̃.diximus in tit.de electio.vſu.c. 4. Cōſuetudo quippe difinitur,vt ſit ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege habetur ipſa deficiente. Lex eſt conſuetudo ſcripta: non ſcripta vocatur conſuetudo. Mos autē eſt longa conſuetudo è moribus tantùm tracta, vt eleganter explicat Iſid. in c.conſuetudo. & ibi Gl.& ſcrib.diſt.1. Vetuſtas& conſuetudo vtendi vim legis obtinet.l.1.§.fin.& l.2.l. ſi prius. §. 1. de aqua plu.arc.c.dilecti.de arbitris.cap.in aliquibus.§. vlt.& ibi pulchra Gloſſ.de decimis. Diuturni mores niſi legi ſint aduerſi conſenſu vtentium comprobati legem imitantur: nam oportet vſum & conſuetudinem approbare. can.diuturni.diſt.12.

Paraphraſes & ampliationes multis textibus comprobatæ.

Cōſuetudinis difinitio.

Differētiā inter morē & conſuetudinem.

Quæ moris ſunt , in bonæ fidei iudiciis veniunt.l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua. de ædil. edi. Secundùm morem delicta puniuntur.§.alia deinde lex.Inſt.de pub.iud. Cōſuetudo patrisfam.maximè ſpectatur.l.dominus Sticho. §.pr. de peculio leg.l.Labeo.de ſupel.leg. l.ſi quādo. l.pediculis.§. argento.de auro & argento leg.

Si ex conuentione ſtipulatio commiſſa fuerit, ex ſtipulatione agetur:ſin minus, vti caueri ſolet.l.ſi finita.de damno infecto.l. ſi publicanus. §.fin.de publica.& vect. Moram agentium intueri debemus,vt exemplis illuſtratur in l. Labeo. de ſtatulib. Sunt tolerabiliora, quæ vetus comprobat conſuetudo.l.imperatores. de pollicit.Pretia rerum neque ex affectu, aut vtilitate ſingulorum,ſed communiter,id eſt,ſecundum vulgi conſuetudinem æſtimantur. l.pretia. Ad legem Falc.l.ſi quis donaturus. de vſufruct.l.idémque.§. pr. Mandati.l.cum duobus. §.quidam.Pro ſocio. Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. cap. ſemel malus. 8. de reg. iuris. in 6.l.nó omnes.§.à barbaris.de re mil.l. Item apud Labeonem. §.ſi quis virgines. de iniur. l. 3. §. quæri poteſt. de ſuſp.tut.& in princ. Auth. vt qui obligatas ſe perhibent.cap.illo vos.de pigno.Et è conuerſo qui ſemel rectè cognitus eſt,non debet ob hoc ſolum, quod iam probatus eſt improbari. l. liceat.C.de off.aſſeſſ.Seruanda eſt generalis conſuetudo omnium eccleſiarum. can. nec numerus.10.quæſt.3.cap.quoniam.de conſecra.diſt.3. Quæ antiqua exigit conſuetudo, etiam in ſpiritualibus licet exigere.can.ſancta.& ibi Gloſſa.diſt.63.Porrò de antiqua conſuetudine multa dicuntur notatu digniſſima in can. conqueſtus.& ibi Gloſſa in verbo,conſuetudo,9. qu.3. Conſuetudo laudabilis excuſat à contumacia & expenſis, vt probatur exemplis in cap. cum veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſſio. Quádo

Antiqua conſuetudo laudatur.

do aliquid incertum quomodo ſtatuatur contingit,ad conſuetudinem recurrendum eſt. ca. cum ſint homines. cap.ad apoſtolicæ. de decimis.cap.de vxore.§.1.de ſepulc. Quin & generalis eccleſię obſeruantia antiquis iuribus pręfertur, quando aliud poſteà melius viſum fuerit.cap.vlt.de ſuppl. negl.prӕl. in Clem. Quod ſolitum eſt fieri, ſemper fieri creditur. l. matrem.l. ſiue poſſidetis. Cod. de probationibus. can.dilectionis.diſt.75. Et quælibet diſpoſitio ad ſolita reſtringitur. cap. 1. & ibi nocatur de precario. Quod quidem ampliùs declaratur à Medicæo reg.1.

De conſuetudine in genere mentionem hactenus fecimus:nunc autem probandum nobis erit, vniuſcuiuſque loci ſiue regionis conſuetudinem obſeruari. Probatur autem l. ſi fundus.de euictio.l.imperatores.de iure fiſci.l.ſemper in prin. de iure immuni. l. ſi certis annis. l. circa.C.de locato.cap.2.de feriis.cap.cum dilectus.de fide inſtru. cap.cum olim. de cler.coniug.cap.2.de obſeruat.ieiun.l.1.§.in honorariis. de var.& extra.cog. cap. Raynutius.de teſtam. c.certificari.de ſepul.cap.ex literis. cap. fin. de conſuet.Diuerſa quippe ſunt in variis regionibus mercium genera & numeratæ pecuniæ vſus.l.Ideò.de eo quod certo loco. §.plus autem. Inſt.de actio.l.vel vniuerſorum.& ibi Gloſſ.de pignor.cap.illo vos. eodem tit. in antiq. Vnde conſuetudo & mos regionis à crimine excuſat. can.denique.diſt.4.can. obiiciuntur. 22. quæſt. 4.Quin & circumiacentium locorum conſue-

Cõſuetudo loci ſeruanda.

tudo diligenter inquirenda & ſeruanda eſt. l.1. de fluminibus. cap. cum olim. de conſuet.cap. 2.de cognat.ſpir. Sed notandum eſt conſuetudini regionis, quia plerunque facti eſt renuntiari expreſsè poſſe: in tacitis verò ea ſemper videtur ineſſe. Baldus & Doctores in l. circa. C.de locato.

Probatio regulæ per antitheta. Econtrà verò ſi quis morem fideliſſimæ vetuſtatis voluerit mutare, irritam morientium videri faciet voluntatem. l.teſtamenta omnia. C.de teſta. Longa conſuetudo ratione ſubnixa cuſtoditur,& contra factum reuocatur, niſi ſit contra legem, aut rationem naturalem.l.1. & 2.& ibi notant Glo.& Doctores. C.Quæ ſit longa conſuet. Conſuetudinis item vſúſque longæui non eſt leuis authoritas, & plerumq; diſcordiam pariunt nouitates.ca.cum conſuetudinis.de conſuet. Vnde in hac parte,inquit Pontifex, conſultiùs duximus multitudini & obſeruatæ conſuetudini deferendum,quàm aliud in diſſenſionem & ſcandalum populi ſtatuendum quadam adhibita nouitate.c.3.de cõſang. & aff. Si aliquid contra antiquam & rationabilem conſuetudinem de corpore ſuo alibi, quàm in religioſis locis ſepeliri quis mandauit, hoc non præiudicat rationi, ſed viribus debet carere.cap.3.de ſepul. Per epiſcopum loci compeſcantur, qui malitiosè nituntur laudabilem conſuetudinem immutari. ca.ad apoſtolicam.de ſimonia. Nec per mãdatum ſingulari conſuetudini bonæ cenſetur derogatum. ca.cum in eccleſia.de præb.& dig.in 6. Nec facilè

tile à maiorum legibus receditur. §.ſtudium. Auth.de triente & ſemiſſe.coll.3.Qua de re vide quæ ſ. tractauimus in tit. de æta. nouo & vet.ca.tertio.

Verumtamen conſuetudo non debet præualere rationi & veritati. can. veritate.& ſeq. & can.fruſtrà.diſt. 8. can. vſus cum ſeq.diſt.11. atque eiuſmodi conſuetudo nullas vires obtinet: non enim temerè cōniuendum eſt ad corruptos fori mores,& imperitam prauorū conſuetudinem.§.vlt.Inſt.de ſatiſd.tut. Et iuri ſcripto non præiudicat,ac iuxta illud reformatur. cap.2.& ibi Gloſſa,de probat. Item quando cōſuetudo ſcandalum generat, aut grauamen infert eccleſiæ,non tenet.c.1.de cogna. ſpirit. ca. 1.de conſuet. Item conſuetudo irritatur per quam neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ diſrumpitur.cap.cùm inter vos. illo tit. Et cōſuetudo contra libertatem eccleſiæ potiùs abuſus reputatur.c.vn.& ibi Gloſ. de iniur. & damno dato in 6.Item omne quod contra bonos mores vel catholicam religionem non eſt, indifferenter habetur,& pro eorū ſocietate,cum quibus viuitur ſeruandū eſt,vt eleganter demōſtratur in can.in his rebus. ca.illa autem.& per totā diſt. 12. Quod enim eſt directò contra bonos mores nulla poteſt conſuetudine introduci. cap.2. de pœnit.& remiſſ.in 6.cap.1.de præ.& dig.in 6. Item conſuetudo quæ legibus eſt contraria,ſeu canonicis inſtitutis nihil obſtat, ſed reprobatur atque exploditur.c.ad audientiam. de conſuetud. Nam omne ſtatutum vel conſuetudo

Exceptiones & intellectus.

ſic debet intelligi, vt nec priuilegio, nec iure communi, quod pro vtilitate omnium introductum eſt, deroget ſeu præiudicet. cap. cum dilectus. illo tit. Huc pertinet cap. 2. de tempo. ordin. cap. cum ſatis. de officio archidia. cap. clerici. de iudic. cap. cæterum. de iura. calum. cap. cum cauſa. de ſen. & re iud. cap. ſi duobus. §. vlt. de appellat. ca. conſtitutus. de fideiuſſ. cap. 3. de donat. cap. 1. in medio. de offic. iud. ord. in extra. commu. cap. ſeries. de teſtibus. cap. non ſatis. & ſeq. ca. ea quæ. de ſimonia. Sed & malè adinuēta, prauæque conſuetudines ex longo tempore non confirmantur. §. pr. Auth. vt nulli iudices. coll. 9. Sunt enim potiùs deſuetudines & corruptelæ. ca. 1. cap. venerabilis. & cap. vlt. de conſuet. cap. cum haberet. De eo qui duxit in matrim. cap. aqua de conſecrat. eccle. cap. inter dilectos. de exceſſ. prælat. Notat Io. Fabri. & ſcribentes in Auth. hoc ius porrectum. & Auth. præterea. C. de ſacro. eccle. ca. Meſſana. de electio. cap. quanquam. de cenſib. in 6. ca. ſicut pro certo. ca. cum eccleſia. de ſimon. cap. vn. eod. ti. in extra. commu.

Ideóque penitus improbantur, & tanquam peſtes radicitus extirpari debent, ne videlicet in priuilegiorum vim ab impiis aſſumantur. can. mala conſuetudo. diſtinct. 8. c. ad noſtrā. de probat. cap. fin. de ſtatu monac. cap. pr. de conſuet. in 6.

Niſi tamen hoc de conſuetudine obtineat ſpeciali, quæ contra ius commune aliquid inducit: quod de conſuetudine legitimè præſcripta

pta intelligitur : & niſi fundatione ex cauſa fuerit inſtituta conſuetudo. cap.2. §.vt autem. de relig.dom.Item iudicatum in vna cauſa non infert neceſſitatem in ſimili ita iudicandi,cùm ſemper variæ adſint circumſtantiæ & momenta,ſecundum quæ iudicatur.l.nemo. C.de ſent. & inter. omn. iud. de quo vide quæ ſ.diximus in tit.de ſimil.contra. cap.1.Item quando ſtilus curiæ ſeruetur & quando non, multis explicat Baldus in l.etſi ſine.§.Lucius.de adm.tut. Atq; etiam cum ampliationibus & reſtrictionibus Nouellus reg.198.& Medicę.reg.2.Item noſtrã gnoſim latius declarat cum fallentiis &diſtinctionibus Azo rub.10.Sed &notabiles traduntur diſtinctiones : in iis quæ non ſunt ſubſtantialia,ſed tãtum ceremonialia nil officit diuerſarum eccleſiarum conſuetudo diuerſa,dùm in fide concordent.can.ſi quis presbyter. de conſecr.diſt.4.ca.2.de feriis. Item conſuetudo ampliatiua iuris valet : non autem reſtrictiua. ca. quod ſuper his.de conſang. & affin. Item conſuetudo vel conuentio in exigendis procurationibus obſeruatur , modo ne ſit maior taxatione nuper facta.ſi autem maior non ſeruatur. cap.vn.verſic.noſtræ de cenſib.in extra.comm. Item ſi inducatur conſuetudo contra ius conditum in fauorem vtẽtium conſuetudine præiudicabit iuri,nec delinquent,qui illam ſequẽtur,cum cuilibet permiſſum ſit iuri ſuo renuntiare.l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſ.& cle. in his autẽ quæ ſunt iuris diuini, naturalis aut verò ciuilis quod pro omnium vtilitate general

Diſtinctiones.

raliter factum eſt, conſuetudo iuri præiudicare non poteſt nec excuſat, vt eleganter diſtinguit Damaſus ſubtilis doctor in reg. 16. Cæterũ qui vult multa alia videre circa conſuetudinem cũ multis ſolutionibus & diſtinctionibus, illum remitto ad Azonẽ in reg. 72. Duennam in reg. 134 135.138.144.147.160. Riſuic. in paratitlis. Donatum Finam lib. 5. Socynum reg. 110. & Bernardum Diam reg. 139.142. & 143. qui multa hac de re copioſiſſimè tractarunt. Item quamplurima notatu digniſſima ſcripſit Loriotus doctor noſter in ti. de iure & eius ſpecie. axiom. 62. & reliquis ſeq. vſque ad fin. tit.

CAP. IIII.

QVæ ſunt in frequenti vſu, clarius explicari debent.] l. legaui. de libera. leg.

Ratio. Nam quæ frequentius fiunt, potius attenduntur. l. quoniam circa fi. C. de ſacr. eccleſ. vt ſ. tetigi in tit. de elect. vſu. & hoc tit. c. prox.

Paraphraſes regulæ iur. & exẽplis confirmatæ. Vnde propter aſſiduam & quotidianam ſeruorum comparationem diuerſum aliquid ſtatui publicè intereſt. l. iuſto. de vſuca. Quia peccatum ſimoniæ antiquitus fuit maximè frequentatum, ideò & maiorũ mucrone frequenter ſucciſum eſt, & nos ipſi præuidere extremo remedio debemus. cap. reperiuntur. 1. quæſt. 1. Ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti ſententia condemnantur. cap. 1. de pœn. Tanto magis aliquid timeri debet quanto ſæpius & diſtrictius inhibetur. cap. vn. & ibi gloſſa. de iniur. & damno dato. in 6. Euitandum quoque eſt quantùm fieri poſſit ne quid ſiniſtri

aut

aut incommodi frequentius accidat:ne, inquit Iuſtin.Imp. & crebra vel quaſi ludibrioſa ſit cu ratoris creatio, & frequenter tam naſcatur quàm deſinere videatur.l.cum aliis.C.de curat. fur.l.fin.§.pen.C.de bon.quæ liberis. Quamuis ait Pontifex, ſuper hoc in iure ſatis plenè alibi fuerit prouiſum, ne tamen in hoc aliquis ex ignorantia iuris ſe ſatagat excuſare, iſtud expreſsè præmiſſit duximus apponendum.d.cap.1. §.fi.de pœn.

CAP. V.

QVod rarum eſt,diligentius appetitur.] can.legimus.diſt.93.

Hæc gnoſis licet videatur præcedenti aduerſari ex diametro, tamen quia multa ſpecialia continet,ſeparatim tractabitur.

Magna enim qualia ſunt rara,ſemper exquiruntur.can.ſi officia.diſt.59.can.in ſancta.2.q.7. *In omni re quidquid optimum,id rarū eſt*, inquit Cicero de fin.& dial.de amicit. *Ratio.*

Inde etiam quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta. l.Item apud labeonem.§.ait Prætor.de iniu. l.ſi ſeruus. §.inquit lex.ad leg.Aquil. Quæ ſæpè contingere ſolent non adeò miramur. can.noſſe.diſt.63. Quando vſus eſt infrequens, extra ordinem ſubueniri debet. l. 1. §.hoc interdictum.de migrando. *Paraphraſes regulæ.*

Licet autem partus quinquagenariæ mirabilis ſit,& rarò cõtingat,nil tamen eorum quæ probabiliter à natura noſcuntur eſſe producta reſpuendum.l.ſi maior.C.de legit.hered. *Intellectus*

Ius.

Ius enim ſtatuit non tantùm in eo quod eſt, ſed quod eſſe poteſt, id eſt, non ſolùm complectitur quæ ſæpè contingunt, ſed etiam quæ rarò.l.ſi quis ab alio.de re iud.l.ſi.qui & à quib.vt Azo amplius explicat rub.19.

Except. & diſtinctiones. Verùm proculdubio ad ea quæ rarò contingunt, legumlatores non reſpiciunt.l.nam ad ea. cum ſex ll.ſeq.de legib.ca.ſi quis omnem.1.q.7. gl.in ca.per litteras.de deſpon.impub. vt multoties etiam ſ. tetigi. Sed hic talis diſtinctio adhibetur inter ea quę rarò, tamen naturaliter accidere ſolent & ea quæ contra naturam, vt in priore caſu etiam leges ſubueniant: non autem in poſteriore: quemadmodum multis hinc inde iuribus allegatis comprobat Riſuicius in ſuis paratitlis. Item quando ad ea quæ rarò accedunt, iure adaptentur & quando non, docet Damaſus reg.103.& Medicæus reg.7.

In Titulum de Superfluo, & Abſurdo.

ΠΡΟΛΕΓΟ΄ΜΕΝΑ.

Cõtinuatio. *Nimia frequentia generat ſuperfluitatem & odioſam abundãtiam quæ, vt in aliis artibus, ſic in Iuriſprudentia, quid fieri poſſit, euitatur: quandoquidem natura ſumma rerum opifex*

Natura nil facit fruſtra. *& conſeruatrix omnia non fruſtra, ſed ad aliquẽ bonum finem facere contendit, veluti Ariſtoteles,*

Differẽtia inter abun *& alij Phiſici tenuerunt. Differentia verò propriè ponitur inter abundãtiam & ſuperfluitatem, quod illa*

illa plerunque ſine vitio accipiatur, & in neutram partem: hæc exceſſum adeóque vitium ſemper denotet iuxta verſum, quem ſæpe allegaui: *dantiam & ſuperfluitatem.*

Omne quod eſt nimium vertitur in vitium.

Sed & qui volet plura de ſignificatione ſuperflui & ſuperuacui intelligere, eum ad Gellium in lib. Noct. Attic. 1. ca. 22. remitto. Nos enim id non ſuſcepimus negotij ſingula verba interpretari, quin potius lexicariis qui permulti ſunt in iure, relinquimus. Finitimum eſt abſurdum, quod ſimiliter ab omnibus actibus reiicitur. Huius autem appellatio latius patet quàm ſuperflui. Nimirum id omne vocamus abſurdum, quod ineptum incongruens & ab homine frugi prorſus eſt alienum. *Abſurdũ.*

De Superfluo, & Abſurdo, Tit. vij.

CAP. I.

ABundans cautela non nocet.] Veluti ſi quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſerantur aut ad abundantiorem cautelam: ius enim cõmune non lædunt. l. quæ dubitationis. 82. l. non ſolent. 95. l. expreſſa. 156. de reg. iur. l. qui mutuam. Mandati. l. nonnunquam. de condit. & dem. c. accepimus. de ætate & qual. l. ſi pupilli. §. 1. de neg. geſt. l. quæ extrinſecus. de verb. ob. l. ſancimus. C. de donat.

Ratio, quia etiam non neceſſaria verborum multiplicatio non mutat rerum ſubſtantiam. l. pediculis. §. Labeo. de auro & argento leg. l. ſi *Ratio.*

ſer

ſeruo. de adim. leg. (quamquam ſuperflua pro non ſcriptis habeantur.l.ſi Titio.ver.quædam. quando dies legati ced.) vt ȷ̃.proximè dicemus.

Nec etiam immutat naturã actus. l.3.de leg. 3.l.lecta in verbo,proba.ſi certum pet.l.1.§.1.C. de rei vx.act.

Paraphraſes regulæ multis iurib.decoratæ. Itaque nec nocent ſuperflua, nec vitiant, d. l.quæ extrinſecus.l.cum tabulæ.de bon.poſſeſſ. ſecund.tab.l.qui Stichum.de acceptil.Clauſula conſueta. apponi de ſtylo notariorum non infirmat actum modò nõ ſit contra ſubſtantiam; vt s̃.tetigi in tit. de ſub.& accid. cap.2. Probatur in cap. venerabilis.de confir.vtili. Adiectio falſæ cauſæ non nocet, quæ ſi adiecta nõ eſſet, nihilominus actus valeret. cap.ex parte tua. de conuer. coniu. Neceſſaria demùm prætermiſſa imminuunt contractus, & teſtatoris officiunt voluntati, non autem abundans cautela. l. teſtamentum.C. de teſtam.

Limitationes. Fallit regula quando ex abundanti per imperitiam aliquid dicitur.l.legata. de ſupell. leg. Item de iis intelligitur regula, quæ ad confirmanda priora ſubiiciuntur,licet ſint ſuperflua. l.ſi expreſſim.de appel.Item ſi quidem non ſint contra naturam aut ſubſtantiam actus, quia ſecus in affirmatiua. l.fideiuſſor obligari. §. qui certo.de fideiuſſ.vt proximè diximus.Item aliquando propter abundantiam verborum redditur actus ſuſpectus. l. ſi quis ſub conditione. cum gloſſ.1.de cond.inſt.

CAP. II.

SVperflua, & quæ ad rem non pertinent, ab

omn

omnibus actibus reiiciuntur.] l. ampliorem. §.in refutatoriis. C. de appell.l.nec nos.in fi.C. de cap.& poſt.reuer. l.fi.C.de donat.§.vn.Aut. de filiis ante dot.inſt.natis.coll.3.ca.ſi Papa. de priuil.Gregorius in procemio Decret.

Deus enim lex, & natura nihil faciunt fruſtrà.l. hæc ſtipulatio. §.fi.vt legat.nomine.can. huius.diſt.76.Item alia ratio:*Omne quod eſt nimium vertitur in vitium.* l.item apud Labeonẽ. §.quæſtionis.de iniu.§.1.Auth.de immenſ.don. coll.7.Et penè nihil immenſum bonum eſt. §.1. Auth.vt determin. ſit num.cle.coll.1.§.1. Aut. de non alien.coll.5.cap.cum in multis. in pr.de reſcrip. in 6.quod ſ̃.latius expoſui tit.de temp. cap.1.& 2. *Ratio.*

Ergo vacuum & ſuperfluum repellitur per quod animi iuuenum ad primam legum veniut audientiam perterriti, & ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ diſpoſitiones accipiunt, vt eleganter notatur in l.vnic.C.de nudo iure.Quir.toll. l.antiquæ. C.ad Vellei.& in epiſtola dedicatoria huius voluminis. Vnde curauit Iuſtinian.Imp.vt reſecatis ſuperuacuis (quantùm ad legum ſoliditatem pertinet) præfationib. ordo conſtitutionum aptiſſimus com poneretur. l.1.§.quibus. C.de nouo Codice faciendo.In cauſa quippe ſubtiliſſima,puta teſtamenti, quæ ſuperflua ſunt, minimè debent intercedere,ſed quę neceſſaria.ne turbetur mens teſtatoris ſiue teſtium. l. cum antiquitas. C.de teſtam.Vt quid, inquit, membranas occupant, poſtquam non habentur accepta?can.1.diſt.18. *Paraphraſes regulæ multis authoritatib. cõfirmatæ.*

Omn

Omnis vſura & ſuperabundantia prohibetur in lege, eo quòd exceſſus, & abundantia contra legem humanam eſſe dignoſcitur. cap.conſuluit. de vſur.cum aliis ſimil.

Notabile. Cæterùm quando quid eſt ſuperuacuum, debet ei ſpecialiter derogari: nam in eo quod derogatum non eſt adhuc tenet.l.fi.§.& hæc quidem. C.de iure delib.

CAP. III.

ABſurda in iure vitanda.] l.in quæſtiones. §.1.C.de ſent.paſſis,& reſt.l.nam abſurdũ. de bonis lib.l.diuortio.Sol.mat.l.1.§.vnde quæritur. de public. l.nec audiendus. de operis lib.l.fin.in prin. C. de vſur. rei iudic. can.iniuſtum.12.q.2.

Ratio. Ratio: nam vno dato abſurdo aliud facilè conſequitur, & ſic totum ſubito corruit. l. ratas.C.de reſcind.vend.

Expoſitio regulæ per varia ſchemata. Vnde ſano intellectu accipienda eſt conſtitutio, ne ſequatur abſurdum. cap.1.verſ.excõmunicationis. de priuil.in extra.commun. Abſurdum eſt, vt tot ſint electiones, quot ſunt numero eligentes, ideóque merito nulla eſt talis electio.cap.in geneſi.de elect.Satis videtur abſurdum teſtes eos de auditu admitti, quorum repellerentur authores. cap. licet quadam. de teſtib. Sed & infinita propè exempla de vitanda abſurditate paſſim in iure reperiuntur.

Subregula Hinc etiam emanat ſubregula: *Abſurdum quando reſultat, non comprahenditur in generali diſpoſitione*.l. obſeruare.§.fi.de offic.proconſ.l. ſi quis ex argentariis.§.fi.de edendo.

Abſurdũ non coprehẽditur in generali diſpoſitione.

Hanc

Hanc ſubregulam copioſè tractant Mediceus reg.1.& Donatus Fina lib.5.

In Titulum de Affirmatiua, & Negatiua.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

QVoniam in hoc libro de qualitate Terminorum Legalium decreuimus dicere, ſciendum eſt in primis illud conſiderari, affirmatiue an negatiuè quis loquatur, an alio modo. Illa enim ex diametro ſibi ſunt cōtraria, ſicut ait & negat. Hæc tamen differentia inter ſimplicem loquelam & affirmationem ex Tullio in lib. off. elicitur, quòd affirmatio plus vehementiæ & aſſeuerationis ſignificet: his verbis: Quod affirmatiuè quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. *Cōtinuatio.* *Differētia inter ſimplicem loquelam & affirmationem.*

Ex eo liquido conſtat iuſiurandum nihil ferè amplius continere, niſi quod ſub forma religionis conceptum ſit, vt idem ipſe teſtatur. Quanquam in oratione pro Roſcio Comœdo mendacium periurio æquat: Nō enim, *inquit*, ex pactione verborum, quib. iuſiurandum comprehenditur, ſed ex perfidia ac malitia per quam inſidiæ tēduntur alicui, Dij immortales iraſci ac ſuccenſere conſueuerunt. *Verùm hæc ita poſſunt rectè conciliari, vt quo offenſionem Dei æquiparentur, non autem quoad ſcandalum & offenſionem proximi. Negatiua autem per oppoſitionem negationis in aliqua re ſeparatur, veluti:* Albus non albus. *Quod & diſparatum Cicero nominat libro de inuent. Cæte-* *Alia differentia inter iuſiurandū & affirmationem.* *Negatio.*

rùm de duabus affirmatiuis, duabus negatiuis ſeu inuicem permixtis, quas vires & effectus habeãt, tractant copioſiſſimè Dialectici, qui accuratius omnem vocabulorum ſignificationem atque proprietatem indagarũt. Apud Iuriſconſultos hæ voces ſecundùm ſynceram, & genuinam Grammaticorum interpretationem accipiuntur.

De Affirmatione, & Negatione, Tit. viij.

CAP. I.

Affirmanti, non neganti, incũbit onus probandi.] l.2.& ibi gloſ.l.quoties operæ.§. qui dolo. l. in exceptionibus. l. verius. de prob.l.actor quod aſſeuerat, C.eod.tit.l.qui accuſare.C.de edendo.§.& verius.Inſt.de leg.l.in teſtamento.in prin.C.de milit.teſta.l.eſt & decretum, de iure fiſci. l. fin. C. de ſolut.cap.1.de cland.deſp.

Nam ſecundùm naturæ ordinem qui aliquid intendit, fundare debet ſuam intentionem. l. qui in alterius. 13. §. vlt.de reg.iur.l.quod dicimus.de ſolutio. Et ex diuerſo per rerum naturam factam negantis nulla probatio eſt, d. l. actor.& cap.vlt.§.vlt.de iureiur. cùm & ſi cuilibet de ſe poſſet aſſerere quod ad eũ citatio non perueniſſet, ſinguli tamen eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares.cap.bonæ memoriæ,de elect.

Explicatio regulæ per diuerſa themata.

Vnde ſatis vulgatum eſt, actore non probãte ſtatim reum abſolui etiam ſi nihil præſtet, vt in

vt in d.l.qui accuſare.& §.commodum.Inſt. de interd. Aut ſaltem actionis effectum retardari. l.2.l.fruſtra.l.cum te.C.de probat.l.vlt.C.de rei vindic. Probationis onus aſſerent ad ſe recipit qui ſi adfirmationem non impleat, incōcuſſum poſſeſſionis ius obtinebit. l.non ideò minus.C. de liberali cauſa. Facit c.cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſ. & prop. Non tantùm iuris ratio ſed æquitas quoque ſuadet, vt probationes ſecum adferat,debitorémque conuincat,aliquid petiturus.l.vn.in fin. C.de ſuffragio.Nec poteſt actor petere vt edatur ab aduerſario contra ſe, ſed officio iudicis edi debet.Notabilis l. 1.C.de edendo. Probationes ei qui de poſſeſſione victus eſt exiguntur.l.2.C.de interd. Reprobatur conſuetudo regni Daciæ, per quam negatiua probari poteſt, atque dum tamen poſſit ex aduerſo affirmatiua probari, negatiuæ probatio non admittitur. cap.ad noſtram.de probat. Periculoſiſſimum eſt vt aliquis ſe in aliqua dignitate conſtitutum, in extraneo loco aſſerat, & pro tali habeatur, niſi prius ipſe quod aſſerit legitimis oſtenderit documentis,ideoque probare tenetur in ſcriptis. cap.1.in pr.de elect.in extra.commun.

Vera eſt potiſſimè regula in criminalibus cauſis.l.cùm ſuppoſiti.C.ad leg. Flau.de plagia. Et ſicut actor petitionem ſuam implere debet, ita reus ſuam exceptionem,quia in exceptione actoris vices ſuſtinet.Notatur in l.1.C.de prob. l.1. & 2. de exceptionib. Ex eo quod onus probandi ſolutionem incumbit aſſerenti, iſtud *Intellectus*

Ll 2 onus

onus non tollitur, niſi maxima præſcriptione: ſed exceptio non numeratæ pecuniæ biennio præſcribitur, quia non reo ſed actori incumbit onus numeratum fuiſſe.

Limitationes, diſtinctiones & intellectus

Iſta tamen gnoſis multas ampliationes limitationes & diſtinctiones recipit, vt paſſim videre eſt in tit. de probat. fallit præcipuè in caſu l. ſiue poſſideris. C. de probat. can. fi. 6. q. fi. Notat multos caſus fallentiæ gloſſa in d. cap. bonę memoriæ & gl. in §. quod autem diximus. Inſt. de legat.

Item ſi aduerſarius in ſe ſuſcipiat probationē. l. liberis. C. de inoff. teſt. c. cum olim. de priu. Item nonnunquam tota accuſatori probandi neceſſitas non incumbit, maxime in crimine falſi, vbi difficilis eſt probatio, ſed inter vtrãq; perſonã ſit iudex medius, & interdùm per quęſtiones aut alia indicia diiudicet. l. vbi falſi. C. ad legem Cornel. de falſis. & l. fallaciter. C. de abolit. Nam ei qui protulit ſcripturam quæ falſi arguitur, primitus eſt probandum, deinde accuſatori contrarium: quod quomodo ſit accipiendum docet gloſſa in l. fi. C. ad leg. Cor. de falſis. Item non reo ſed accuſatori onus incumbit probandi, niſi reum publica vexet fama: tunc enim ſecreta purgatio requiritur apud ſuperiorem. can. 2. & 3. 6. q. 5. ca. 1. 15. q. 5. Item licet negantis factum nulla ſit probatio, tamen eius qui ſpontaneam renunciationem negat (cùm implicite, & quodammodo replicando inficietur ſuper aſſertione ſua) habito ad dignitatem & opinionem reſpectu, probationes admittēdę

ſunt

ſunt. cap. ſuper hoc.de renũt. Item contra falſam adſertionem iniqui iudicis, innocens litigator quandoque non poteſt verã negationem probare ideoq; ſtatuitur, vt notarium aut viros idoneos duos ad minus habeat, qui omnia acta ſcribant.cap. quoniam contra. de probat. Item eius qui aſſerit iniuſtè ſe excommunicatum vix aut nunquam probatio admittitur, niſi tunc tantùm cùm aſſerit in excõmunicationis ſententia intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum: ad cuius probationem admittitur, antequam abſolutionis gratiam conſequatur. c.cum contingat.de off.& pot.iud.del. item licet actore non probante reus veniat abſoluendus etiam ſi nihil præſtiterit, vt ſ̃. dictũ eſt, tamen vbi actus eſt ſuſpicioſus oſtendendũ eſt eum legitimè,& canonicè proceſſiſſe.can.1. vt eccle.benef. Item aliquando propter falſam inficiationem diffitenti onus incumbit probãdi ſe debitum recepiſſe, cùm reus in exceptione actor ſit. cap.fi.de ſolut. Item licet negatiuè probari non poſſit, tamen interdùm admittitur æquitate ſuadente, cùm per confeſſionem partis aduerſæ rectè probatur. ca.1.de confeſſis in 6.Item fallit regula ſi quis ſiue agendo ſiue excipiendo ſola ſe fundat negatione Bart.in l.illa ſtipulatio.de verb.obli. Item declaratur noſtra regula cum reſtrictionib. à Bernardo Dia reg. 488. Item in iudicio cõmuni vbi vterque actor vterque reus eſt vterque probare debet.ca.3.& ibi not.de prob. Alias quoque multas ſubregulas de affirmatione ponunt explicant,& diſtin-

gunt Azo Rubr. 21. Dias reg. 564. & 565. Medic. reg. 5. & Donatus Fin. lib. 3. quas operæ pretium erit videre, quia totam hanc materiam decenter exornant.

CAP. II.

DVæ negationes affirmatiuam ſeu permiſſiuam inducunt, non econtra.] l. duobus. 238. de verb. ſig. l. non debet. 22. de reg. iur.

Exempla.

Exemplũ: *Nemo non currit, id eſt omnes currũt.* Multa quoque alia ſunt exẽpla tradita belliſſimè à Ioanne Paſſeratio in opere cui (Nihil) nomen nuper inſcripſit, quod ego Gallicis verſib. reddidi. Econtra verò nunquàm duæ affirmatiuæ negant, ſed ſenſum orationis augent & multiplicant, veluti apud Hebræos ſæpiſſimè vſurpatur. Attamen in primis notandum eſt apud Græcos & Gallos, qui ferè ſimili idiomate & loquendi formula vtuntur regulam locum ſemper non habere: nam inter eos duæ negatiuæ aliquando magis, & ἐμφατικωτέρως negãt: interdũ tamen & ſæpius affirmant. Item gnoſis noſtra ita intelligitur, quando duę negatiuæ vna oratione vel ſententia compræhenduntur: nam ſi diuerſis, vtraque vim negatiuę habet, veluti: *Non currit non ſedet.* Itẽ intelligitur quando aduerbium negatiuum proximè ſequitur dictionem negatiuam, vt in prædictis exemplis. Nam ita: *Nemo eſt non iuſtus.* Non eſt affirmatio ſed negatio: *Nemo eſt iniuſtus.* Ideò autem ſequi oportet quia ſe præcedat, nõ omninò affirmatiuam denotabit, veluti: *Non nemo eſt iuſtus.* Id enim nõ ſignificat omnes eſſe iuſtos, ſed idem

Probatio per antitheta.

Exceptiones, & intellectus

idem eſt ac ſi diceret: *Omnes non ſunt iniuſti*.Id eſt, aliqui ſunt iuſti. Quod ſi tres negatiuæ aut plures ſint, ſemper aduerbium negatiuũ ſuam vim ab ea dictione negatiua deſumet,quę proximè illud præcedit, veluti: *Nemo non iniquè agit*.Id eſt,omnes iniquè agũt. Idq́ue ex eo procedit (teſte diuo Auguſtino) quòd tale aduerbium negatiuum, illud quod præcedit non ex parte,ſed in totum diluit atque labefactat.Noſtram quoq; gnoſin ſeu regulã latius probat & declarat Azo in rub.30.Cæterùm qui volet accuratius hæc omnia cognoſcere, Dialecticos inuiſat,qui ſubtiliter examinando verum & receptum ſenſum tradiderunt, vt in præfatione huius tit.tetigi.Hinc dependent multæ ſubregulę:*E duobus illatis vnum negando alterum affirmare præſumitur,& contra*. ca.nonne benedicimus. de præſump. Cuius multas exceptiones tradit Ianuarius reg.186. Ea eſt enim contrariorum natura,atque diſciplina,vt s̃.ſuo titulo expoſui.Item: *Aliquando negatiua reſoluitur in affirmatiuam*.Azo ibidem hæc duo exponit.Itẽ: *Negatio reddit rẽ dubiam*.l.1.§.fi.teſta.quemad. aperiantur. l.elegãter. §.ſi poſt rem.de condict. indeb.l. 3.C.quib.ad liber.proclam. non lic.l.1. C.de procurat.cap.1. & ibi gloſſa de officio deleg.in 6.vt copioſius explicant Bernardus Dias regula 486. Socynus regula 235. Donatus Fina libro 5. vbi alias quoque de negatione ſubregulas ponit & Dias regula 437.Item Medicæus reg.prima & ſecunda. Item: *Maior eſt vis, negatiua in præceptis legis quàm affirmatiua*. Vt latè

Subregulę

te declarat idem Medicæus reg.5. Sed iſtud ad Theologos quoque referri poteſt.

In Titulum de Expreſſo, & Tacito.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Continuatio.

CVm affirmatio, vt prædiximus, nihil aliud ſit, quàm vehemens & expreſſa de aliqua re aſſertio: per negationem autem res dubia, & quodammodo tacita efficiatur. l.1.§.ſi. Quem.teſt. aper. idcircò de expreſſo & tacito proximè ſubiunximus. In quo notandum eſt expreſſum ſemper præualere tacito, quando videlicet ambo ab vnum eundémque finem tẽdunt. Exemplum in l.expreſſa & tacita: Lex ait *Cicero de legibus.* eſt iuſtorum diſtinctio ad illam rerum omnium principem expreſſa naturam ad quam leges hominum dirigũtur. *Atque idem ipſe lib.de Oratore:* Omnes tacito quodam ſenſu ſine vlla arte aut ratione, quæ ſunt recta ac praua diiudicant. *Tunc enim legum obſeruantia quæ expreſſim promulgatæ ſunt omnes homines ligat. l.& ſi ſine.§. Lucius.de adm. tut. l.leges ſacratiſſimæ. C.de legib.cum ſimilibus. Diuerſum eſt ſi æquitas naturalis iuri ſcripto & ſtatuto repugnet, quemadmodùm s. notaui in præfatione tit.de æquitate. Ac demùm de viribus vtriuſque vide quæ ſatis amplè diſſeruimus j. hoc tit.cap.1. Cæterum aliquando affirmari ſeu confiteri, & negari ſiue expreſsè ſiue tacitè poteſt: quando ſcilicet in commodum vel detrimentum alicuius reſpectiuè vergit, vt in c.3.explicabimus. Quantũ ad*

Expreſſum ſemper præualet tacito.

Tacitum.

ad loquacitatem ſpectat, non hic, ſed vide quæ ſupra tractauimus tit. de volun. & verbis. cap. 6.

De Expreſſo, & Tacito. Tit. ix.

CAP. I.

MAior eſt vis expreſſi, quàm taciti, vt notatur in l. 1. C. de pactis. l. eſt differentia, in quibus cauſis pign. vel hypot.

Ratio: Quia expreſſum tacitum excludit. l. maritus. C. de procurat. l. cùm ex filio. §. filio. de vulgari. §. ſed & ſi rem. Inſt. de legat. *Ratio.*

Ex eo autem dignoſcitur regula, quòd expreſſa nocent, non expreſſa nõ nocent. l. actus. 78. l. expreſſa. 150. de reg. iuris. l. nonnunquam. de condit. & dem. l. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. de legat. 3. l. vlt. Quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur. l. ſi vnus. §. illud. de pact. §. præterea. Inſt. de inut. ſtip. Quæ autem nõ ſunt expreſſa, nec prodeſſe, nec nocere poſſunt: quia quod non eſt, nullum effectum producit, ſiue etiam quod omiſſum eſt pro eo habetur, atque ſi nihil eſſet diſpoſitum. l. cõmodiſſimè. de lib. & poſt. vt ſuprà alibi diximus. Item ad tollendas ambiguitates, quæ ſimplices plerumque animos mouent, expreſſiore lege opus eſt. l. 3. C. de indi. vid. toll. Commodum eſt aliquando exprimere cauſam in petitione. Nã ſi victus fuero, tandem ex alia noua poſſum petere. l. ſi mater. §. denique Celſus. de excep. rei iud. Secundus creditor, cuius pecunia ad priorem peruenit, non ſuccedit in hypotheca prioris, niſi expreſsè *explanatio regulæ per diuerſa themata.*

preſsè actum ſit, vt in locum eius ſuccedat, licet tacita hypotheca videatur. l. 1. C. de iis qui in prior. cred. In impetratione beneficij dignitas iam poſſeſſa exprimi debet. cap. ad aures. de reſcrip. Quando etiam ſummus Pontifex ſciēter aliquem nomine dignitatis vocat, non cenſetur eum approbare, aut noui iuris aliquid tribuere niſi expreſſim id ſtatuat. cap. vlt. de ſen. exc. in Clem.

Hinc fit, vt magna conſtituatur differentia, vtrùm quid expreſsè an tacitè fiat: prout videre eſt paſſim in iure. Facit ad hoc l. pen. de euictio. Gloſſa & Doctores in l. cum oportet. §. ſin autem. C. de bo. quæ lib. l. eum qui. §. 1. de verb. obl. cap. non poteſt. de præb. & dig. in 6.

Expreſſum tribus modis dicitur. Porrò expreſſum dicitur tribus modis: Generaliter, ſpecialiter, & ſingulariter Accurſius in l. vlt. C. Quod cum eo Bartolus in l. 1. de vulgari ex l. quod in reum. §. fin. de legat. 1. Vide quæ hac de re ſcripſit Loriotus doctor noſter in tit. de reg. iur. axio. 88. & tit. de ſubtili. axio. 8.

Exceptiones, & diſtinctiones. At verò aliquando par eſt vis taciti & expreſſi, & inuicem comparantur. l. debitorem. C. de pigno. l. ſi debitor. C. de diſtract. pign. l. cum quid. l. eius qui in prouincia. Si certum pet. l. 4. §. ſi ab ignoto. de manum. l. 3. de teſt.

Nam vbi non requirit lex ſpecialiter exprimi, tunc in genere ſufficit. l. fin. §. defenſionem. C. de admi. tut. Gloſſa & Bartolus in l. Prætor. §. 1. de noui op. nunt. Tacitum enim habetur pro expreſſo. l. 3. C. de inoff. teſt. §. 1. Inſt. qui teſt. tutores Iaſon in l. 1. §. huius rei. de offi. eius cui

man

mandata eſt iuriſd. Illud etiam plenè declaratur à Bartolo & Doctoribus in l.ſi ita legatum. §.illi ſi volet.de legat.1.facit l. ſi quilibet.de his quæ vt indig.l.ſi ſeruus.de adſig. lib. Antiqua verba ſolennia licet non dicātur, pro dictis accipiuntur. l.manumiſſio.de manu.vindicta. Item nihil intereſt vtrum omiſſa ſint quæ ſunt tantummodò de narratiuis, & non nocet tacitum,quod ſi expreſſum fuiſſet,æquè foret impetratum,vt colliguut Doctores ex l.1. C.ſi cōtra ius vel vtil.pub.Item quando additum verbum perfectum ſenſum facit, ſuppletur & pro adiecto habetur.l.verbum.C. de fideicom. Itē regula traditur de expreſſo, vt ſi teneat,vel nō teneat,idem quoque dicatur de tacito.l.1.C.de dilat.l.item.C.Ad legem Falcid.Quæ tamē fallit,quando plus valent tacita quàm expreſſa, vt in l.ita demum.C.de procurat.& l.vlt. C.de vſuris.§.ſi quis.Auth.vt cum.de appel. cognoſcitur.col.8.§.vlt.Authen.de ſanct.ep.coll.9. & multis aliis iuribus quæ allegantur ab Azone, Rub.55. Item quædam ſi in teſtamentis exprimantur, nullum effectum habent, & ſi verbis regantur,eandem ſignificationē habent,quàm haberent expreſſa,vt elegāter exemplis demōſtratur in l.ſi quis Sempronium.de her.inſt.Sed cùm quæritur an vitiato expreſſo, vitietur tacitum, multifariam diſtinguitur. Nam vitiato expreſſo non vitiatur tacitum,ſi non eſt eadem ratio vitiandi vtrumque.l.1.§.1. Quib. mod.pig. vel hypot.Item non vitiatur tacitū æquè principale. l. ſi fideiuſſor. de legat. pr. Bartolus in *Quæſtio.*

l.pr

l.1.num.31.de vulgari: Quod ſi tacitum ab expreſſo dependeat, eoſdémque habeat vel fortè minores effectus, vitiatur. l.3.§. qui habet. de ſeruit.ruſt.præd.Notatur in l. fin. C. Si aduerſus rem iudic.Item quando miles tacitè ſciens filium præteriit, pro exhæredatione habetur: ſed id ſpeciale eſt fauore priuilegij. l.ſicut certi.l.ſi cum vel in vtero.C.de teſta.mil.

Item quod dictum eſt expreſſum tacitum excludere, limitat multis modis, Sebaſtianus Sap.in l.teſtamento.nu.7.C.de impub.

Item quod dicitur expreſſa nocere,& ècontrà. Fallit in l.1.C.de pactis. pig.l.qui mutuam. Mandati.& l.quæ dubitationis. 82. de reg. iuris. Atq; etiam ita diſtinguitur ab Azone Rub. 55. vt id locum habeat in actibus legitimis qui non recipiunt diem vel conditionem expreſſam:tacitam tamen recipiunt,quæ ineſt ex natura contractus.l.3.de legat.1.vt infra dicemus qui quidem actus notatur in d.l.actus legitimi. At in aliis actibus contrarium tenendum eſt.

Item intelligitur regula, vt ſi neceſſariò requiratur aliquid exprimi,non ſufficiat generaliter ſeu tacitè fieri. l.placuit. de vſuris.l.teſtamentum.C.de teſtam. Gloſſa in cap. vt circa. de elect.in 6.Secus autem ſufficit.ca.2.de verb. ſig.in Clem. Quod etiam latè cum ampliationibus & reſtrictionibus declarat Medicęus regula 7. Elegans quoq; diſtinctio circa expreſſum & tacitum ſuprà tradita eſt in præfatione huius tit.

Item quod dictum eſt taciti & expreſſi eandem

dem eſſe vim atque naturam ampliſſimè tractant idem Medicæus reg. 9. & Donatus Fina lib. 5. Sed in quibus cõcordent & differant expreſſum & tacitum notat elegãter multas authoritates allegãs Riſuicius in paratitlis. Multa quoque alia notatu digniſſima de expreſſo & tacito ſcribit Loriotus in tit. de reg. iuris. axio. 88. cum ſequentibus.

Ex hac gnoſi tanquam ex fonte multæ aliæ promanant ſubregulæ, & inter alias: *Expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur.* l. hæc verba. de legat. 1. l. non rectè. C. de fideiuſſ. Quæ ita nimirum debet intelligi, ſi tacitè inſint ex neceſſitate, vt in d. l. hæc verba. Cæterùm ſi ex voluntate multum operantur. l. hæc ſcriptura. de legat. 1. Hanc diſtinctionem ponit Petrus in l. ſi arrogator in vlt. quæſt. de adopt. Et iſtam regulam ampliùs declarat Duennas reg. 285. Alia quoque traditur huius rei diſtinctio. Nam ſi expreſſum aliquid poſſit operari vltra tacitum, operatur ne ſcilicet verba remaneant, quoad fieri poſſit, ſine effectu. Notatur in l. Cornelius. de hær. inſt. *Subregula Expreßio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur.*

Item: *Id intelligitur omiſſum, quod verbis expreſſum non eſt.* l. vn. §. vbi autem. C. de cad. toll. l. commodiſſimè. De lib. & poſth. Quod quidem cum multis iuribus hinc inde allegatis exponitur ab Azone rub. 17. vbi ita diſtinguit. Quòd ſi ab vtroque ita intelligitur, tacitè in mente videatur expreſſum. Si autem ab vna parte tãtùm, non quia poterat legem apertius dicere. l. quidquid adſtringendæ. de verb. obl. Cæterùm *Id intelligitur omiſſum, quod verbis expreſſum nõ eſt.*

mult

multas alias ſubregulas ponunt & explicant Riſuicius, Donatus Fina lib. 5. Bernardus Dias reg. 275. & Azo Rub. 55.

CAP. II.

PLerumque in ſermone tacitè aliquid ſuppletur, vel excipitur.] l. ſi cui. de ſeruit. l. 3. Si certum pet. l. quãquam. de ritu nupt. Notatur in l. item quia. de pactis.

Declaratio per exẽpla & authoritates.

Exemplum in hac dictione, *tantùm*, quæ ſæpe ſuppletur. l. 1. in fine. de rer. permu. l. 1. §. quod ſi furti. aduer. nautas. l. quod ſi nolit. §. culpam. de ædil. edicto. Item in dictione, *alius*. l. 1. §. 1. de vſuris. l. 1. §. ſi pecunia. depoſiti. l. creditores. in fine. de verb. oblig. Sed & plerumque extra id quod agitur tacita naſcitur obligatio. l. ſi is qui. §. vlt. Commodati. l. pen. de condict. indeb. Idque ex æquitate procedit. nam rigor iuris eſt in contrarium. l. ſi tibi. de pactis. Et quædã ex natura contractus tacitè intelligũtur, vt euictio. l. pacta conuenta. de cont. empt. Omne iuramentum tacitam in ſe habet conditionem ſi fieri poſſit. cap. fin. de iureiur. Item tacita cõditio ineſt ex natura rei. l. Labeo. de ſeruit. ruſt. præd. l. 3. de legat. 1. l. ſub conditione. de ſolut. l. quoties. §. 1. de nouat.

CAP. III.

QVi tacet, neque fatetur, neque negat, ſed in dubio conſentire videtur.] l. qui tacet. 185. de reg. iuris. cap. qui tacet. 43. cap. is qui. 44. eod. tit. in 6. l. de ætate. §. qui tacuit. l. ſi filius. de inter. act. l. ſed quæ. de ſponſal. l. dotem. ſolut. matrim. Gloſſa in l. item quæritur. §.

qui

qui impleto. Locati. l.quidam. de euict.l.ſæpe. de re iud.cap.ſi ſeruus ſciente. diſt.54.

Ratio deſumitur ex iis quæ ſuprà dicta ſunt in tit.de patien.& ira.c.5. *Patiẽtia cum ſcientia conſenſui æquiparatur.*l.1. magiſtrũ. de exer. act. *Ratio.*

Itaque quãdo quis eſt in poteſtate alterius, ſi non contradicat,videtur conſentire.l.2. §.vo luntatem, (& ibi ampliſſimè notant doctores.) ſolu.matrim. quemadmodum etiam ſuprà dixi in tit.de conſenſu.cap.1.Quando vltra taciturnitatem videt nomen ſuum in acta publica referri,pro conſentiente habetur.l.cum oſtendimus.§.fin.de fideiuſ.tut. Multò magis quando ſe ſubſcribit.l.ſicut.§.non videtur. Quibus mod.pig.vel hypoth. Item ſilentio decem dierum roboratur arbitrium. l.pen.Cod.de recep. arb. Item donatio alioqui inualida confirmatur morte per ſilentium, vulgata l.donationes quas parentes.C.de donat. inter vir. & vx. Cicero de Inuentione: *Taciturnitas,*inquit, *imitatur confeſſionem,*licet in alio loco nempe in epiſt.ad Attic.ſuſpicionẽ dũtaxat adferre dicat. *Explicatio regulæ per diuerſa themata.*

Verumtamen quia multi ſunt & varij caſus, & diuerſa ſtatuuntur iura circa hanc regulam, generalis hæc adhibetur diſtinctio: Si ad eius commodum & vtilitatem ſpectat, præſens & tacens pro conſentiente habetur: Si autem in detrimentum vergat,non facilè admitti debet tacentis conſenſus, niſi talis ſit actus, qui omnino ex eius conſenſu dependeat. Notatur hæc diſtinctio in l.creditor.119.de reg.iur.c.exceptionem.63.eod.tit.in 6.l.filiusfa. §. inuitus. *Diſtinctiones & intellectus.*

de

de procurat. Quin immò contradicere videtur. l.per quas.§.Neratius.de furtis. cap. nónne. de præſumpt. Idque latius cum multis ampliationibus & limitationib. explicat Socinus in reg. 486. Prçiudicatur tamen tacenti ſuper iudiciis, ſi patiatur iudicium ſuper ea re ſuſcipi, cuius defenſio pertinet ad eum vel principaliter, vel ſecundario. d.l.ſæpe.de re iud.& cap. quamuis. eod.tit.in antiq. Ita ſcribit Damaſus reg. 47. Item tacens in perſonali obligatione pro conſentiente non habetur. l.non ſolum.in prin. de procurat. Quod quidem amplius declaratur cũ multis fallentiis à Socino reg.487.& 488. Item taciturnitas pro conſenſu non habetur quoad alicuius iuris diminutionem, ſeu actionis com petentis ſublationem. l.inuitum.de ſeruit.vrb. præd.l.in eo.§.pen.de rit.nupt. Item quoad alterius delinquentis excuſationem. l. inter eos. §.vetare.& l.pen.de furtis. Ludouicus Romanus in l.quæ dotis.ſolu.mat. Hæc duo declarãtur ab eodem Socino in reg.484.& 485. Item taciturnitas aliquando damnum adfert: nam ſibi imputare debet, qui tacuit. §.cauſas in fine.& §.ſi quis. Auth.vt cum.de appell. cogno. §.illud quoque. Authent.de æqual. dot. quod amplius etiam declaratur multis hinc inde allegatis iuribus ab Azone in Rub.104.

Item alia pulchra diſtinctio traditur circa hanc regulam in d.l.ſicut. §. ſed ſi permiſerit. Quib.mod.pign.vel hyp. Item qui tacet exprimenda, caret impetratis. cap.non poteſt. & ibi Gloſſa.de præb.& dignit.in 6. vide ampliorem

decla

declarationem regulæ quæ traditur à Riſuicio in paratitlis. Item fallit regula vbi militat fauor.l.ſi ſeruus communis in fine. De donat. inter vir.& vx.& ibi notat latè Gloſ. dicta l. quidam.& l.fundi.de acq.poſſ. Item quando taciturnitas noceat vel proſit, vide pulchrè diſſerentem Gellium lib.Noct.Att.11.cap.10.

In Tit.De Principali, Acceſſorio, Authentico, & Exemplis.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Principale ſemper verbis expreſſis oportet declarari: acceſſoria autem plerumque tacitè inſunt, & ſubintelliguntur, vt voluit Iabolenus Iuriſconſ.in l.legatis alimentis.de alim.& cib.leg. Cicero item lib.de fato cauſas diuidit, vt aliæ ſint perfectæ & principales, aliæ verò adiuuantes & proximæ.de quarum viribus & potentia eodem loco ſatis copioſè diſſerit. Tùm deinde de authentico ſeu originali, & exemplis ſubiecimus, quia exẽpla ita ſe habent ad authẽticum, ſicut acceſſorium ad principale. Accedunt enim ipſa rei, & multùm adiuuant intelligentiam, vt ĩ.hoc tit. cap. 3. dicemus. Quò fit vt magnum diſcrimen adſignetur inter exemplum & teſtimonium, de quo ſuprà in tit. de authoritate mentionem fecimus. Demonſtrãtur exemplis ea cuiuſmodi ſint, quoties de iis quæ ſine dubio per ſe conſtant, exempla ponũtur: dubia rationibus & authoritate, ita vt aſſerimus, comprobantur, ſicuti rectè diſtinxerunt Cornificius ad Cõtinuatio. Principale & acceſſorium quid ſit. Exempla ad authenticum ita ſe habent, vt acceſſoriũ ad principale.

Differẽtia inter exemplum & teſtimoniū. *Herenn.& Cicero lib.de inuen. Rhetor. vbi etiam definitio aut verius deſcriptio exempli ſcribitur. Iſtud pro coronide notandum eſt, veteres quidem id, quod exemplo fieret, iure fieri exiſtimaſſe. Nos tamen hanc diſcretionem adiecimus, vt exemplis ita demum fidem adhibeamus, quæ ſecundùm æquitatem aut ius ſcriptum emerſerunt: ſed alioqui* *Pulchra diſtinctio.* *non exemplis imò legibus iudicatur: nam etiam per exempla & imitationem aliorum, præſertim principum plerumque perniciosè erratur, vt eleganter oſtendit Cicero de legibus. & Iuſtinianus Imp. in l.nemo iudex.C.de ſen.& inter.omn.iud.*

De Principali, Acceſſorio, Authentico, & Exemplis. Tit. x.

CAP. I.

ACceſſorium naturam ſequitur ſui principalis, nec eſt ipſo fortius.] l. cùm principalis.139. l.nihil.172.§.vlt.de reg. iuris. cap. cum quid.39.cap.acceſſorium. 42.eod. tit.in 6. l.non dubium.circa finem. de legib. l. etſi non ſunt. §. perueniamus. de auro & argento lega. l.in rem.§.1.de rei vindic. l.2.l. ſi fundi. §.huic vicinus.de vſufr.l.in omni.de adop. l.cum fundus.Commu.præd. l. ſi ego. §. fin. de Publici. l. quod per manus.l. quod in rerũ. §. ſi quis poſt, de legat.1. l.2.Si quis cautio.l.inter ſocerum. §. cum inter.de pactis dot.l.ſi cum exceptione. §. Labeo.Quod met.cau.l.ſicut.Quib.modis pig. vel hyp.l. itaque.l.proinde.de ædil.edict.l.qua

rat

ratione.§.literæ.de acq.rer.dom.l.egi tecum. §. fin.de except.rei iud.l.cum lex. de fideiuſſ.l.fin. C.de non num.pec. capit.ſi ſuper gratia.de off. & pot.iudic.deleg.in 6. l. fin.§.Lucius.de condict.indeb.

Ratio deſumitur ex vulgari theoremate apud Dialecticos. *Propter quod vnumquodque tale,& illud magis*.Quod ſanè probatur.Authen. multo magis.C.de ſacroſ.eccleſ. *Ratio.*

Quinimmò licet acceſſorium ſit maioris valoris,quàm principale,ſemper principale attẽditur.l.ſi in emptione. & ibi notat Baldus.l. ſi quis donationis.de contra.empt. §.ſi tamen alienam.Inſt. de rerum diuiſ. *Ampliationes.*

Vnde ad probationem primi membri regulæ quædam in adiunctione ad aliud vel cum vniuerſitate tranſeunt, per ſe aliter nõ tranſitura.l.in modicis.de contra.emp. l. 3. de legit. tut l.ſi impubes in fine.de Carbo. edicto.l.ſi aliena.§.1.de vſucap.l.quædam.de acq. rer.dom. l.ſi alius.§.fi.& duabus ll.ſeq.Quod vi aut clàm. *Paraphraſes primi membri regulæ.*

Mandata iuriſdictione omnia cẽſentur demandata, ſine quibus ipſa exerceri non poteſt. l.2.de iuriſd.omn. iud. l. 1.§.1.de ſuſp.tut.l. 2. in prin.de vulgari.§.liberis.Inſt.eod.tit.

Quod liquidæ materiæ eſt, quia per ſe eſſe non poteſt,rapit ſecum in acceſſionis locum id ſine quo eſſe non poteſt, vt eleganter notat Paulus in l. nam quod liquidæ. de penu legata. Cui ſuffragatur l.legatis alimẽtis. de alim. leg. Exceptio quæ reo principali competit, & fideiuſſori licet heredico ipſius competit, quia

fideiuſſio eſt principalis acceſſio. l. Stichum. §. quod vulgò. & ibi pulchra Glo. de ſolut. Quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum relinquit. can. 1. & can. ſi quis obiecerit. 1. quæſt. 3. Partus ancillæ in eadem cauſa qua mater eſt. l. 1. C. de partu pig. Explorati iuris eſt, vt delegatis iudicibus quibus principale committitur, & acceſſoria, id eſt, quæ ad cauſam pertinent committantur. ca. præterea. c. prudentiam. §. ſexta nobis. de off. & pot. iud. del. cap. dilectis in fine. de appel. cap. de prudentia. de donat. inter vir. & vxor. Deficiente quoque principali corruit acceſſorium. l. 1. Co. de condict. ob cau. dat. l. eos. C. de vſuris. l. 1. C. de codicillis. l. 1. & 2. de peculio leg. cap. ex literis. de off. & pot. iud. del. cap. inter dilectos. de fide inſtru. cap. 2. de noui op. nuntia. Quod vtique ſic accipiendum eſt, quādo acceſſorium capit vim à principali. Elegans Caij reſponſum in l. vlt. §. vlt. de verb. oblig. vt infrà ampliùs exponetur.

Ex diuerſo verò licet adiectio nullius ſit momenti, non ideò minus principale firmum manet, vt ibidem ſtatim ſubiicitur. Extincto enim acceſſorio remanet principale. l. fundi vſufructu. Quib. mod. vſusf. amitt.

Declaratio ſecundi mēbri. Ad explicationem ſecundi membri gnoſeos ſciendum eſt ſemper aliquid ei cedere, cuius maior eſt ſpecies: nam cùm quærimus quid cui cedat, illud ſpectamus quid cuius rei ornandæ potiſſimùm cauſa adhibeatur, vt acceſſio cedat principali, non quæ ſit pretioſior, vt in dicto §.

perue

perueniamus.& §.ſi tamen alienam. Cauſa fideiuſſionis per principalem quæ maior eſt, excluditur, ſed ita ne per hoc damnum alicui inferatur.l.debitor. de ſeparat. Vnde principale per acceſſorium non confirmatur, ſed contrà acceſſorium per principale. l.2. §.quiſquis. l.ex pupillari.de vulgari.l.quod per manus. de iure cod.§.fideiuſſores.Inſt.de fideiuſſ.Minus dignū maius aut acceſſorium ad ſe principale nō trahit,ſed contrà.c.vn.de conſecr.eccl.in 6.

Limitationes & diſtinctiones regulæ.

Multæ ſunt tamen iſtius regulæ limitationes, & diſtinctiones, vt videre eſt apud Gloſſam,& Dinum in dicto cap.acceſſorium.Precipuæ ſunt hæ & ſcitu neceſſariæ: Acceſſoriū naturale venit cum principali, non autem accidentale.Pulcher textus ſecundùm Baldum in l.Item veniunt.§. cum prædiximus. de pet.her. Facit l.quid ergo. l.de fructibus. de donat. inter vir.& vxor.l.ſi filius vel ſeruus. de peculio. l.fin.& ibi Gloſſa.C.de pactis conuen.Item cōceſſo principali, conceditur quoque acceſſorium, vbi ſcilicet acceſſorium poſſit eſſe abſque principali quod, multis modis euenire poteſt, vt probat Medicæus regul.6.Non autem tunc tollitur, ſublato principali. Si verò non poſſit abeſſe à principali, tunc & concedetur, & tolletur, vt multis hinc inde allegatis iuribus ſubtiliter declarat Damaſus regul.23.Item vnum acceſſorium poteſt ad ſe trahere aliud acceſſorium,ſed non principale.l.qui fundum. §.in lege.de cont.empt. Item fallit regula quādo acceſſorium ſuos ſeparatim operatur effe-

ctus,& tunc videtur eſſe æquè principale.l.1.§. 1.l.vtifrui.§.1. Si vſusfruct.pet.l. ſi iter. de ſeruit. l.3.§.vltimo.de ſeruit. ruſtic.prædiorum.l. fin.Si ſeruit. vindic. Item multa incidenter, & per conſequentiam,id eſt quaſi acceſſoriè concedũtur,quæ principaliter prohibentur.l.quoties.C.de iudic.l.1.de aut.tut.l.ſi lis.C. Ad legẽ Corn. de falſis. cap. ex literis. de iure patron.l. principaliter in princ.C.de liber.cauſa l.1.C.de ordine iudic. vbi pertinet ad officium iudicis vniuerſam incidentem quæſtionem examinare, vt tamen non ſuper ea incidenti, ſed ſuper principali pronuntiet.Cui ſuffragatur etiam.c. tuam. eod. tit.in antiq.& ca.lator. Qui filij ſint legitimi,qui textus ad hoc quotidie allegantur. Sed & iſtam regulam latiùs exponunt cum am plationibus, & reſtrictionibns Socinus reg.5. Donatus Fina lib.5. Azo rub.14. & Medicæus reg.9.& 10.

Differẽtia inter principale & acceſſoriũ. Cæterùm differentia inter acceſſorium & principale notabilis traditur in d.l. pricipaliter.nam mea principalis cauſa dicitur quando mea præcipuè intereſt. Secus ſi per quandam conſequentiam duntaxat. l.athletas. §. ſiue autem,de his qui not. infa. Item vera vtrius materiæ ſit acceſſio, viſu atque vſu rei & conſuetudine patrisfam.æſtimandum eſt. l. ſi quando. l.pediculis.§.Neratius. de auro & argento leg. Hinc dependet vulgaris ſubregula: *Acceſſio acceſſionis eſſe non poteſt.* Sicut nec vſura vſuræ, quamuis in ſortem deducta ſit.l.fin. C. de vſuris rei iud. Sed qui volet ampliùs quæ ad princip

Subregula.

Acceſsio acceſsionis eſſe non poteſt.

cip

cipale & acceſſorium attinent cognoſcere, videat elegantẽ tractatũ de principali & acceſſorio, quem fecit Loriot. in commẽt. de reg. iur.

CAP. II.

Exemplar ſeu copia inſtrumenti fidem non facit, ſed opus eſt originali ſcriptura.] l. 2. de fide inſtru. cap. 1. eod. tit. in antiq. l. Pomponius fam. hercisc.

Ratio.

Non enim creditur referens, niſi conſtet de relato, vt vulgariter dicitur ex Auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo. Originale itaque eſt relatum exempli, ad quod in dubiis ſemper recurritur. Baldus in l. vnum. C. de teſta. Vnde quicquid dicitur in illo, cenſetur in altero repetitum, licet longè diuerſa ſint. ca. quoniam contrà & ibi pleniſſimè annotatur. de probation. Quod quidẽ amplius declaratur à Medic. reg. x. *Paraphraſes regulæ*

Exceptiões & intellectus.

Atqui ſi inſtrumenta propter vetuſtatẽ vel aliam iuſtam cauſam exemplari petantur, per publicam perſonam præcipitur à iudice exemplari: tunc eandem authoritatem cum originalibus ſeu authenticis habitura. cap. fin. de fide inſtru. Item legiſlatori referenti tenorem alterius legis creditur, licet de illa apertè non cõſtet, vt multis authoritatibus probat idem Medicæus reg. 10. Item gnoſis noſtra intelligitur de pleniſſima fide: At verò exempla quæ ſecundùm formam authentici conſcripta ſunt parte vocata, fidem facere receptum eſt, vt notatur in d. l. 2. Declaratur etiam latius cum ampliationibus & reſtrictionibus à Medicæo ibidem. Socino in reg. 179. & Duenna reg. 180.

CAP. III.

EXempla non reſtringunt regulam,ſed iis faciliùs res declaratur.] l.regula.§.fin.de iuris & facti ignor.l.iura cum ſeq.de legibus. §.fin.Inſt.de grad.cognat.

Ratio. Nam exempla imitantur regulam, & ſic ſe habent veluti ſpeculum & imago ad prototypum.Quin immò vt Cicero ait lib. Offic.*Exempla ponuntur, vt aliquid pateat latiùs.* Quod tamen intelligitur in iis rebus quibus ad exempla proferuntur. Nam in aliis poſſunt eſſe diſſimilia, ideóque reſtringere ſeu dilatare regulam. Cui ſuffragatur quod vulgò dicitur: *Non exemplis, ſed legibus eſſe iudicandum.* l. nemo. C.de ſent.& inter.om.iud. Exẽpla enim varios reſpectus & rerũ circũſtantias habere poſſunt, vt ſ.in præf.huius tituli tetigi.Hæc ſubregula latiùs exponitur & limitatur à Soc. in reg.280.

Intellectus primi mẽbri.

Non exẽplis ſed legibus iudicandum.

Explanatio ſecundi membri regulæ. Secundum membrum iſtius gnoſeos probatur l.1.de præſ.verb.l.ita vulneratus.§. fin. Ad legem Aquil.l.Prætor.§.Iulianus.de collat.bo. l.damni in 2.§.fin.de damno infecto. Quamobrem vt faciliùs decretum percipiatur, cauſa deducatur in medium.can. fin.diſt.101.Vt faciliùs pateat,quod dicturi ſumus,exemplum ponatur ſub oculis, in quo authoritates hinc inde controuerſæ diſtinguantur, & quid ſanctorum patrum ſentiat authoritas liquidò inducitur. can.fi.1.q.7.Exẽpla pręſentia nos pręcauere in futurum admonent.can. quia aliquanti diſt. 82. Sanctorũ quippe patrum exemplis periculoſum eſt refragari.can. ſunt nõnulli. 17.qu.pr.

Exem

Exemplis facilius alij inuitantur. cap.de his.de eccleſ. ædif. Atque idcircò pœnæ introductæ ſunt, vt earum metu & in exemplum alij trahautur,& à malo ſic deterreantur quemadmodum ſ̃.expoſuimus in tit.de pœnis.cap.2.Vnde dixit vetus ille author:

Τὰ παραδείγματα σαφεστέραν ποιεῖται τὴν τεχνῆν.

Cicero item in Paradoxis: *Sed hæc videri poſſunt obſcuriora, cùm ſine appoſitione exemplorum lentiùs diſputantur, vita atque factis illuſtranda ſunt ſummorum virorum hæc quæ verbis ſubtilius quàm ſatis eſt diſputari videntur.* De exemplis & imitatione aliorum ſupradictum eſt, in præfatione huius tituli. Quod immò tam multa à politiorum literarum ſcriptoribus tradita ſunt præcipuè à Valerio Maximo, vt omnia hîc apponere nihil aliud eſſet quàm multa exemplaria ſeu copiam vnius originalis multoties, & inaniter tranſcribere.

Sunt tamen aliquæ huius regulæ limitationes & diſtinctiones: Primùm ab exemplis argumentatur,& in vita proceditur à ſanctorum patrum exemplis, niſi per aliquam ſcripturam certa de cauſa id nobis prohibeatur. can. fin. diſt.20.c. non ſtatim.26.q.2.vt expreſſius declaratur,&diſtinguitur multis hinc inde allegatis iuribus à Damaſo in reg. 82. Quin & ab exemplis & ſcripturis infidelium argumenta deſumuntur,vt idem Damaſus probat & diſtinguit cum plurimis authoritatibus in reg. 72. Sed de authoritate,& exemplis producendis vide quæ ſ̃. copioſè ſcripſimus titulo de authorit. cap.1. *Limitationes & diſtinctiones.*

Item

Item hanc regulam noſtram diffuſius enarrat, & exponit Riſuicius.

Subregulæ Vbi deficit exemplar, deficit ratio exempli.

Hinc dependet ſubregula: *Vbi deficit exemplar, deficit quoque ratio exempli.* l. in teſtamento. in 1. de condit. & demonſt.

In Titulum De Præſentia, & Abſentia.

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

Cõtinuatio. Elegantes ſimilitudines.

QVando quis præſens eſt vocatus dominus, ſeu principalis: abſens autem procuratorem conſtituit, qui domino ipſi accedit & adſtat, velut vmbra corpori: nam ſicut vmbra nulla eſt ſine corpore, ita nec procurator abſque domino eſſe poteſt. l. & quia. de iuriſd. omn. iud. §. rectè Inſt. de mandato. Quapropter vſus procuratorum ex neceſſitate rerũ introductus eſt, vt qui præſentes ſuis rebus ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt: (Quia corpore nihil niſi præſens, & quod adeſt ſentire poſſumus.) *inquit Cicero de finibus per alios ſua officia, & functiones exerceant. Iſtud aptiſſimè tradidit Vlpianus in l. 1. §. vſus. de procurat. Similique ratione poteſt comparari dominus originali ſeu Authenticæ ſcripturæ (quod & dictio αὐτὸς ſatis apertè indicat) procurator verò exemplari, quia dominum in eo in quo conſtitutus eſt, refert atque repræſentat. Porrò de effectibus præſentiæ, & abſentiæ non opus eſt hic dicere: nam hoc titulo abundè declarantur. Sufficiat duntaxat illud adſcribere quod valde notatu dignum eſt, vt plurimùm nos*

Argumentũ de præ-

arg

argumentari de præſentia ad abſentiam, & è conuerſo, quando videlicet de commodo alicuius aut re fauorabili agitur, vt infrà quoque primo capite huius tituli tetigi. Amorem tui abſentis omnes tui præſentes agnoſcunt, inquit Cicero in epiſtolis. Notum eſt apophthegma Demoſthenis qui cùm ex recitatione orationis aduerſarij animos audientium ſtupore correptos animaduerteret, quò maior fides eſſet, hæc verba ſubiecit : Quid ſi belluam illam clamantẽ audiſſetis? *Prohibitum eſt tamen de abſente ſecundùm præſentem iudicare, eoque nomine Cicero Verrem grauiſſimè reprehendit.* *ſentia ad abſentiam & è conuerſo.*

Sed ita res temperãda eſt, vt ne præſentium forte audacia miſeros abſentes, & ſæpe incautos opprimat, nec odioſa abſentium contumacia ſeu proteruitas præſentibus ſuum conſequi volentibus ludibrio, & detrimento ſit. *Pulchra diſtinctio.*

De Præſentia, & Abſentia. Tit. xj.

CAP. I.

QVando præſens non contradicit, tacitus conſenſus præſumitur.] l. falſus. §. ſi is qui indebitum. de furt. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig. cap. 1. §. fin. & ibi elegans gloſſ. de deſponſ. impuber. in 6. cap. 2. & ibi gloſſa de accuſat. in 6.

Nam præſens magis ſecundũ quod ei propoſitum *Ratio.*

ſitum eſt ante oculos omnia inſpicere & conſiderare cenſetur.can.de his verò.26.q.7.

Explanatio reg. per diuerſa themata.

In præſentia ergo principalium partium ſecurius proceditur, quàm per procuratores. cap. tuæ fraternitati. de procur. Grauiter delinquit, qui non ſolùm authoritatem ſed etiam præſentiam præſtat impio facinori. cap. ex literis. de exceſſ. præl. Si aduocatus præſente parte aliquid in iudicio protulerit, ipſa quoque pars dixiſſe videtur niſi incōtinenti, hoc eſt, triduo contradicat, aut appellationis remedium impetretur. l. 1. & l. fi. C. de errore aduocat. Negotiorum merita partium aſſertione panduntur, ideoque abſentibus merito ſubueniendum eſt, vt j. hoc titulo cap. 3. declarabimus. l. 2. in fi. C. ſi per vim aut alio modo. Conſenſiſſe pater decurionatui filij videtur, ſi præſens non contradixit, ideóque ad omnia decurionatus munera tanquam fideiuſſor tenetur. l. 2. ad munic. Qui tacuit, cùm literæ ei in præſentia legerentur, vera eſſe in illis contenta videtur conſenſiſſe. l. fi. quando appell. ſit.

Limitationes & diſtinctiones.

Hæc tamen gnoſis multas recipit limitationes atque diſtinctiones. Aliquando videtur adeſſe quod abeſt, & è conuerſo, item eſſe quod non eſt & contra, vt notat multis hinc inde allegatis iuribus & diſtinctionibus Azo rubr. 48. Item regula intelligitur ſi ad eius commodum non detrimentum qui prę́ſens eſt, is actus reſpiciat. cap. is qui tacet. & ibi notatur. de reg. iur. in 6. Quod quidem adeò ſæpe abundéque notauimus, videlicet in tit. de patien. cap. 5. in tit

t it.de conſent.cap.1.& in tit.de expreſſo & tacito.ca.3. vt nimis ſuperfluum & otioſum eſſet iſto loco hæc omnia repetere. Item præſentia tacitum conſenſum inducit fauore rei: aliàs non.l.honores.§. vlt. de decurio. Auth.ſed neque. C.de epiſcop.& cler.l.ſi plures.§.præſes.C. de donat.ca.diaconi.§. quicunque.diſt.28. Item preſens habetur pro conſentiente,cùm de modico præiudicio agitur Bartolus in l.quæ dotis. ſol.matr.vt latius comprobat, & declarat Medicæus reg.5. Item præſentia aliquando multùm facit aliquando obeſt: Primum ita ſi id quod fit non poteſt valere abſque præſentia: ſecundum ſi poteſt, vt eleganter diſtinguitur multis hinc inde productis authoritatibus ab Azone rubr. 56. & Damaſo in reg. 26. quo loci inter neceſſitatem & honeſtatem differentiam ſtatuit ex can.honorantur.32.quę.2.ſed in idem recidit hæc diſtinctio. Item præſentia ſæpe numerò non includit intelligentiam, quæ eſt regula Philoſophorum:nam etiam præſentes aliò animum diuertere poſſumus, ideóq; in multis caſibus expreſſus conſenſus requiritur,vt ſ.diximus tit.de expreſſo. ca.3. Item multas ſubregulas, & notabilia de præſente & abſente ponũt Azo rub.10.& 48. Item Riſuicius Socynus reg.378.& 379. Bernardus Dias reg. 580. & Donatus Fina lib.5. Cæterùm quomodo præſentia intelligatur tam in teſtamentis quàm in aliis negotiis tradit Bartolus in l.2.§.idem Labeo.de aqua plu. arcenda, & fuſius Loriotus noſter in tit.de teſtam.axiom.16.

CAP

CAP. II.

PArs abſentium, aut latitantium præſentib. non officit,nec econtra.] Quod intelligitur,quoad fauorem aliquem attinet. l.1.& l.4.circa pr.de fid.lib.

Ratio. Ratio eſt:Nam res inter alios acta,aliis prę iudicium non adfert.l.ſæpe.de re iudic.vt ſ̃.ſatis copioſè diximus in tit.de ſuo & alieno. cap. 5. Non videtur ſanè ſeruum dereliquiſſe , qui præſens non fuit.l.ſi ſeruus.de cuſtod.&exhib. reor. Abſens non vtique ſemper, vt contumax habendus eſt : quando videlicet non malitioſa voluntate in remotis partibus moram facit,ſed expectandus , donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur, aut verò certus aliquis nũtius afferatur : Idque præſertim locũ habet in cauſa matrimoniali.c.quoniam frequenter.§.1.vt lite non conteſt.Maxima eſt quoque differentia inter præſentes & abſentes vt notatur paſſim apud Iuriſconſultos,maximè in tit.ex quib.cau. maiores.

Exceptiones & intellectus. At verò nonnunquam præſens pro abſente habetur,aliquando abſens pro præſente, quod ſecundum varias cauſarum figuras & fauores, vt ſ̃.dixi, intelligitur:Siue enim ex iuſta cauſa quis abeſt , ſiue latitat , ſiue præſens non vult manumittere, fauore libertatis pro abſente habetur.l.non tantum.circa fi.de fid.lib.Et quando poteſt fieri aliquo præſente contradicente, multò magis abſente , præſertim in fauorabili cauſa, vt ſic ipſius abſentia , repleta præſentia diuina eum reputari faciat pro præſente. cap.

fin

fin. de arbitr. in 6. Item ſi malitioſè quis abſit habetur pro pręſente, veluti contumax, ne quis forte ex ſua contumacia, & delicto lucrum cõſequatur, vt ſ.multoties dixi. Item maior pars vel numerus præiudicat minori etiam abſenti. l.& ſuum heredem.§.fin.l.reſcriptum.l.maiorẽ. de pact.vt ſ.notaui in tit.de maior.min. cap.2. Item in electione facienda plus contemptus aut abſentia vnius cui debuit vocari, quàm multorum contradictio obſiſtit, vt eleganter ſcribitur in cap.venerabilem.& cap.bonæ memoriæ in 2.de electione.vide etiam quę notaui in præfatione huius tit. de argumento præſentiæ ad abſentiam.

CAP. III.

Abſentes defendere publicè & priuatim intereſt.] l.ſeruum quoque.de procur.l.1.de neg.geſt.

Ratio deſumitur ex l.1.§.fi.de procur. Vt qui reb. ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt vel non poſſunt, per alios poſſint vel agere vel conueniri. *Ratio.*

Ideò hortatur Imperator Conſtantinus iudices vt abſentium ſuſcipiant in iure perſonas & pro eis authoritatis ſuæ formidabile miniſterium obiiciant. Præclara conſtitutione, vbi multa etiam de fauore abſentium tractat in l. 1. C. ſi per vim aut alio modo. Fauorabilis eſt quippe abſentia maximè Reip.cauſa, vt contra abſentem non iudicetur.l.Papinianus.§.meminiſſe.de inoff.teſt.l.1.C.de mil.teſta. l.inter maiores.de in integ.reſt. Facit expreſſe pro eo qui Reip.cauſa abeſt. l. abſentia.183.de regulis iur. *Paraphraſes regulæ iur.& exẽplis confirmatæ.*

&

& quæ ibi notantur à Viuieno & Riſuicio.

Intellectus Vtique tamen abſenti ex neceſſitate non ex volũtate ſubuenitur. l. ſed etſi. in fi. C. ex quib. cauſ. maiores. Scitum eſt enim neminem in neceſſitate liberalem exiſtere vt s̃. tractaui in tit. de vi metu & neceſſit. cap. 5. Sed qua ratione ſiue forma in abſentia alicuius procedi debeat, oſtendit Claudius Batauder in ſuis regulis titulo de abſentia. & Medicæus reg. 8. Alias quoque ſubregulas de abſente non inutiles tradit & comprobat Riſuicius.

In Titulum de Publico, & Priuato.

Cõtinuatio

ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ.

